This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

7X 9.151.25

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

ienne et Moderne
DE
MULLER
DAM.

1871.

In unſerm Verlage ſind auch folgende Schulbücher und Kompendien erſchienen und durch jede Buchhandlung um die beigeſetzten Preiſe — in Parthien bedeutend billiger — zu beziehen:

Beck, Dr. A., Handbuch der engl. Literatur (Chrestomathie der besten ältern und neuern Schriftsteller Englands). gr. 8. 30 Bogen. 1 Thlr. 15 Sgr.

Bernhardi, Dr. J. J., Handbuch der Botanik, mit 5 K. gr. 8. 25 Bgn. 1 Thlr. 20 Sgr.

Biographieen (65) ausgezeichneter Personen (aus dem Ehrentempel). gr. 4. mit Portr. jede einzeln 20 Sgr. ohne P. 10 Sgr.

Cavallo's, Tib., ausführl. Handb. d. Experimentalnaturlehre in ihren reinen und angewandten Theilen. Aus d. Engl. mit Anmerk. v. Dr. J. B. Trommsdorff. 4 Bde. m. Kpfrn. gr. 8. 94½ B. 5 Thlr.

Deſſen leicht faßliche Darſtellung der Electricitäts-Lehre des Galvanism. und des Magnetism. mit Kpfrn. gr. 8. 14½ Bgn. (Abdruck aus dem vorherg.). 1 Thlr. 5 Sgr.

Dattan, Unterricht in der engl. Sprache nach Robertſons Methode (zum Selbſtunterricht und für Frauenzimmer). gr. 8. 26½ Bgn. 20 Sgr.

Gräfenhan, Dr. A., franzöſiſche Grammatik für Gymnaſien. gr. 8. 12½ Bgn. 15 Sgr.

Deſſen Exercitienbuch dazu. 13½ Bgn. 17½ Sgr.

Deſſen Vorübungen z. Ueberſ. d. Deutſch. in's Hebr. mit Hinweiſungen auf die Grammat. v. Geſenius u. Ewald. gr. 8. 15 Bgn. 20 Sgr.

Hartrod, Unterricht im Rechnen an Gymnaſien u. höhern Bürgerſchulen. gr. 8. 11 Bgn. 11½ Sgr.

Henry, Dr. W., Chemie f. Dilettanten od. Anweiſung die wichtigſten chem. Verſetzungen ohne große Koſten u. ohne weitl. Apparate anzuſtellen. Nebſt einer Anleit. z. Unterſuchung der Mineralw., der Mineralien, der Gifte, Präparate ꝛc. Aus dem Engl. nach der neuen Aufl. des engl. Orig. überſ. u. mit Anmerk. verſ. v. Dr. J. B. Trommsdorff. 2te umgearb. Aufl. gr. 8. 21½ Bgn. 1 Thlr.

Homeri Ilias. Recensuit et potiorem lectionis varietatem adjecit Fr. Spitzner. gr. 8. 36½ Bgn. 1 Thlr. 12 Sgr. in Parthieen 1 Thlr. netto.

Lacroix, S. F., einfache Anleit. zu dem Feldmeſſen und Aufnehmen. Nach dem Franzöſ. bearb. v. Dr. E. S. Unger. M. 4 Kpfrn. gr. 8. 14½ Bgn. 1 Thlr. (6 Exempl. zuſ. 4 Thlr.)

Lehmann's Lehrgebäude der Schönſchreibekunſt mit 74 Bl. Kpfr. enth. kalligraph. Vorlegeblätter zur leichteſten u. ſchnellſten Erlernung der engl. und deutſch. Geſchäftshand. 2 Thlr.

Meinike's, A. Chr., Vorſchule zur Lecture des Homer. gr. 8. 16½ Bgn. 15 Sgr.

Deſſen Vorſchule zu Roms Dichtern. 8. 36½ Bgn. 20 Sgr.

Millenet, J. H., ſyſtemat. Leitfaden z. Ueberſ. aus d. Deutſch. in's Franzöſ. Die Syntax. gr. 8. 9¾ Bgn. 15 Sgr.

Möller, Dr. J. H., Leben der Churfürſten v. Brandenburg und Könige von Preußen aus dem Hauſe Hohenzollern. Mit 13 Bildniſſen. gr. 8. 9½ Bgn. 1 Thlr. 5 Sgr.

Pfitzner, E. G., Anleit. zu einem ausführl. und gründl. Unterricht in der christl. Religion nach den 6 Hauptstücken. gr. 8. 16½ Bgn. 15 Sgr.
Reinhold, E., Geh. Hofr., Handb. d. Gesch. d. Philosophie für alle wissenschaftl. Gebildete. gr. 8. 114½ Bgn. 2 Bände. (1r Thl. 2 Thlr. 15 Sgr. 2r Thl. 5 Thlr. 15 Sgr.) 8 Thlr.
Dessen Theorie des menschl. Erkenntnißvermögens und der Metaphysik. 2 Bde. gr. 8. 68 Bgn. 4 Thlr. 20 Sgr.
1r enth. d. Erkenntnißvermögen 2 Thlr. 10 Sgr.
2r — — Metaphysik 2 Thlr. 10 Sgr.
Sickel, H. F. F., Abriß der christl. Lehre z. Gebrauch in d. obern Klassen der Gymnasien und der Realschulen, insbesondere in Schullehrer-Seminarien. gr. 8. 24 Bgn. 1 Thlr.
Trommsdorff's system. Handbuch der gesammten Chemie zum Selbststudium. 2te Aufl. 8 Bde. herabgesetzter Preis 8 Thlr.
Dessen Lehrb. d. Physik nach den neuesten Entdeckungen als Vorbereit. z. Studium der Chemie. m. Kpfrn. gr. 8. 31 Bgn. 2 Thlr. 10 Sgr.
Unger, Dr. E. S., Abhandlungen über die wichtigsten Gegenstände der Arithmetik. gr. 9. 25¼ Bgn. 1 Thlr. 25½ Sgr.
Dessen Handbuch d. mathem. Analysis theoret. und prakt. 4 Bde. m. Kpfrn. gr. 8. 154½ Bgn. 10 Thlr.
Auch unter den Titeln:
— Anleit. z. Buchstabenrechnen u. zur Auflös. vom 1. bis 4. Grade nebst Anwendung dieser Theorie auf die wichtigsten Gegenstände der Arithmet. u. Geometrie. m. Kpfrn. gr. 8. 33 Bgn. 2 Thlr. 5 Sgr.
— Die Lehre von den Gleichungen, Functionen u. Reihen, u. ihre Anwendung. Ein Hülfsb. für Alle, die mit der math. Analysis näher bekannt zu werden wünschen. m. Kpfrn. gr. 8. 37¼ Bgn. 2 Thlr. 15 Sgr.
— Lehrbegriff der Differentialrechnung. m. Kpfrn. gr. 8. 38 Bgn. 2 Thlr. 15 Sgr.
Dessen Integralrechnung und ihre Anwendung. m. 1 K. gr. 8. 46 Bgn. 2 Thlr. 25 Sgr.
— neue Samml. v. Abhandlungen über die wichtigsten Gegenstände der Arithmetik. gr. 8. 32 Bgn. 1 Thlr. 25 Sgr.
Welker, Ph. H., der Sieg der Wahrheit. Ein Gedicht gesprochen bei dem Jubelfeste der Uebergabe der Augsb. Konfession im Gymnas. zu Gotha d. 26. Juni 1830. 5 Sgr.
Xenophontis Memorabilia Socratis ex rec. Kühneri. gr. 8. 9 Bgn. 10 Sgr.

Lehranstalten erhalten sowohl von letzterm, als allen vorhergehenden einen ihrem Bedarfe angemessenen Rabatt.

Die Hennings'sche Buchhandlung in Gotha.
(Friederike Hennings.)

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. VIII.

CONTINENS

XENOPHONTIS DE SOCRATE COMMENTARIOS

ED.

RAPHAEL. KÜHNER.

GOTHAE, MDCCCXLI.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

K. N. Haynes.

XENOPHONTIS

OPERA OMNIA

RECENSITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA.

VOL. II.

CONTINENS

DE SOCRATE COMMENTARIOS

ED.

RAPHAEL. KÜHNER.

GOTHAE, MDCCCXLI.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

Gx 9.151.25

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FROM THE
HENRY WILLIAM
JUNE 3, 1

XENOPHONTIS

DE

SOCRATE

COMMENTARII.

RECOGNOVIT ET EXPLANAVIT

RAPHAEL KÜHNER,

PH. Dr., LYCEI HANNOVERANI CONRECTOR, SOCIETATIS LITTER. TEUTONICAE FRANCOFURTENSIS SODALIS.

GOTHAE, MDCCCXLI.

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

(Londini apud Black et Armstrong.)

PRAEFATIO.

Consilium Xenophontis de Socrate commentarios edendi diu quidem mente agitaveram, sed haud scio, an nunquam id ad effectum adducturus fuissem, nisi in eo confirmatus essem a Rostio, praeceptore quondam meo summe reverendo, cuius apud me auctoritas valet plurimum. Is enim, quum a. 1835. per ferias aestivas Gothae, patria mea urbe, commorarer, non solum gravissimus mihi, ut consilio meo exsequendo sine mora manum admoverem, exstitit auctor et suasor, sed etiam, ut editionem meam bibliothecae Graecae, ab eo et Friderico Iacobsio, viro praestantissimo, conditae egregieque adornatae, insererem, humanissime me invitavit. Quinquennio igitur amplius exactum est, ex quo ingressus sum operam meam his libris edendis navare — sat longum temporis spatium! At longa etiam erat via, quae mihi emetienda erat. Nam non prius horum librorum editionem lucem aspicere volui, quam

omnia Xenophontis opera diligentissima lectione pervestigavissem interioremque mihi Xenophontei sermonis intelligentiam comparassem.

De ratione, quam in illustrandis his libris sequendam duxi, pauca dicenda mihi sunt. Nam eandem fere ingressus sum viam, quam inivi in illustrandis Ciceronis Tusculanis.

Omnium primum operam dedi, ut scriptoris nostri oratio, quam fieri posset, castigatissima et emendatissima exhiberetur. Novos codices manu scriptos comparandi nullam mihi factam esse copiam vehementer dolui. Sed tanto maiore cura studioque in id incumbendum putavi, ut, quae iam ab aliis editoribus congesta esset variantium lectionum quasi silva, quam diligentissime pervestigarem, excuterem et sub examen vocarem. Ex omnibus horum librorum recensionibus sine dubio maxime eminet ea, quam summa diligentia, insigni subtilitate et laudabili iudicii sobrietate instituit et anno 1829. edidit Fridericus Augustus Bornemannus, vir eruditissimus et Xenophontei sermonis consuetudine egregie imbutus *). Hanc igitur recensionem tanquam normam, ad quam in horum librorum oratione emendanda me dirigerem, sequutus sum, ita tamen, ut nunquam lectionibus a Bornemanno receptis temere acquiescerem, sed semper eas, comparata et excussa reliquorum vel scriptorum vel editorum librorum lectionum varietate, novo examini subiectas aut reciperem aut

*) V. quae de Bornemanni recensione in Prolegg. p. 31. dixi.

reiicerem et in harum locum alias sufficerem, quae maiore probabilitatis specie sese commendare viderentur. In enotanda lectionum diversitate hanc inivi rationem, ut non totam earum farraginem apponerem, id quod abhorruit ab huius editionis consilio, sed, recisis omnibus, quae aperte corruptae et vitiosae essent, eas deligerem, quae vel gravioris momenti essent, vel omnino insigniores et memoratu dignae; neque silentio praetermisi exquisitiores editorum coniecturas. Quum me non fugiat saepeque ipse expertus cognoverim, quam molestum sit ei, qui scriptorem accuratiore lectione perscrutari vult, nescire, qua librorum scriptorum vel editorum auctoritate eius oratio nitatur, malui variantes lectiones largiore suppeditare manu quam parciore. Quae de criticis horum librorum editionibus et codicibus commemoranda sunt, dixi in extremo Prolegomenorum capite.

Altero editoris officio, quod in explanandis scriptoris et verbis et sententiis ac rebus positum est, ita defunctus sum, ut primum, quae de horum librorum consilio et ratione, quae de rerum in iis tractatarum dispositione, quae de Socratis doctrina morali, de eius disserendi ratione, denique de eius δαιμονίῳ, multis locis in his libris commemorato, quae de Xenophontis in describenda magistri sui doctrina fide et auctoritate, quae de horum librorum inscriptione et tempore, quo compositi videntur, scitu maxime digna viderentur, ea paucis complecterer et Prolegomenorum loco praemitterem. Deinde ut, quae his

libris continerentur res ac sententiae, quo ordine eae sese exciperent et quo quasi vinculo inter se colligatae essent, clare ac facile perspiceretur, singulis eorum partibus praemisi argumenta, in quibus res pertractatas breviter comprehendi et ad summa quasi capita revocavi, adiectis etiam iis, quae de universa rei tractatione afferenda essent. Denique subiectae adnotationes versantur vel in impeditiorum locorum sententia expedienda, vel in rebus verbisque explicandis, vel in Xenophontis dicendi genere illustrando, vel in linguae Graecae grammatica ratione enucleanda.

Reliquum est, ut gratias agam, primum Friderico Iacobsio et Val. Chr. Fr. Rostio, viris praestantissimis, de benevolo quo me in adornanda editione mea adiuverunt consilio; deinde Augusto Straubelio, viro doctissimo, acutissimo mihique amicissimo, de singulari plane atque exquisitissima qua plagulas typis expressas percensuit cura ac diligentia; denique Ludovico Langio, egregio adolescenti, de impigra quam mihi in conficiendis indicibus praestitit opera.

Hannoverae XXII. die mens. Martii MDCCCXLI.

IN

XENOPHONTIS COMMENTARIOS

PROLEGOMENA.

I. De horum librorum consilio et ratione.

In conscribendis his libris hoc Xenophon sequutus est consilium, ut Socratem, dilectissimum praeceptorem, ab Atheniensibus morte mulctatum, ab accusatorum criminationibus defenderet, optimumque eum hominem sanctissimumque et tam singulis hominibus, quam universae civitati utilissimum fuisse demonstraret. Verum, quo gravior existeret haec defensio, non acquievit in recensendis simpliciter et diluendis criminibus Socrati obiectis, sed, postquam primis duobus primi libri capitibus universam rem breviter complexus est, Socratem ipsum cum discipulis vel amicis suis vel etiam cum sophistis de gravissimis doctrinae moralis et eius philosophiae partis, quae ad vitam melius instituendam pertinet, rebus disputantem induxit. Xenophon, si ab horum librorum principio (I, c. 1. et 2.) discesseris, raro ex sua ipse persona loquens prodit, nec fere nisi ita, ut Socratis sermonibus pauca verba, quae vel, unde illi nati sint, demonstrent, vel ad eos rectius intelligendos necessaria sint, praemittat, aut finitis sermonibus ea strictim adiiciat, quae ex iis ad Socratis doctrinam vel vivendi rationem diiudicandam colligi possint. Ita fit, ut, quum hos libros legimus, vera quaedam Socratis animis nostris obversetur imago. Nam quum hi sermones non solum in mira quadam rerum varietate versentur, sed etiam cum omnis generis hominibus instituti sint, iidemque Socratem ita cum singulis loquentem exhibeant, ut eum ad

cuiusque conditionem et indolem orationem suam direxisse et composuisse videamus: fieri non potest, quin Socratis multiplicem disputandi rationem, diversissimi generis homines tractandi peritiam, totum denique ingenium, vitam, mores clare perspiciamus.

Quanquam Xenophon non ipsa Socratis verba, uti ex eius ore fluxerunt, calamo excepta nobis tradidit: vix tamen, si in variis sermonibus variam disputandi rationem respicimus, dubitare poterimus, quin etiam orationem suam ad Socraticam accommodare et conformare studuerit; praesertim si nobiscum reputaverimus ex assidua consuetudine facile Xenophontis orationem Socraticae colorem quendam trahere potuisse. Huc accedit, quod mollis ille et lenis sonus *), quo Xenophon in omnibus scriptis suis usus est, et nativa eius infucataque simplicitas, omnibus Attici sermonis leporibus et veneribus condita, ut mira quadam delectatione legentium animos alliciunt ad se, ita ad Socratis amabiles mores, animi candorem et iucundissimam in hominum consuetudine affabilitatem exprimendam egregie videntur esse accommodata. Ut alia praetermittam, unum commemoro, in quo Xenophon elegantissime videtur magistri sui ingenium adumbrasse. Constat inter omnes Socratem a Graecis appellatum fuisse εἴρωνα ob dissimulantiam illam, qua, ubi cum aliis disputabat, iis, qui sapientiam sibi arrogabant, eam illudens tribuebat, se autem omnium rerum inscium fingebat et rudem, hoc tamen artificio tam scite utens, ut illos vehementer perturbaret errorisque sui et insipientiae convinceret **). Hanc Socraticam ironiam multis locis ***) Xenophon tam lepide et festive expressit, vix ut dubitare possimus, quin ea plane e natura ducta sit. Summa denique in magistrum pietas sincerissimusque amor, cuius pleni sunt hi libri, haud exiguam iis gratiam conciliant atque suavitatem.

II. De rerum his libris tractatarum dispositione.

Quanquam Socrates totam aetatem in studio sapientiae consumsit, philosophiamque primus firmis atque solidis fundamentis superstruxit: nunquam tamen inventa sua ad certam quandam artem et disciplinam revocare studuit, sed

*) Cf. Cicer. de Orat. II, 14, 58. Brut. XXXV, 132.
**) Cf. Cicer. Brut. LXXXV, 292.
***) V. I, 2, 34 sqq. III, 6, 2 sqq. IV, 2.

quavis oblata occasione de rebus, quae ad rectam vivendi viam, ad emendandos mores et ad vitae felicitatem pertinebant, de pietate, de pulchritudine, de iustitia, de temperantia, de fortitudine, de civitate et de officiis ei, qui civitatem administrare vellet, explendis, de hominibus regendis, omnibusque iis rebus, quarum cognitione homines boni et probi fierent, ignoratione vero ad servilem conditionem detruderentur *), disseruit. Hinc semper in vitae luce atque hominum celebritate versabatur et cum cuiusvis generis hominibus sermones spargens eorum animos mentesque doctrinae suae luce illustrare et viam, quae ad vitae felicitatem duceret, monstrare studuit. Itaque non mirabere nec Xenophontem operam dedisse, ut varios Socratis sermones argumentorum similitudine ad certum ordinem revocaret, vel adeo ex iis artem quandam componeret. Quod qui requisiverunt in his libris, neque Socraticae in docendo consuetudinis, neque consilii horum librorum rationem habuerunt. Nam si Xenophon Socratis praecepta ad severas artis leges ordinata consignasset, non solum a magistri sui ratione prorsus deflexisset, sed etiam mancam et imperfectam illius imaginem exhibuisset et proinde omnem defensionis suae vim atque vigorem mirum in modum infregisset. Quare satis libere versatus est in commemorandis Socratis sermonibus, ita quidem, ut in multis temporis magis, quo eos vel ipse audivit, vel ab aliis accepit, rationem, quam rerum argumentorum affinitatem sectatus esse videatur. In maxima tamen horum librorum parte non difficile est ordinem quendam indagare. Nam duo prima capita primi libri versantur in universa Socratis contra adversariorum criminationes defensione. Deinde sequuntur ea, quibus universa illa defensio per singula magis confirmetur. Sunt autem haec maximam partem Socratis cum amicis discipulisque sermones. Tertium caput libri primi satis arcte cohaeret cum antecedentibus. Repetit enim ea, quae prioribus iam exposita sunt, ita tamen, ut, quum supra deos coluisse Socratem virtutisque studiosissimum fuisse demonstratum esset, iam magis, quo modo deos coluerit, doceatur et de eius in victu amoreque temperantia fusius exponatur. Etiam quartum caput apte prioribus adiunctum est. Demonstratur enim, quod nonnulli credant Socratem exhortatum quidem fuisse homines ad virtutem, sed non perduxisse ad eam, id esse falsum. Quae sequuntur inde a libr. I. cap. 5. usque ad libr. II. cap. 2., non certo quodam ordine sese excipiunt. Sed inde a libr. II. cap. 2. usque ad libr. III. c. 7. sermones rerum tractatarum similitudine et cognatione

*) V. Memorab. I, 1, 16.

inter se cohaerere luculenter apparet. Primum enim (II, 2.) agitur de liberorum in parentes pietate: dein (3.) de fraterna concordia; tum (4—10.) de amicitia; porro (III, 1—4.) de imperatoris officiis; tum (5.) de ratione, qua Atheniensis ad pristinam fortitudinem, gloriam felicitatemque revocari possint; postremo (6. 7.) de re publica administranda. Reliquae tertii libri partes communi quodam societatis vinculo carent. Sed in libro quarto omnia a primo usque ad septimum caput arctissima colligatione connexa sunt inter se atque copulata. Quippe omnes qui in eo commemorantur sermones non dubium est quin id sequantur consilium, ut Socratis egregiam adolescentium ingenia diiudicandi tractandique dexteritatem eaque cognitione sui, pietate adversus deos, iustitia, temperantia aliisque quae ad vitae felicitatem pertinent rebus instituendi rationem describant. Extremum denique caput, quod epilogi instar adiunctum est, demonstrat Socratis mortem et pulcherrimam et beatissimam et vero diis carissimam censendam esse. Concluditur totum opus brevi repetitione argumentorum his libris tractatorum.

III. De Socratis praeceptis ad disciplinae formulam revocatis.

Verum, ut Socratis doctrina in clariore luce collocetur, res postulare videtur, ut disiecta quasi per hos libros eius membra in unum corpus colligamus et ad disciplinae formulam revocemus *).

Constat doctrinam moralem a veteribus in tres partes dividi solitam esse, quarum prima est de bonis et de summo bono, altera de virtutibus, tertia de officiis. Bonum est id, quod virtutis vi gignitur, summumque bonum coniunctio omnium bonorum, quae virtute gignuntur; virtus autem est constans ac perpetua vis animi, qua bonum gignitur; officium denique est formula atque

*) Socratis decreta, his libris consignata, primus ad doctrinae rationem revocavit Ludolphus Dissenius in Commentatione de philosophia morali in Xenophontis de Socrate commentariis tradita. Gotting. 1812. p. 6 sqq. Eundem igitur quem ille in singulis Socraticae doctrinae partibus disponendis ordinandisque sequar ordinem, reiecta tamen eius et de Socratica utilitatis notione et de Xenophontis in his libris auctoritate sententia, quae cur nobis probari non possit, infra demonstrabimus.

norma, ad quam virtus in agenda vita esse componere debet *).

A. Primum igitur videndum est, quale Socrates apud Xenophontem bonum esse statuerit.

Bonum, quod expetendum est hominibus, est utile (ὠφέλιμον, χρήσιμον, λυσιτελές). Utile autem dicitur finis agendi s. id quod in actione spectamus. Quicquid homo sentit et agit, utile esse, i. e. ad certum quendam finem referri debet. Per se igitur nihil bonum est, sed ratione habita eius, ad quod referatur. Idem dicendum est de pulchro (III, 8, 3. 6. 7. 10. IV, 6, 9). Summus autem finis, ad quem homo contendere debet, est vitae felicitas. Bonum igitur est id, quod utile est ad consequendum summum illum finem, vitae felicitatem. Bonum igitur et pulchrum non differunt ab utili. Per se nihil utile, nihil bonum, nihil pulchrum est, sed ratione habita eius, ad quod referatur (III, 8, 3. 6. 7. 10. IV, 6, 9). Unde consequens est, ut, quod aliis utile sit, aliis possit esse noxium (IV, 6, 8). Summum bonum est vitae felicitas (εὐδαιμονία). Sed haec felicitas non cernitur bonis externis vel a fortuna oblatis, sed iis, quae homo labore, opera, industria, virium contentione sibi peperit, i. e. bonis et honestis moribus. Vitae igitur felicitas et honesti mores idem sunt. Quo minus quis a rebus externis pendet, eo magis similis est deo (I, 10, 6). Sed quum res, quae ad felicitatem nostram pertinent, non per se bonae sint, sed male vel alieno tempore adhibitae nobis noxiae esse possint: cavendum nobis est, ne temere iis credamus, sed perpetua nostra cura, circumspectione, prudentia, exercitatione opus est, ut his rebus ita utamur, ut felicitati nostrae non obsint, sed prosint. (Sic explicandus est locus IV, 2, 34.) Ad virtutem consequendam omni virium contentione opus est: sine labore virtutem adipisci non possumus (I, 2, 57. III, 9, 14. II, 1, 20). Nam felicitas non est εὐτυχία, sed εὐπραξία, i. e. actio bona. Si quis nihil quaerens ea nanciscitur, quibus indiget (τῶν δεόντων), ea est εὐτυχία; at si quis discendo et curando res bene gerit, ea est εὐπραξία. Ii homines optimi et diis carissimi sunt, qui sive in agricultura, sive in medicina, sive in re publica res suas bene gerunt; qui autem nihil recte faciunt, ii neque utiles sunt ad quicquam, neque diis cari (III, 9, 14 — 15).

Bona, e quorum coniunctione summum bonum, i. e. vitae felicitas, nascitur, commemorantur haec fere:

*) V. nos in libro de Cicer. in philosophiam meritis. Hamburg. 1825. p. 225.

1. Bona valetudo et robur corporis, quae multum conferunt ad vitam laudabiliter honesteque et patriae civibusque utiliter degendam. Nam non solum ad ea, quae ipso corpore, sed etiam ad ea, quae animo et mente peragimus, utilissima est corporis sanitas. Quare opera danda est exercitationibus gymnicis, quibus non solum corpus corroboratur, sed etiam animus firmatur (III, 12).

2. Mentis sanitas, vis cogitandi omnesque animi facultates (III, 12, 6). Sed mentis sanitas maxime pendet a corporis sanitate. Qua de causa corpus exercendum est, uti modo vidimus.

3. Artes et disciplinae, quae ad bene beateque vivendum utilissimae sunt; sed earum studium ita restringendum est, ut ad vitam bene utiliterque agendam referatur. Quae a quotidiana vita abhorrent et recondita hominumque oculis occultata sunt, eorum investigatio inutilis est et nos abstrahit a multis rebus utilibus discendis (IV, 7). Commemoratur dialectica sive ars de bono, utili, pulchro ceterisque rebus vitae felicitati inservientibus ita disserendi, ut cuiusque rei proprias notas exquiramus definiamusque et clare exponamus (IV, 6). Quicunque rerum notiones distinctas habet, is, in quacunque vitae conditione constitutus erit, semper optima quaeque deliget et idcirco ad res gerendas magis idoneus erit (IV, 5, 12); porro arithmetica, geometria, astronomia (IV, 7). Omnes artes, quae vitae usibus inserviunt, ad bona referenda esse per se patet. Quanquam artes quae dicuntur sellulariae (*βαναυσικαί*) e veterum opinione bonorum numero excludendae sunt, quia et ab iis exercentur, qui pulchri, boni et iusti ignari sunt (IV, 2, 22), et animum corpusque frangunt (Oecon. IV, 2 sq.). Elegantiores quoque artes, ut picturam et statuariam, in bonis Socrates retulisse videtur (III, 10); sed non disertis verbis exponitur, quomodo eae ad utilitatis rationes revocandae sint. Sed quum pulchrum nihil aliud esse dicatur, nisi quod utile sit: vix dubium videtur, quin etiam has artes Socrates utilitatis causa tractandas esse existimaverit.

4. Amicitia est bonum maximi pretii. Nam nullum reperitur bonum, quod et pretiosius et stabilius et utilius sit quam bonus amicus. Is enim alterius negotia tanquam sua curat, omnes tam prosperas quam adversas res cum altero partitur, et alterius saluti ac prosperitati tanquam suae, saepe etiam magis quam suae providet (II, 4). Amici pretium aestimandum est ex amore et caritate, qua amicum complectitur, et e studio benevolentia et officiis de eo promerendi. Quo stabilior igitur sit amicitia, operam dare debemus, ut quam maximo pretio digni ab altero habeamur (II, 5). Amici debent esse ante omnia temperantes; nam

homines gulae, lasciviae, somno, ignaviae, luxuriae, avaritiae dediti nullam nobis praebent utilitatem, saepe etiam detrimentum; deinde fidi et prompti ad officia amicis praestanda eorumque commoda promovenda (II, 6, 1 — 5). Amicitia autem, nisi inter bonos et honestos, esse non potest. Nam qui inutiles sunt amicos utiles sibi conciliare non poterunt (II, 6, 14 — 16). Saepe quidem inter bonos, quum eadem bona expetunt, vel acerrimae inimicitiae oriri possunt; sed virtus, quae in iis inest, cupiditates, quae dissidia concitaverunt, temperabit et rationis imperio subiunget (II, 6, 19 — 28). Amicitia existit ex admiratione virtutum; haec admiratio inspirat benevolentiam efficitque, ut omni officiorum genere amicum nobis devincire studeamus. Amicitiae autem fundamentum veritas est. Quapropter brevissima et tutissima et pulcherrima via ad amicitiam est haec, ut, qualem te ab amico haberi cupias, talis revera esse coneris (II, 6, 33 — 39).

5. Concordia inter parentes, liberos et fratres; nam hi ad mutuam sibi opem ferendam a deo procreati sunt (II, 2. II, 3).

6. Societas civilis vel res publica, quae bene constituta omnibus civibus maxima commoda praebet (III, 7, 9). Quare, si quis indole ad rem publicam gubernandam idonea instructus est, civitati administrandae et amplificandae vires suas impendat oportet (III, 7).

B. Sequitur doctrina de virtute. Ad bona illa, quibus vitae felicitas continetur, adipiscenda virtute animum nostrum instruamus oportet, i. e. vi quadam animi constanti et perpetua, qua bona illa, e quibus apta est vitae felicitas, nobis comparemus. Quo accuratior virtutis imago exhiberetur, veteres philosophi plures virtutis partes primarias, quae virtutes cardinales appellari solent, constituerunt. Vulgo quattuor partes statuuntur: prudentia (φρόνησις), fortitudo (ἀνδρία), iustitia (δικαιοσύνη), temperantia (σωφροσύνη) *). Sed Socrates et in his libris et apud Platonem tres tantum virtutes cardinales statuit: temperantiam, fortitudinem, iustitiam; prudentiam vero (φρόνησιν s. σοφίαν) singularem virtutem esse negavit. Si quattuor ponuntur virtutes, duplex vis virtutis distinguitur, ut prudentia scientia, ceterae actione cernantur. Socrates vero bona vel honesta (utilia, ex eius mente), et mala vel turpia (noxia) diiudicandi et illis utendi, haec vitandi scientiam (III, 9, 4) ab actione non distinxit, sed prudentiam (σοφίαν) et uni-

*) Cf. Dissen. l. d. p. 15. et nos in libro de Ciceronis in philosophiam meritis p. 229—231.

versam virtutem unam eandemque esse statuit. Sapientia igitur non est singularis quaedam virtutis species, sed complectitur universam virtutem (III, 9, 4 et 5), ita quidem, ut fortitudo, iustitia et temperantia partes sint sapientiae vel scientiae illius. Sapiens (σοφός) est igitur is, qui et quid bonum honestumque (utile) sit cognitum habet, et ad hanc boni honestique speciem mente comprehensam vitam suam componit. Nam qui sapiens est, i. e. qui quid bonum (utile) sit cognitum habet, idem semper ea faciet, quae bono (utili) congrua sunt. Omnia enim, quae cum virtute, i. e. temperanter, iuste et fortiter aguntur, honesta et utilia sunt; contra, quae virtuti contraria sunt, mala et damnosa. Quod quum sapiens sciat, non solum mente sua semper honesta et utilia malis et damnosis praeferet, sed etiam faciet. Contra insipientes, quum quid bonum sit nesciant, mala et damnosa honestis et utilibus non solum mente sua praeferent, sed etiam facient, et, licet bona malis praeferre conentur, peccabunt (i. e. in discernendis bonis et malis per ignorantiam facile labentur). Ergo qui virtutes cognovit, idem eas exercebit; qui autem virtutes non cognovit, eas, licet velit, exercere non poterit. Quum igitur honesta (utilia) virtute efficiantur, apparet omnem virtutem esse sapientiam (III, 9, 5) *). Scientia igitur et actio dissociari nequeunt. Honesti cognitio efficit, ut ad id actiones nostras dirigamus; qui autem hac cognitione destitutus est, stultus est. (Cf. I, 1, 16. 2, 19. IV, 6, 10 sq.)

a) Temperantia (ἐγκράτεια) a Socrate virtutis fundamentum (ἀρετῆς κρηπίς) nominatur. Cernitur haec virtus sedandis et coercendis appetitionibus et cupiditatibus efficitque, ut eae rectae rationi pareant, conservatque considerata mentis iudicia (I, 5. II, 1, 1 — 7, et in primis IV, 5). Sine ea nihil gnaviter et strenue agere possumus (I, 5, 5), et neque nobis neque aliis prodesse, neque in familiarium congressionibus grati et accepti esse (I, 5, 1 — 3). Voluptatum illecebris et laborum molestiarumque taedio capti officiis nostris deerimus (II, 1, 1 — 7). Temperantia efficit, ut omnes labores lacto animo suscipiamus, quia bonum et

*) Etiam apud Platonem Socrates virtutem scientia contineri statuit. Cf. Protagor. Pari modo in Lachete fortitudo, et in Charmide temperantia scientia dicitur. Idem de Socrate tradit Aristoteles in Ethic. Eudem. I, 5: *Σωκράτης μὲν οὖν ὁ πρεσβύτης ᾤετ' εἶναι τέλος τὸ γινώσκειν τὴν ἀρετήν, καὶ ἐπεζήτει, τί ἐστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἕκαστον τῶν μορίων αὐτῆς· ἐποίει γὰρ ταῦτ' εὐλόγως· ἐπιστήμας γὰρ ᾤετ' εἶναι πάσας τὰς ἀρετάς, ὥστ' ἅμα συμβαίνειν εἰδέναι τε τὴν δικαιοσύνην καὶ εἶναι δίκαιον.* Cf. Magn. Mor. I, 1. Eth. Nicomach. VI, 13.

utile consilium sequimur et amplissimos fructus ex iis ad nos redundaturos speramus (II, 1, 17—19). Mollitia voluptasque et corporis sanitati obsunt, et impediunt nos, quo minus laudabilem animo scientiam comparemus; studia contra contentionesque ad bonas pulchrasque res perducunt. Sine labore et sudore nihil praeclari a diis nobis est concessum. Quid multa? Vera felicitas, nisi temperantes sumus, obtingere nobis non potest (II, 1, 19 sqq.). Omni bonae actioni, quam suscepturi sumus, tanquam fundamentum subesse debet temperantia. Quicunque voluptatibus se dat, gravissimo servitutis iugo se subiicit (IV, 5, 3—5). Intemperantia, sapientia nos privans et boni malique notionem confundens, efficit, ut mala pro bonis capiamus et ad omnem turpitudinem detrudamur (IV, 5, 6—7). Temperantia contra, cupiditates rationis imperio subiiciens et mentis sanitatem conservans, in quacunque vitae conditione semper optima quaeque nos deligere iubet et idcirco nos ad res gerendas idoneos reddit (IV, 5, 7—12).

b) Fortitudo (*ἀνδρία*) est scientia in rebus terribilibus et periculosis prudenter et strenue sese gerendi. Non ii sunt fortes iudicandi, qui non metuunt pericula, quia ignorant ea; sic enim multi insani et timidi fortes essent; neque fortes habendi sunt ii, qui metuunt quae non sunt metuenda; sed ii fortes sunt, qui pericula cognita habent et in iis prudenter, constanter et strenue sese gerunt (IV, 6, 10. 11).

c) Iustitia (*δικαιοσύνη*) est scientia observandarum legum, quibus homines utuntur (IV, 6, 5. 6). Duplex est autem genus legum; leges enim aut scriptae sunt, aut non scriptae. Scriptae leges sunt eae, quas cives ad communem salutem de iis, quae facere et quibus abstinere nos oportet, consentientes constituerunt. Ex harum legum obedientia quum multa et maxima proficiscuntur commoda, tum concordia, quae non solum universae civitatis, sed etiam omnium singulorum civium summum bonum, firmissimum munimentum et felicitatis fundamentum est. Ea civitas praestantissima est et non solum domi optime constituta, sed etiam foris invicta, in qua cives legibus maxime obtemperant (IV, 4, 10—18). Sed quum hae leges civitatis civiumque saluti prospicere debeant: earum observatio non est per se iusta, sed ita, ut semper illa salus respiciatur. Unde sequitur, ut una eademque actio pro diversa ratione vel conditionum, quibus exercetur, vel hominum, a quibus aut adversus quos exercetur, et iusta et iniusta esse possit (IV, 2, 13—19). Non scriptae leges (*ἤθη*) sunt eae, quae ab ipsis diis humano generi sunt datae, quae in omnibus terris eodem modo observantur, veluti, ut pa-

libris continerentur res ac sententiae, quo ordine eae sese exciperent et quo quasi vinculo inter se colligatae essent, clare ac facile perspiceretur, singulis eorum partibus praemisi argumenta, in quibus res pertractatas breviter comprehendi et ad summa quasi capita revocavi, adiectis etiam iis, quae de universa rei tractatione afferenda essent. Denique subiectae adnotationes versantur vel in impeditiorum locorum sententia expedienda, vel in rebus verbisque explicandis, vel in Xenophontis dicendi genere illustrando, vel in linguae Graecae grammatica ratione enucleanda.

Reliquum est, ut gratias agam, primum Friderico Iacobsio et Val. Chr. Fr. Rostio, viris praestantissimis, de benevolo quo me in adornanda editione mea adiuverunt consilio; deinde Augusto Straubelio, viro doctissimo, acutissimo mihique amicissimo, de singulari plane atque exquisitissima qua plagulas typis expressas percensuit cura ac diligentia; denique Ludovico Langio, egregio adolescenti, de impigra quam mihi in conficiendis indicibus praestitit opera.

Hannoverae XXII. die mens. Martii MDCCCXLI.

IN

XENOPHONTIS COMMENTARIOS

PROLEGOMENA.

I. De horum librorum consilio et ratione.

In conscribendis his libris hoc Xenophon sequutus est consilium, ut Socratem, dilectissimum praeceptorem, ab Atheniensibus morte mulctatum, ab accusatorum criminationibus defenderet, optimumque eum hominem sanctissimumque et tam singulis hominibus, quam universae civitati utilissimum fuisse demonstraret. Verum, quo gravior existeret haec defensio, non acquievit in recensendis simpliciter et diluendis criminibus Socrati obiectis, sed, postquam primis duobus primi libri capitibus universam rem breviter complexus est, Socratem ipsum cum discipulis vel amicis suis vel etiam cum sophistis de gravissimis doctrinae moralis et eius philosophiae partis, quae ad vitam melius instituendam pertinet, rebus disputantem induxit. Xenophon, si ab horum librorum principio (I, c. 1. et 2.) discesseris, raro ex sua ipse persona loquens prodit, nec fere nisi ita, ut Socratis sermonibus pauca verba, quae vel, unde illi nati sint, demonstrent, vel ad eos rectius intelligendos necessaria sint, praemittat, aut finitis sermonibus ea strictim adiiciat, quae ex iis ad Socratis doctrinam vel vivendi rationem diiudicandam colligi possint. Ita fit, ut, quum hos libros legimus, vera quaedam Socratis animis nostris obversetur imago. Nam quum hi sermones non solum in mira quadam rerum varietate versentur, sed etiam cum omnis generis hominibus instituti sint, iidemque Socratem ita cum singulis loquentem exhibeant, ut eum ad

cuiusque conditionem et indolem orationem suam direxisse et composuisse videamus: fieri non potest, quin Socratis multiplicem disputandi rationem, diversissimi generis homines tractandi peritiam, totum denique ingenium, vitam, mores clare perspiciamus.

Quanquam Xenophon non ipsa Socratis verba, uti ex eius ore fluxerunt, calamo excepta nobis tradidit: vix tamen, si in variis sermonibus variam disputandi rationem respicimus, dubitare poterimus, quin etiam orationem suam ad Socraticam accommodare et conformare studuerit; praesertim si nobiscum reputaverimus ex assidua consuetudine facile Xenophontis orationem Socraticae colorem quendam trahere potuisse. Huc accedit, quod mollis ille et lenis sonus *), quo Xenophon in omnibus scriptis suis usus est, et nativa eius infucataque simplicitas, omnibus Attici sermonis leporibus et veneribus condita, ut mira quadam delectatione legentium animos alliciunt ad se, ita ad Socratis amabiles mores, animi candorem et iucundissimam in hominum consuetudine affabilitatem exprimendam egregie videntur esse accommodata. Ut alia praetermittam, unum commemoro, in quo Xenophon elegantissime videtur magistri sui ingenium adumbrasse. Constat inter omnes Socratem a Graecis appellatum fuisse εἴρωνα ob dissimulantiam illam, qua, ubi cum aliis disputabat, iis, qui sapientiam sibi arrogabant, eam illudens tribuebat, se autem omnium rerum inscium fingebat et rudem, hoc tamen artificio tam scite utens, ut illos vehementer perturbaret errorisque sui et insipientiae convinceret **). Hanc Socraticam ironiam multis locis ***) Xenophon tam lepide et festive expressit, vix ut dubitare possimus, quin ea plane e natura ducta sit. Summa denique in magistrum pietas sincerissimusque amor, cuius pleni sunt hi libri, haud exiguam iis gratiam conciliant atque suavitatem.

II. De rerum his libris tractatarum dispositione.

Quanquam Socrates totam aetatem in studio sapientiae consumsit, philosophiamque primus firmis atque solidis fundamentis superstruxit: nunquam tamen inventa sua ad certam quandam artem et disciplinam revocare studuit, sed

*) Cf. Cicer. de Orat. II, 14, 58. Brut. XXXV, 132.
**) Cf. Cicer. Brut. LXXXV, 292.
***) V. I, 2, 34 sqq. III, 6, 2 sqq. IV, 2.

quavis oblata occasione de rebus, quae ad rectam vivendi viam, ad emendandos mores et ad vitae felicitatem pertinebant, de pietate, de pulchritudine, de iustitia, de temperantia, de fortitudine, de civitate et de officiis ei, qui civitatem administrare vellet, explendis, de hominibus regendis, omnibusque iis rebus, quarum cognitione homines boni et probi fierent, ignoratione vero ad servilem conditionem detruderentur*), disseruit. Hinc semper in vitae luce atque hominum celebritate versabatur et cum cuiusvis generis hominibus sermones spargens eorum animos mentesque doctrinae suae luce illustrare et viam, quae ad vitae felicitatem duceret, monstrare studuit. Itaque non mirabere nec Xenophontem operam dedisse, ut varios Socratis sermones argumentorum similitudine ad certum ordinem revocaret, vel adeo ex iis artem quandam componeret. Quod qui requisiverunt in his libris, neque Socraticae in docendo consuetudinis, neque consilii horum librorum rationem habuerunt. Nam si Xenophon Socratis praecepta ad severas artis leges ordinata consignasset, non solum a magistri sui ratione prorsus deflexisset, sed etiam mancam et imperfectam illius imaginem exhibuisset et proinde omnem defensionis suae vim atque vigorem mirum in modum infregisset. Quare satis libere versatus est in commemorandis Socratis sermonibus, ita quidem, ut in multis temporis magis, quo eos vel ipse audivit, vel ab aliis accepit, rationem, quam rerum argumentorum affinitatem sectatus esse videatur. In maxima tamen horum librorum parte non difficile est ordinem quendam indagare. Nam duo prima capita primi libri versantur in universa Socratis contra adversariorum criminationes defensione. Deinde sequuntur ea, quibus universa illa defensio per singula magis confirmetur. Sunt autem haec maximam partem Socratis cum amicis discipulisque sermones. Tertium caput libri primi satis arcte cohaeret cum antecedentibus. Repetit enim ea, quae prioribus iam exposita sunt, ita tamen, ut, quum supra deos coluisse Socratem virtutisque studiosissimum fuisse demonstratum esset, iam magis, quo modo deos coluerit, doceatur et de eius in victu amoreque temperantia fusius exponatur. Etiam quartum caput apte prioribus adiunctum est. Demonstratur enim, quod nonnulli credant Socratem exhortatum quidem fuisse homines ad virtutem, sed non perduxisse ad eam, id esse falsum. Quae sequuntur inde a libr. I. cap. 5. usque ad libr. II. cap. 2., non certo quodam ordine sese excipiunt. Sed inde a libr. II. cap. 2. usque ad libr. III. c. 7. sermones rerum tractatarum similitudine et cognatione

*) V. Memorab. I, 1, 16.

inter se cohaerere luculenter apparet. Primum enim (II, 2.) agitur de liberorum in parentes pietate; dein (3.) de fraterna concordia; tum (4—10.) de amicitia; porro (III, 1—4.) de imperatoris officiis; tum (5.) de ratione, qua Athenienses ad pristinam fortitudinem, gloriam felicitatemque revocari possint; postremo (6. 7.) de re publica administranda. Reliquae tertii libri partes communi quodam societatis vinculo carent. Sed in libro quarto omnia a primo usque ad septimum caput arctissima colligatione connexa sunt inter se atque copulata. Quippe omnes qui in eo commemorantur sermones non dubium est quin id sequantur consilium, ut Socratis egregiam adolescentium ingenia diiudicandi tractandique dexteritatem eaque cognitione sui, pietate adversus deos, iustitia, temperantia aliisque quae ad vitae felicitatem pertinent rebus instituendi rationem describant. Extremum denique caput, quod epilogi instar adiunctum est, demonstrat Socratis mortem et pulcherrimam et beatissimam et vero diis carissimam censendam esse. Concluditur totum opus brevi repetitione argumentorum his libris tractatorum.

III. De Socratis praeceptis ad disciplinae formulam revocatis.

Verum, ut Socratis doctrina in clariore luce collocetur, res postulare videtur, ut disiecta quasi per hos libros eius membra in unum corpus colligamus et ad disciplinae formulam revocemus *).

Constat doctrinam moralem a veteribus in tres partes dividi solitam esse, quarum prima est de bonis et de summo bono, altera de virtutibus, tertia de officiis. Bonum est id, quod virtutis vi gignitur, summumque bonum coniunctio omnium bonorum, quae virtute gignuntur; virtus autem est constans ac perpetua vis animi, qua bonum gignitur; officium denique est formula atque

*) Socratis decreta, his libris consignata, primus ad doctrinae rationem revocavit Ludolphus Dissenius in Commentatione de philosophia morali in Xenophontis de Socrate commentariis tradita. Gotting. 1812. p. 6 sqq. Eundem igitur quem ille in singulis Socraticae doctrinae partibus disponendis ordinandisque sequar ordinem, reiecta tamen eius et de Socratica utilitatis notione et de Xenophontis in his libris auctoritate sententia, quae cur nobis probari non possit, infra demonstrabimus.

norma, ad quam virtus in agenda vita sese componere debet *).

A. Primum igitur videndum est, quale Socrates apud Xenophontem bonum esse statuerit.

Bonum, quod expetendum est hominibus, est utile (ὠφέλιμον, χρήσιμον, λυσιτελές). Utile autem dicitur finis agendi s. id quod in actione spectamus. Quicquid homo sentit et agit, utile esse, i. e. ad certum quendam finem referri debet. Per se igitur nihil bonum est, sed ratione habita eius, ad quod referatur. Idem dicendum est de pulchro (III, 8, 3. 6. 7. 10. IV, 6, 9). Summus autem finis, ad quem homo contendere debet, est vitae felicitas. Bonum igitur est id, quod utile est ad consequendum summum illum finem, vitae felicitatem. Bonum igitur et pulchrum non differunt ab utili. Per se nihil utile, nihil bonum, nihil pulchrum est, sed ratione habita eius, ad quod referatur (III, 8, 3. 6. 7. 10. IV, 6, 9). Unde consequens est, ut, quod aliis utile sit, aliis possit esse noxium (IV, 6, 8). Summum bonum est vitae felicitas (εὐδαιμονία). Sed haec felicitas non cernitur bonis externis vel a fortuna oblatis, sed iis, quae homo labore, opera, industria, virium contentione sibi peperit, i. e. bonis et honestis moribus. Vitae igitur felicitas et honesti mores idem sunt. Quo minus quis a rebus externis pendet, eo magis similis est deo (I, 10, 6). Sed quum res, quae ad felicitatem nostram pertinent, non per se bonae sint, sed male vel alieno tempore adhibitae nobis noxiae esse possint: cavendum nobis est, ne temere iis credamus, sed perpetua nostra cura, circumspectione, prudentia, exercitatione opus est, ut his rebus ita utamur, ut felicitati nostrae non obsint, sed prosint. (Sic explicandus est locus IV, 2, 34.) Ad virtutem consequendam omni virium contentione opus est: sine labore virtutem adipisci non possumus (I, 2, 57. III, 9, 14. II, 1, 20). Nam felicitas non est εὐτυχία, sed εὐπραξία, i. e. actio bona. Si quis nihil quaerens ea nanciscitur, quibus indiget (τῶν δεόντων), ea est εὐτυχία; at si quis discendo et curando res bene gerit, ea est εὐπραξία. Ii homines optimi et diis carissimi sunt, qui sive in agricultura, sive in medicina, sive in re publica res suas bene gerunt; qui autem nihil recte faciunt, ii neque utiles sunt ad quicquam, neque diis cari (III, 9, 14—15).

Bona, e quorum coniunctione summum bonum, i. e. vitae felicitas, nascitur, commemorantur haec fere:

*) V. nos in libro de Cicer. in philosophiam meritis. Hamburg. 1825. p. 225.

1. **Bona valetudo et robur corporis**, quae multum conferunt ad vitam laudabiliter honesteque et patriae civibusque utiliter degendam. Nam non solum ad ea, quae ipso corpore, sed etiam ad ea, quae animo et mente peragimus, utilissima est corporis sanitas. Quare opera danda est exercitationibus gymnicis, quibus non solum corpus corroboratur, sed etiam animus firmatur (III, 12).

2. **Mentis sanitas, vis cogitandi omnesque animi facultates** (III, 12, 6). Sed mentis sanitas maxime pendet a corporis sanitate. Qua de causa corpus exercendum est, uti modo vidimus.

3. **Artes et disciplinae**, quae ad bene beateque vivendum utilissimae sunt; sed earum studium ita restringendum est, ut ad vitam bene utiliterque agendam referatur. Quae a quotidiana vita abhorrent et recondita hominumque oculis occultata sunt, eorum investigatio inutilis est et nos abstrahit a multis rebus utilibus discendis (IV, 7). Commemoratur dialectica sive ars de bono, utili, pulchro ceterisque rebus vitae felicitati inservientibus ita disserendi, ut cuiusque rei proprias notas exquiramus definiamusque et clare exponamus (IV, 6). Quicunque rerum notiones distinctas habet, is, in quacunque vitae conditione constitutus erit, semper optima quaeque deliget et idcirco ad res gerendas magis idoneus erit (IV, 5, 12); porro arithmetica, geometria, astronomia (IV, 7). Omnes artes, quae vitae usibus inserviunt, ad bona referenda esse per se patet. Quanquam artes quae dicuntur sellulariae (*βαναυσικαί*) e veterum opinione bonorum numero excludendae sunt, quia et ab iis exercentur, qui pulchri, boni et iusti ignari sunt (IV, 2, 22), et animum corpusque frangunt (Oecon. IV, 2 sq.). Elegantiores quoque artes, ut picturam et statuariam, in bonis Socrates retulisse videtur (III, 10); sed non disertis verbis exponitur, quomodo eae ad utilitatis rationes revocandae sint. Sed quum pulchrum nihil aliud esse dicatur, nisi quod utile sit: vix dubium videtur, quin etiam has artes Socrates utilitatis causa tractandas esse existimaverit.

4. **Amicitia** est bonum maximi pretii. Nam nullum reperitur bonum, quod et pretiosius et stabilius et utilius sit quam bonus amicus. Is enim alterius negotia tanquam sua curat, omnes tam prosperas quam adversas res cum altero partitur, et alterius saluti ac prosperitati tanquam suae, saepe etiam magis quam suae providet (II, 4). Amici pretium aestimandum est ex amore et caritate, qua amicum complectitur, et e studio benevolentia et officiis de eo promerendi. Quo stabilior igitur sit amicitia, operam dare debemus, ut quam maximo pretio digni ab altero habeamur (II, 5). Amici debent esse ante omnia temperantes; nam

homines gulae, lasciviae, somno, ignaviae, luxuriae, avaritiae dediti nullam nobis praebent utilitatem, saepe etiam detrimentum; deinde fidi et prompti ad officia amicis praestanda eorumque commoda promovenda (II, 6, 1 — 5). Amicitia autem, nisi inter bonos et honestos, esse non potest. Nam qui inutiles sunt amicos utiles sibi conciliare non poterunt (II, 6, 14 — 16). Saepe quidem inter bonos, quum eadem bona expetunt, vel acerrimae inimicitiae oriri possunt; sed virtus, quae in iis inest, cupiditates, quae dissidia concitaverunt, temperabit et rationis imperio subiunget (II, 6, 19 — 28). Amicitia existit ex admiratione virtutum; haec admiratio inspirat benevolentiam efficitque, ut omni officiorum genere amicum nobis devincire studeamus. Amicitiae autem fundamentum veritas est. Quapropter brevissima et tutissima et pulcherrima via ad amicitiam est haec, ut, qualem te ab amico haberi cupias, talis revera esse coneris (II, 6, 33 — 39).

5. Concordia inter parentes, liberos et fratres; nam hi ad mutuam sibi opem ferendam a deo procreati sunt (II, 2. II, 3).

6. Societas civilis vel res publica, quae bene constituta omnibus civibus maxima commoda praebet (III, 7, 9). Quare, si quis indole ad rem publicam gubernandam idonea instructus est, civitati administrandae et amplificandae vires suas impendat oportet (III, 7).

B. Sequitur doctrina de virtute. Ad bona illa, quibus vitae felicitas continetur, adipiscenda virtute animum nostrum instruamus oportet, i. e. vi quadam animi constanti et perpetua, qua bona illa, e quibus apta est vitae felicitas, nobis comparemus. Quo accuratior virtutis imago exhiberetur, veteres philosophi plures virtutis partes primarias, quae virtutes cardinales appellari solent, constituerunt. Vulgo quattuor partes statuuntur: prudentia (φρόνησις), fortitudo (ἀνδρία), iustitia (δικαιοσύνη), temperantia (σωφροσύνη) *). Sed Socrates et in his libris et apud Platonem tres tantum virtutes cardinales statuit: temperantiam, fortitudinem, iustitiam; prudentiam vero (φρόνησιν s. σοφίαν) singularem virtutem esse negavit. Si quattuor ponuntur virtutes, duplex vis virtutis distinguitur, ut prudentia scientia, ceterae actione cernantur. Socrates vero bona vel honesta (utilia, ex eius mente), et mala vel turpia (noxia) diiudicandi et illis utendi, haec vitandi scientiam (III, 9, 4) ab actione non distinxit, sed prudentiam (σοφίαν) et uni-

*) Cf. Dissen. l. d. p. 15. et nos in libro de Ciceronis in philosophiam meritis p. 229—231.

versam virtutem unam eandemque esse statuit. Sapientia igitur non est singularis quaedam virtutis species, sed complectitur universam virtutem (III, 9, 4 et 5), ita quidem, ut fortitudo, iustitia et temperantia partes sint sapientiae vel scientiae illius. Sapiens (σοφός) est igitur is, qui et quid bonum honestumque (utile) sit cognitum habet, et ad hanc boni honestique speciem mente comprehensam vitam suam componit. Nam qui sapiens est, i. e. qui quid bonum (utile) sit cognitum habet, idem semper ea faciet, quae bono (utili) congrua sunt. Omnia enim, quae cum virtute, i. e. temperanter, iuste et fortiter aguntur, honesta et utilia sunt; contra, quae virtuti contraria sunt, mala et damnosa. Quod quum sapiens sciat, non solum mente sua semper honesta et utilia malis et damnosis praeferet, sed etiam faciet. Contra insipientes, quum quid bonum sit nesciant, mala et damnosa honestis et utilibus non solum mente sua praeferent, sed etiam facient, et, licet bona malis praeferre conentur, peccabunt (i. e. in discernendis bonis et malis per ignorantiam facile labentur). Ergo qui virtutes cognovit, idem eas exercebit; qui autem virtutes non cognovit, eas, licet velit, exercere non poterit. Quum igitur honesta (utilia) virtute efficiantur, apparet omnem virtutem esse sapientiam (III, 9, 5) *). Scientia igitur et actio dissociari nequeunt. Honesti cognitio efficit, ut ad id actiones nostras dirigamus; qui autem hac cognitione destitutus est, stultus est. (Cf. I, 1, 16. 2, 19. IV, 6, 10 sq.)

a) Temperantia (ἐγκράτεια) a Socrate virtutis fundamentum (ἀρετῆς κρηπίς) nominatur. Cernitur haec virtus sedandis et coercendis appetitionibus et cupiditatibus efficitque, ut eae rectae rationi pareant, conservatque considerata mentis iudicia (I, 5. II, 1, 1 — 7, et in primis IV, 5). Sine ea nihil gnaviter et strenue agere possumus (I, 5, 5), et neque nobis neque aliis prodesse, neque in familiarium congressionibus grati et accepti esse (I, 5, 1 — 3). Voluptatum illecebris et laborum molestiarumque taedio capti officiis nostris deerimus (II, 1, 1 — 7). Temperantia efficit, ut omnes labores laeto animo suscipiamus, quia bonum et

*) Etiam apud Platonem Socrates virtutem scientia contineri statuit. Cf. Protagor. Pari modo in Lachete fortitudo, et in Charmide temperantia scientia dicitur. Idem de Socrate tradit Aristoteles in Ethic. Eudem. I, 5: *Σωκράτης μὲν οὖν ὁ πρεσβύτης ᾤετ' εἶναι τέλος τὸ γινώσκειν τὴν ἀρετήν, καὶ ἐπεζήτει, τί ἐστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἕκαστον τῶν μορίων αὐτῆς· ἑπόμενος γὰρ ταῦτ' εὐλόγως· ἐπιστήμας γὰρ ᾤετ' εἶναι πάσας τὰς ἀρετάς, ὥςθ' ἅμα συμβαίνειν εἰδέναι τε τὴν δικαιοσύνην καὶ εἶναι δίκαιον.* Cf. Magn. Mor. I, 1. Eth. Nicomach. VI, 13.

utile consilium sequimur et amplissimos fructus ex iis ad nos redundaturos speramus (II, 1, 17—19). Mollitia voluptasque et corporis sanitati obsunt, et impediunt nos, quo minus laudabilem animo scientiam comparemus; studia contra contentionesque ad bonas pulchrasque res perducunt. Sine labore et sudore nihil praeclari a diis nobis est concessum. Quid multa? Vera felicitas, nisi temperantes sumus, obtingere nobis non potest (II, 1, 19 sqq.). Omni bonae actioni, quam suscepturi sumus, tanquam fundamentum subesse debet temperantia. Quicunque voluptatibus se dat, gravissimo servitutis iugo se subiicit (IV, 5, 3—5). Intemperantia, sapientia nos privans et boni malique notionem confundens, efficit, ut mala pro bonis capiamus et ad omnem turpitudinem detrudamur (IV, 5, 6—7). Temperantia contra, cupiditates rationis imperio subiiciens et mentis sanitatem conservans, in quacunque vitae conditione semper optima quaeque nos deligere iubet et idcirco nos ad res gerendas idoneos reddit (IV, 5, 7—12).

b) Fortitudo (*ἀνδρία*) est scientia in rebus terribilibus et periculosis prudenter et strenue sese gerendi. Non ii sunt fortes iudicandi, qui non metuunt pericula, quia ignorant ea; sic enim multi insani et timidi fortes essent; neque fortes habendi sunt ii, qui metuunt quae non sunt metuenda; sed ii fortes sunt, qui pericula cognita habent et in iis prudenter, constanter et strenue sese gerunt (IV, 6, 10. 11).

c) Iustitia (*δικαιοσύνη*) est scientia observandarum legum, quibus homines utuntur (IV, 6, 5. 6). Duplex est autem genus legum; leges enim aut scriptae sunt, aut non scriptae. Scriptae leges sunt eae, quas cives ad communem salutem de iis, quae facere et quibus abstinere nos oportet, consentientes constituerunt. Ex harum legum obedientia quum multa et maxima proficiscuntur commoda, tum concordia, quae non solum universae civitatis, sed etiam omnium singulorum civium summum bonum, firmissimum munimentum et felicitatis fundamentum est. Ea civitas praestantissima est et non solum domi optime constituta, sed etiam foris invicta, in qua cives legibus maxime obtemperant (IV, 4, 10—18). Sed quum hae leges civitatis civiumque saluti prospicere debeant: earum observatio non est per se iusta, sed ita, ut semper illa salus respiciatur. Unde sequitur, ut una eademque actio pro diversa ratione vel conditionum, quibus exercetur, vel hominum, a quibus aut adversus quos exercetur, et iusta et iniusta esse possit (IV, 2, 13—19). Non scriptae leges (*ἤθη*) sunt eae, quae ab ipsis diis humano generi sunt datae, quae in omnibus terris eodem modo observantur, veluti, ut pa-

rentes colamus, ne coniugia inter parentes et liberos ineantur, ut gratiam referamus iis, qui de nobis bene meruerint, alia. Divinas leges esse intelligitur ex eo, quod, qui has migrant, eos poena consequitur nullo modo fugienda (IV, 4, 19 — 24).

C. Tertia denique philosophiae moralis pars est de officiis. Officium est lex, quae nobis in degenda vita sequenda est. Lex autem illa doctrinae de summo bono congrua esse debet. Quare quum e Socratis sententia bonum idem sit quod utile: consequens est officii legem nobis praescribere, ut in omni actione id sequamur, quod utilissimum nobis videatur. Quum saepe accidat, ut eadem res variis temporibus, locis, conditionibus et utilis et noxia esse possit: semper quaerendum et circumspiciendum est, quid sequendum, quid vitandum sit. Sic verbi causa mendacia dicere, alios decipere, furari, rapere iustitia nos vetat, sed in bello saepe iustum (i. e. utile) est (IV, 2, 14 — 17). Officia praecipua breviter complectitur II, 1, 23: Sive deos tibi propitios esse vis, colendi sunt dii; sive ab amicis diligi vis, beneficiis amici sunt afficiendi; sive a civitate vis honorari, utilitas afferenda est rei publicae; sive terram tibi fructus largos proferre vis, colenda erit terra; sive a iumentis ditari vis, iumentorum cura erit habenda; sive bello res tuas augeri cupis ac facultatem consequi et amicos liberandi et subigendi hostes, non solum artes bellicae a peritis discendae erunt, sed etiam, quomodo iis uti debeas, percipiendum exercitatione (ἀσκητέον); sive denique corpore robustus esse vis, corpus assuefaciendum erit rationis obedientiae et labore ac sudore exercendum. Quo magis humanae vitae bona fluxa et fragilia sunt (IV, 2, 34), eo magis eniti debemus, ut quam paucissimis vitae subsidiis indigeamus (I, 6, 10). Sed quum nihil per se bonum atque utile sit, sed omnia incerta et dubia: saepe multumque mens humana, quid faciendum sit, non intelligit. At huic humanae mentis imbecillitati certissimum praesidium ac perfugium paratum est divinatio. Et esse deos, et quum universum mundum continere, tum generi humano providere, clare testantur et mundi ordo, et tota hominis fabricatio omnisque humanae naturae figura omnibus numeris perfectissima, animi facultates, alia. Dii igitur pie sancteque colendi sunt: quod si facimus, nobis persuadebimus eos in rebus obscuris homines adiuvare paratos esse (I, 4. IV, 3).

IV. Quaeritur, an genuina Socratis doctrina a Xenophonte tradita sit.

Iam, exposita universa Socratis doctrina morali, qualis a Xenophonte tradita est, pervenimus ad difficilem quaestionem: utrum Socratis genuina haec sit doctrina, an Xenophontis, Socratis personae tributa. Quae quidem quaestio quum saepe multumque sit agitata, tum nostra memoria admirabili ingenii acumine et summa doctrinae copia retractata est a Ludolpho Dissenio*), Fr. Schleiermachero**), Ch. A. Brandisio***), H. Th. Roetschero†), nuper denique a Carolo Rosselio††). Qui quidem omnes, praeter Roetscherum, quamvis diversam in pertractanda hac quaestione iniverint viam, tamen in eo conspirant, ut genuinam Socraticae philosophiae doctrinam in Xenophontis commentariis esse consignatam pernegent. Scilicet Dissenius, postquam Socratis apud Xenophontem doctrinam omnem utilitatis rationibus niti demonstravit, eam non solum non integram illius philosophiam esse, immo ne prope quidem ad eam accedere, sed plane indignam iudicandam Socrate, cui Plato omnia sua tribuisset, contendere non dubitavit. Concedit quidem Socratem nondum tam subtiliter, quam a Platone factum sit, de philosophia morali disputasse; vix tamen dubitari posse, quin honestum omni vi expetendum atque amplectendum docuerit, quo solo vera generi humano parari possit salus. Qui autem factum sit, ut Xenophon talem in commentariis suis descripserit magistri sui doctrinam, hoc modo explicat. Sermones, inquit, habebat Socrates cum hominibus generis cuiusvis, eosque ad fortitudinem, iustitiam, temperantiam excitabat: quod quo modo melius fieri poterat quam emolumentis harum rerum proponendis? Quos quidem sermones quum Xenophon audivisset, non ille factus ad subtiliores philosophiae quaestiones, descripsit Socratem ab una tantum parte, eaque primum se offerente iis, quos maxime ad vitae negotia natura formavit. Dedit igitur nobis hanc doctrinam utilitate omnia metientem, quum Socratem osten-

*) in Commentatione de philosophia morali in Xenophontis de Socrate commentariis tradita. Gotting. 1812.

**) in Commentat. Academ. (Abhandl. d. Königl. Preufs. Akad. d. Wiss.). Berol. 1814—15. p. 50 sqq.

***) in Mus. Rhenan. ed. ab A. Boeckh., B. G. Niebuhr. et Ch. A. Brandisio, 1827. I. 2. p. 118—150. et 1828. II. 1. p. 85—112.

†) Aristophanes und sein Zeitalter. Eine philologisch-philosophische Abhandlung zur Alterthumsforschung. Berlin 1827.

††) in Dissert. de philosophia Socratis. Gotting. 1837.

dere vellet, a subtilioribus disputationibus alienum et ad vitam recte instituendam omnes cohortantem: cuius tamen doctrinae rationem ipse non satis videtur perspexisse. — Etiam Schleiermacherus non e Xenophontis commentariis, sed e Platonis potius scriptis integram Socraticae philosophiae doctrinam ducendam existimavit. — Sed quum omnia decreta in Platonis dialogis consignata a Socrate profecta non esse luce clarius esset: exstitit Brandisius et tanquam normam, qua Socraticae et Platonicae sententiae discernerentur, adhibuit Aristotelem, Xenophonti autem, quem non idoneum fuisse arbitratur magistri sui doctrinae penitus percipiendae, omnem fere fidem atque auctoritatem abiudicavit. Rosselius, qui varias de hac re disquisitiones de integro examinavit, non solum ea vere Socratica esse censet, quae Aristotelis testimoniis confirmentur, sed etiam multa alia reperiri posse omnibus locis, ubi „strictas Plato consequutiones suas studeat innectere notionibus magistri." De Xenophonte non minus inique, immo multo iniquius etiam iudicat quam Dissenius. Roetscherus denique Xenophontis in describenda Socratis doctrina fidem atque auctoritatem vindicare studuit et illius de hoc commentarios unum limpidissimum fontem, e quo genuina Socratis doctrina ducenda esset, iudicavit*).

Sed iam tempus est, ut, quid ego sentiam, aperte dicam. Fateor me quoque priore tempore praeceptoris mei pie colendi, Dissenii, de Xenophonte sententia imbutum fuisse; sed quo saepius diligentiusque Xenophontis de Socrate libros pertractabam, eo magis Dissenii eorumque, quos commemoravi, sententiis diffidere incipiebam, donec tandem eo perveni, ut eas prorsus reiiciendas mihi persuaderem, nec dubium esse iudicarem, quin Socratis doctrina ab uno Xenophonte vera ac genuina tradita esset. Nimirum in eo mihi videtur vehementer esse peccatum, quod Socratis doctrinam, qualis a Xenophonte descripta est, non per se spectarunt, sed cum Platonici Socratis doctrina contenderunt et ad hanc veluti normam exegerunt. Quo fieri non potuit, quin Xenophontei Socratis tenuitas et simplicitas Platonici ubertate et splendore plane obrueretur. Nam ut ille philosophiam de coelo in terram devocavit et ad vitae quotidianae usus et rationes revocavit; ita hic philosophiam a terra ad coelum evocavit et ad divinas honesti, pulchri et iusti imagines effinxit.

*) Roetscherus in: Aristophanes und sein Zeitalter p. 394: „dafs die Xenoph. Zeugnisse als das unbefangenste Zeugnifs der ursprünglichen Sokratischen Lehre gelten können, wie dieselbe in ihrer ersten Gestalt, noch nicht weiter gebildet und zum System entfaltet, aufgetreten ist."

At profecto, licet nullam aliam de Socrate auctoritatem, nisi Xenophontis de eo commentarios, sequamur, tamen, si, nulla praeiudicata opinione praepediti, rem per se spectatam diligenter perpenderimus, Socratis de philosophia merita praeclara esse atque immortalia iudicanda confiteamur necesse erit. Etenim Socrates primus humani animi recessus perscrutatus est, mentis rationem subtilius examinavit omnisque nostrae cognitionis fontem aperuit et tali modo effecit, ut philosophiae firmiora ac solidiora substernerentur fundamenta *). Quum superiores philosophi in exquirendis rebus occultis et ab ipsa natura involutis occupati fuissent, Socrates primus philosophiam ab his physicorum quaestionibus, quae nihil ad bene vivendum conferrent, ad cognoscendam humanam naturam vocavit et ad vitam communem adduxit moralisque doctrinae auctor exstitit **), quae licet Platonicae sublimitate obruatur, tamen, si eam primam fuisse reputemus, admiratione nostra longe est dignissima. Adde, quod a Socrate, humanae cognitionis fonte aperto, sophistarum, qui quum omnem rerum scientiam non in cogitatione et mente, sed in sensibus sitam esse sibi persuasissent et inani verborum strepitu notionumque confusione civium suorum mentes perturbare studerent, perniciosissimam vim in homines exercebant, levitas ac vanitas detecta omnisque eorum auctoritas fracta est. Huc denique accedit, quod Socrates vitae integritate et morum sanctitate civibus suis recte vivendi viam praeivit illustrissimumque omnis virtutis exemplum exhibuit, et pulcherrima morte doctrinae suae veritatem confirmavit. Quae quidem omnia si cogitatione complecti volumus, mirari desinemus, quod Socrates talis, qualis a Xenophonte descriptus est, tantam apud omnes existimationem nominisque claritatem sibi parere et vel in divino Platonis ingenio tan-

*) Praeclare Roetscherus l. d. p. 395: Wer überhaupt den Gedanken als das Bewegende und Gestaltende erkennt, wird darin gerade das unsterbliche Verdienst des Socrates setzen, zuerst das Selbstbewufstsein der Untersuchung unterworfen zu haben und zuerst in die Tiefe der Innerlichkeit herabgestiegen zu sein. Sie gegen jede andere Macht als das absolut Heilige und Höchste festgehalten, die eigne Einsicht als das einzige Bestimmende ausgesprochen zu haben, macht sein Auftreten zu einem welthistorischen, indem der Welt mit ihm die vorher verborgene Region des Gewissens eröffnet worden ist, und, so zu sagen, ein neuer Gott sich an die Stelle des alten gesetzt und behauptet hat.

**) Cf. Cicer. Academ. I, 4, 15. et Tuscul. V, 4, 10. pulcherrimum locum: Socrates primus philosophiam devocavit e coelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere.

tam excitare potuerit admirationem, ut is omnia sua tribueret magistro suo, e cuius ore prima omnis verae cognitionis praecepta didicisset.

Sed iam propius ad rem accedamus. Xenophontei Socratis doctrina moralis in omni actione exquirit, cui bono quidque sit. Platonici contra Socratis doctrina moralis tanquam summum proponit τὸ ἀγαθόν, i. e. deum et quicquid pulchrum ac praeclarum mens humana assequi potest; illud perfectissimum omnis virtutis exemplum esse vult, quod intuentes in omni vita sequamur. Praeclaram ac divinam hanc doctrinam esse quis negabit; sed Socraticam esse, id nego atque pernego. An ulla reperiri potest ars vel doctrina, quae primo statim ortu omnibus numeris absoluta atque perfecta exstiterit? Immo rei plane consentaneum est eum, a quo prima moralis doctrinae fundamenta iacta sunt *), omnem scientiam omnesque virtutes ad utilitatem, i. e. ad quaestionem de fine actionis revocare et in omni actione quaerere, cui bono quidque sit, i. e. quid quaeque res conferat ad consequendam vitae felicitatem, qui summus vitae finis sit. Nam Dissenius et qui eius de Xenophonteo Socrate sententiam sequuntur, quum illam utilitatem, quam in omni re Socrates sequendam docuit, ita interpretantur, ac si ea emolumentis quibusdam extra actionem positis cernatur **), vehementer falluntur; immo illud utile nihil aliud est quam finis agendi seu id, quod quis in actione spectat. Hinc statuit Socrates nihil esse bonum, nisi quod utile (ὠφέλιμον) sit, i. e. nisi id, quod ad vitae felicitatem pertineat; haec autem vitae felicitas non in voluptate, sed in virtute posita est ***). Itaque Socrates dicitur exsecrari solitus eos, qui primum honestum et utile, natura cohaerentia, opinione distraxissent †).

---

*) Consentienti voce ab omnibus antiquitatis scriptoribus Socrates doctrinae moralis auctor et parens nominatur. V. Adnotata nostra ad Cicer. Tuscul. V, 4, 10.

**) Cf. H. Th. Roetscherum in censura Forchhammeri: „Die Athener und Sokrates," in Berolin. Annal. liter. 1838. p. 143 sq.: Der Ausdruck Nützlichkeit ist darum durchaus schief, weil wir dabei immer an einen aufserhalb des Handelns liegenden endlichen Zweck denken.

***) Cf. Plat. Alcib. I. p. 116. C: ΣΩ. *Τί δέ; τὰ ἀγαθὰ συμφέρει, ἢ οὔ; ΑΛ. Συμφέρει. ΣΩ. Μνημονεύεις οὖν περὶ τῶν δικαίων πῶς ὡμολογήσαμεν; ΑΛ. Οἶμαί γε τοὺς τὰ δίκαια πράττοντας ἀναγκαῖον εἶναι καλὰ πράττειν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τοὺς τὰ καλὰ ἀγαθά; ΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τὰ δὲ ἀγαθὰ συμφέρειν; ΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τὰ δίκαια ἄρα — συμφέροντά ἐστιν.*

†) Cicer. Offic. III, 3, 11.

Sed ad ea, quae de Socratis philosophandi ratione et doctrina morali exposuimus, etiam alia multa accedunt, quae nullam esse idoneam causam, cur Xenophontis in describenda Socratis philosophia fidem in dubium vocemus, luculenter demonstrare videantur.

Ac primum quidem Xenophon diligentissimus fuit Socratis auditor et, quanquam ad subtiliores philosophiae disquisitiones minus erat factus, tam praeclaris tamen animi ingeniique virtutibus excelluit, ut ex omnibus Socratis amicis et familiaribus nemo facile aptior fuisse videatur ad magistri sui doctrinam et recte percipiendam et fideliter describendam. Quid commemorem eius animi candorem, morum sanctitatem, iudicii sanitatem, mentem literis egregie excultam, ingenii venustatem et leporem, veritatis studium, totam denique vitam in hominum celebritate consumtam? Quae quidem omnia praeclare respondent Socratis indoli, moribus, vitae. Xenophon, si quis alius, Socraticus appellandus est. Nam magistri sui disciplinam ita animo combibit, ut non solum in omnibus scriptis suis eandem quam in commentariis consignatam videmus Socratis mentem expresserit, sed etiam totam vitam ad illius praecepta direxisse et composuisse videatur. Denique ex eo ipso, quod Xenophontis ingenium natura non ita erat factum, ut in amplificanda magistri doctrina et novis inventis ditanda elaboraret, gravissimum fidei argumentum ducendum est. Quod longe aliter comparatum est in Platone. Hic enim amore quidem Socratis atque admiratione nequaquam cessit Xenophonti; sed, quum divina quadam ingenii ubertate, incredibili mentis acumine, admirabili rerum imagines concipiendi facultate praeditus et ad philosophiae subtilitatem plane natus factusque esset, intra magistri sui fines consistere eiusque inventis conquiescere non potuit, sed philosophiae initia ab eo accepta divina ingenii vi divinitus amplificavit et ex vitae humilitate ad idearum divinitatem extulit. Neque subtilitas Platonicae philosophiae, neque sublimitas et maiestas orationis, qua Plato usus est, concinunt cum ingenio Socratis, qui de virtutibus et vitiis, de rebus bonis et malis in officinis et in publico quotidie philosophabatur *). Ex omni Socratis disciplina, exceptis paucis qui-

*) Cf. Diog. Laert. Vit. Plat. XXIV, 35: φασὶ δὲ καὶ Σωκράτην ἀκούσαντα τὸν Λύσιν ἀναγινώσκοντος Πλάτωνος· „Ἡράκλεις," εἰπεῖν, „ὡς πολλά μου κατεψεύδεθ' ὁ νεανίσκος." οὐκ ὀλίγα γὰρ ὧν οὐκ εἴρηκε Σωκράτης γέγραφεν ὑνήρ. et Vit. Socr. XXIV, 45: ἀλλὰ καὶ Πλάτων ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ μνησθεὶς Ἀναξαγόρου καὶ ἄλλων φυσικῶν, ἃ Σωκράτης ἀρνεῖται, περὶ τούτων αὐτὸς λέγει, καίπερ ἀνατιθεὶς πάντα Σωκράτει.

busdam decretis, quale est id, quod cum Socrate dicit omnem virtutem scientia contineri *), nihil fere aliud Plato videtur amplexatus esse, quam novam atque praeclaram disserendi artem, qua ille omnium primus humanae mentis rationem subtiliter perscrutatus est et humanae cognitioni firma fundamenta substravit. Neque ulla apud Platonem reperiuntur vestigia, e quibus veram ac germanam Socratis doctrinam in illius dialogis exhiberi certo concludi possit; immo, si diligenti lectione hos dialogos pervestigamus, clare perspiciemus multas doctrinas a Platone procedente tempore magis magisque excultas atque perfectas esse: unde apparet non absolutam iam ab alio et consummatam doctrinam Platonem tradidisse, sed suam atque propriam philosophiam per omnes quasi aetatis gradus progredientem literis mandasse. Difficilem sane atque admodum lubricam viam mihi ii videntur esse ingressi, qui, qualis doctrina magistri aut esse debuerit, aut non esse, e doctrina discipuli concludi posse arbitrentur, praesertim si utriusque indoles, vita et consilium diversissima sunt. Xenophon contra in commentariis suis de Socrate non philosophum agere, sed simplicis narratoris personam sustinere et magistri sui vita et doctrina describenda eum contra adversariorum criminationes defendere voluit. Ex quo intelligitur nihil magis eum curare debuisse, quam ut in omnibus dictis historici fidem quam religiosissime servaret. Quod si Xenophontis fidem in dubium vocare volumus, profecto omnes veterum scriptorum fontes turbidos esse omnemque antiquitatis veritatem in lubrico versari confiteamur necesse est. Socratis cum amicis et familiaribus sermones integros et immutatos a Xenophonte redditos esse dici quidem non potest, quum nec ipse se id facere voluisse significet, et non paucis locis quae memoria custodita teneat commemorare se velle dicat **), denique etiam alia tradat, quae a testibus auritis et oculatis sibi narrata accepit. Sed id dubium esse non potest, quin Xenophon assidua magistri sui consuetudine usus omnem illius vitam diligentissime observarit, et in eius disputandi rationem plane se insinuaverit, omniaque illius dicta et praecepta saepe multumque memoria et cogitatione repetiverit. Nec dissimile veri vi-

---

*) V. supra p. VIII. et de Platone conf. Stallbaumium ad Lachet. p. 3.

**) Cf. I, 2, 53. I, 3, 1: *τούτων δὴ γράψω, ὁπόσα ἂν διαμνημονεύσω.* I, 4, 2: *λέξω δὲ πρῶτον, ἃ ποτε αὐτοῦ ἤκουσα — διαλεγομένου.* II, 4, 1. IV, 3, 2: *ἄλλοι μὲν οὖν αὐτῷ πρὸς ἄλλους οὕτως ὁμιλοῦντι παραγενόμενοι διηγοῦντο, ἐγὼ δέ, ὅτε πρὸς Εὐθύδημον τοιάδε διελέγετο, παρεγενόμην.*

detur ex iis, quae a Socrate acceperit, summa veluti capita literis eum notasse *).

Atque ipsa Socraticorum sermonum apud Xenophontem forma totusque habitus usquequaque fere ita comparatus est, ut nihil insit, quod non veritatis speciem prae se ferat et ex ipsa vita ductum videatur. Huc accedit etiam, quod idem argumentum saepius pluribus iisque disiunctis sermonibus tractatur, qui si in unum confusi essent, res multo clarius atque accuratius absolvi potuit **): unde haud temere concludas non pro arbitratu suo Xenophontem Socraticos sermones confinxisse vel composuisse, sed, ut a magistro suo acceperit, ita, si non ad verbum, certe diligenter servatis sententiis argumentisque, consignasse.

Denique haud leve sane ad Xenophontis fidem demonstrandam in eo positum videtur momentum, quod ille commentarios suos eo consilio conscripsit, ut magistri sui tam vitam, quam doctrinam contra adversariorum criminationes defenderet. A quo quidem consilio quid magis abhorrere potuit, quam si sermones ex vano hausisset, quos Socrates nunquam usurpasset, et res atque sententias protulisset, quae cum illius doctrina, a tot hominibus percepta, pugnarent? praesertim quum ipse Xenophon identidem disertissimis verbis pronuntiaverit se narrare ea, quae vel suis ipse auribus, vel ex aliorum ore accepisset.

Profecto nisi statuere volumus Xenophontem vel tam tenuiter a natura instructum fuisse, ut Socratis philosophiam, non umbratilem illam et a vitae luce remotam, sed popularem et in hominum celebritate et natam et excultam, percipere non posset, vel tam mente captum, ut, magistri sui doctrina corrupta vel immutata, se suae ipsum defensionis vim omnem atque auctoritatem elevaturum fore non intelligeret, vel tam improbum, ut falsa pro veris venditare omnemque veritatem et fidem susque deque habere non verecundaretur, vel denique tam levis animi, ut ingenii gloriolam quandam captare quam certi ac veracis scriptoris famam conservare mallet: haec igitur nisi statuere volumus, non possumus facere, quin Xenophontem veram ac germa-

*) Sic explicanda videntur verba Diogenis Laertii in Vit. Xenoph. III, 48: *Πρῶτος (Ξενοφῶν) ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα (ὑπὸ Σωκράτους) εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν, ἀπομνημονεύματα ἐπιγράψας.* Etiam de Simone idem tradit Diogenes Laert. Lib. II. cap. XIII. §. 122: *Σίμων Ἀθηναῖος, σκυτοτόμος· οὗτος, ἐρχομένου Σωκράτους ἐπὶ τὸ ἐργαστήριον καὶ διαλεγομένου τινά, ὧν ἐμνημόνευεν ὑποσημειώσεις ἐποιεῖτο*, i. e. quae meminerat literis notabat.

**) Cf. I, 4 et IV, 3; I, 5 et IV, 5. V. Weiskium ad Xenoph. Comment. p. 225.

nam Socratis doctrinam tradidisse confiteamur. Quanquam tantum abest, ut Xenophontis libris omnem Socratis doctrinam contineri credam, ut persuasissimum mihi sit multa a Socrate amicis et familiaribus tradita esse, quae vel ad Xenophontis notitiam non venerunt, vel ab horum librorum consilio aliena erant, multa etiam, quae in iis breviter admodum a Socrate et minus accurate disputata leguntur, aliis eius sermonibus fusius multo et enucleatius tractata esse; sed ita statuo, ut, quaecunque illa fuerint, quae in his commentariis non commemorantur, ea omnia re ipsa cum Socratis doctrina, qualis a Xenophonte tradita est, non discrepasse, sed concinuisse existimem.

V. De Socratis δαιμονίῳ.

In omnibus antiquitatis de Socrate scriptis saepe commemoratur δαιμόνιον quoddam, quod eius perpetuus in omni vita quasi comes fuisse perhibetur. De quo quum non solum antiquitus, sed etiam nostris temporibus *) multae atque variae, saepe etiam mirabiles et portentosae prolatae sint sententiae, non alienum videtur ab hoc loco, comparatis Xenophonteis et Platonicis in quibus illius δαιμονίου mentio fit locis adhibitoque Plutarchi de eo singulari libello **), exquirere et explanare, quale illud mente nostra informandum sit.

Ante omnia observandum est δαιμόνιον generatim idem significare quod θεῖον, i. e. divinum, quicquid a diis proficiscitur. Sic Comment. I, 1, 9: τοὺς δὲ μηδὲν τῶν τοιούτων οἰομένους εἶναι δαιμόνιον, ἀλλὰ πάντα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης, δαιμόνιον opponitur iis, quae mente humana efficiuntur. Hinc τὸ δαιμόνιον idem est, quod τὸ θεῖον (das göttliche Wesen, ut Commentar. I, 4, 18). Cf. Commentar. I, 4, 2: λέξω —, ἅ ποτε αὐτοῦ ἤκουσα περὶ τοῦ δαιμονίου διαλεγομένου. 10: οὗτοι — ὑπερορῶ τὸ δαιμόνιον. IV, 3, 14: ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνθρώπου γε

*) E recentioribus laudo Guil. Gottl. Tennemannum in Gesch. d. Philos. T. II. p. 31—36. F. Schleiermacherum ad Platonis interpretat. Part. I. Vol. II. p. 415. Fr. Astium in Platon's Leben und Schriften, als Einleitung in d. Stud. des Platon p. 483—486. Fr. Thierschium in censura de Astiano opere, inserta Vindobonensibus liter. Annalibus (Wiener Jahrb.) Part. III. a. 1818. p. 84—86. H. Th. Roetscherum in: Aristophanes und sein Zeitalter. Berlin 1827. p. 255 sq.

**) Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου (de Socratis Genio) in Car. Tauchnitii edit. stereot. T. IV. p. 62—117.

ψυχή, ἤ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀνθρωπίνων, τοῦ θείου μετέχει, ὅτι μὲν βασιλεύει ἐν ἡμῖν, φανερόν, ὁρᾶται δὲ οὐδ' αὐτή. Ἃ χρὴ κατανοοῦντα μὴ καταφρονεῖν τῶν ἀοράτων, ἀλλ' ἐκ τῶν γιγνομένων τὴν δύναμιν αὐτῶν καταμανθάνοντα τιμᾶν τὸ δαιμόνιον (id idem est, quod antecedens τοῦ θείου)*). Unde factum est, ut τὰ δαιμόνια plurativo numero eadem fere vi dicantur, qua οἱ θεοί, ut apud nos die Gottheiten pro Götter, ut Commentar. I, 1, 1: οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων, et aliis multis locis.

Ac primum quidem in partes vocemus Xenophontea. Gravissimus locus legitur in Comment. I, 1, 2—5: διετεθρύλητο γὰρ, ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν· ὅθεν δὴ καὶ μάλιστά μοι δοκοῦσιν αὐτὸν αἰτιάσασθαι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν. Ὁ δ' οὐδὲν καινότερον εἰσέφερε τῶν ἄλλων, ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις· οὗτοί τε γὰρ ὑπολαμβάνουσιν οὐ τους ὄρνιθας οὐδὲ τοὺς ἀπαντῶντας εἰδέναι τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς διὰ τούτων αὐτὰ σημαίνειν, κἀκεῖνος δὲ οὕτως ἐνόμιζεν. Ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖστοί φασιν ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἀπαντώντων ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι· Σωκράτης δέ, ὥσπερ ἐγίγνωσκεν, οὕτως ἔλεγε· τὸ δαιμόνιον γὰρ ἔφη σημαίνειν. Καὶ πολλοῖς τῶν ξυνόντων προηγόρευε τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν, ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος, καὶ τοῖς μὲν πειθομένοις αὐτῷ συνέφερε, τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις μετέμελε. Καίτοι τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν αὐτὸν βούλεσθαι μήτ' ἠλίθιον μήτ' ἀλαζόνα φαίνεσθαι τοῖς συνοῦσιν; ἐδόκει δ' ἂν ἀμφότερα ταῦτα, εἰ προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα κἄτα ψευδόμενος ἐφαίνετο. Δῆλον οὖν, ὅτι οὐκ ἂν προέλεγεν, εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀληθεύσειν. Ταῦτα δὲ τίς ἂν ἄλλῳ πιστεύσειεν ἢ θεῷ; Ex hoc loco luculenter apparet illud δαιμόνιον fuisse divinam quandam vocem, quam Socrates de rebus futuris animo percipiebat, quae eum aut dehortabatur a re quadam agenda, aut adhortabatur ad eam agendam. Divinam autem hanc vocem esse Socrates concludebat ex eo, quod nunquam fallebat, sed semper vera erat. Haec autem certa de rerum futurarum veritate persuasio a nullo repeti potest, nisi a deo. Neque solum in suis ipsius rebus huius vocis perceptio concessa erat, sed etiam ad alios consilio suo ad-

*) Aristotel. Rhetoric. II, 23, 8: τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς ἢ θεοῦ ἔργον, i. e. daemonium nihil est aliud, nisi deus vel dei opus. Cf. Fr. Astium l. d. p. 483.

iuvandos. Denique, quod aliis auspicia, oracula et reliqua externa divinae voluntatis signa erant, id Socrati fuit illud suum δαιμόνιον. Nec minus gravis locus est IV, 3, 12 et 13, ubi postquam pluribus argumentis deos generis humani curam gerere demonstravit, tanquam postremum divinae providentiae argumentum hoc ponit, quod dii hominibus divinationem concesserint, qua res futurae cognoscantur. Ad haec Euthydemus: „Erga te," inquit, „o Socrates, videntur dii beniguiores etiam quam erga ceteros homines sese praebere, si quidem ne interrogati quidem a te praesignificant tibi, quid facere te oporteat, quid non." (His verbis Euthydemus significat Socratis δαιμόνιον). Ad haec Socrates: *Ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω, καὶ σὺ γνώσῃ, ἂν μὴ ἀναμένῃς, ἕως ἂν τὰς μορφὰς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ' ἐξαρκῇ σοι τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντι σέβεσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς θεούς. Ἐννόει δὲ, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ θεοὶ οὕτως ὑποδεικνύουσιν κτλ.* E quo loco apparet Socratem illud δαιμόνιον non sibi soli tanquam proprium quoddam beneficium a diis tributum iudicasse, sed commune sibi esse cum ceteris hominibus *); ceteros autem homines illud δαιμόνιον non agnoscere, quia non in eo acquiescant, ut eius vim animo percipiant, sed oculis cernere cupiant; sed ut haec divina vox a nobis exaudiatur, deos pie nobis sancteque esse colendos. — His locis accedunt IV, 8, 1: *Εἰ δέ τις, ὅτι φάσκοντος αὐτοῦ (τοῦ Σωκράτους) τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ προσημαίνειν ἅ τε δέοι καὶ ἃ μὴ δέοι πράττειν, ὑπὸ τῶν δικαστῶν κατεγνώσθη θάνατος, οἴεται αὐτὸν ἐλέγχεσθαι περὶ τοῦ δαιμονίου ψευδόμενον, ἐννοησάτω πρῶτον μὲν, ὅτι κτλ.*, quibus Xenophon demonstrare studet falli eos, qui putent ex eo, quod Socrates capitis damnatus sit neque mortem vitare potuerit, concludi posse Socratem mentitum esse de daemonio, quum diceret illud sibi praesignificare, quid sibi faciendum esset, quid non; nam recte δαιμόνιον passum esse, ut Socrates mortem oppeteret, qua non malum ei paratum esset, sed summum bonum. Cf. §. 5 et 6: *Ἀλλὰ νὴ τὸν Δία, φάναι αὐτόν* (sc. *Σωκράτην*), *ὦ Ἑρμόγενες, ἤδη μου ἐπιχειροῦντος φροντίσαι τῆς πρὸς τοὺς δικαστὰς ἀπολογίας, ἠναντιώθη τὸ δαιμόνιον. Καὶ αὐτὸς* (*Ἑρμογένης ἔφη*) *εἰπεῖν· Θαυμαστὰ λέγεις· τὸν δέ* (*Σωκράτην*), *Θαυμάζεις, φάναι, εἰ τῷ θεῷ δοκεῖ βέλτιον εἶναι ἐμὲ τελευτᾶν τὸν βίον ἤδη;* Hoc loco Socrates disertis verbis dicit daemonii consilium esse id, quod deo placeat. Eadem leguntur in Apo-

*) Cf. Commentar. I, 1, 19: *Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι —, πανταχοῦ δὲ παρεῖναι καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων.*

log. 4 et 5. — Ibid. 12 et 13. Socrates daemonium suum θεοῦ φωνὴν nuncupat. Verba ipsa sunt haec: *Καινά γε μὴν δαιμόνια πῶς ἂν ἐγὼ εἰσφέροιμι λέγων, ὅτι θεοῦ μοι φωνὴ φαίνεται σημαίνουσα ὅτι χρὴ ποιεῖν; καὶ γὰρ οἱ φθόγγοις οἰωνῶν καὶ οἱ φήμαις ἀνθρώπων χρώμενοι φωναῖς δήπου τεκμαίρονται· βροντὰς δὲ ἀμφιλέξει τις ἢ μὴ φωνεῖν ἢ μὴ μέγιστον οἰωνιστήριον εἶναι; ἡ δὲ Πυθοῖ ἐν τῷ τρίποδι ἱέρεια οὐ καὶ αὐτὴ φωνῇ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ διαγγέλλει;* Maximi momenti sunt quae sequuntur: *Ἀλλὰ μέντοι καὶ τὸ προειδέναι γε τὸν θεὸν τὸ μέλλον καὶ τὸ προσημαίνειν ᾧ βούλεται, καὶ τοῦτο, ὥσπερ ἐγώ φημι, οὕτω πάντες καὶ λέγουσι καὶ νομίζουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν οἰωνούς τε καὶ φήμας καὶ συμβόλους τε καὶ μάντεις ὀνομάζουσι τοὺς προσημαίνοντας εἶναι, ἐγὼ δὲ τοῦτο δαιμόνιον καλῶ· καὶ οἶμαι οὕτως ὀνομάζων καὶ ἀληθέστερα καὶ ὁσιώτερα λέγειν τῶν τοῖς ὄρνισιν ἀνατιθέντων τὴν τῶν θεῶν δύναμιν. ὡς γὲ μὴν οὐ ψεύδομαι κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦτ' ἔχω τεκμήριον· καὶ γὰρ τῶν φίλων πολλοῖς δὴ ἐξαγγείλας τὰ τοῦ θεοῦ συμβουλεύματα οὐδεπώποτε ψευσάμενος ἐφάνην.* Hic locus maximam partem conspirat cum eo, quem supra tractavimus, Commentar. I, 1, 2 — 5. Denique cf. etiam Conviv. VIII, 5.

Iam sequantur Platonici loci. Apolog. p. 31. C. D.: *ὑμεῖς ἐμοῦ πολλάκις ἀκηκόατε πολλαχοῦ λέγοντος, ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον γίγνεται. ... ἐμοὶ δὲ τοῦτ' ἔστιν ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον, φωνή τις γιγνομένη, ἥ, ὅταν γένηται, ἀεὶ ἀποτρέπει με τούτου, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει δὲ οὔποτε.* E quo loco perspicimus Platonem in explicanda Socratici daemonii vi cum Xenophonte consentire, sed in eo ab hoc dissentire, quod, quum is pluribus locis, uti supra vidimus, diceret Socratem a daemonio suo non solum revocatum esse a consilio rei suscipiendae, sed etiam impulsum ad aliquid agendum, ille contra disertissimis verbis declaret daemonium illud Socratem semper dehortatum esse tantum, nunquam adhortatum. Neque minus aperte quum aliis locis, tum in Theag. p. 128. D. idem commemorat Plato: *ἔστι γάρ τι θεία μοῖρα παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον· ἔστι δὲ τοῦτο φωνή, ἥ, ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπήν, προτρέπει δὲ οὐδέποτε· καὶ ἐάν τίς μοι τῶν φίλων ἀνακοινῶται καὶ γένηται ἡ φωνή, ταὐτὸν τοῦτο ἀποτρέπει, καὶ οὐκ ἐᾷ πράττειν· καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.* Haec mira dissensio tolli potest, si cum Tennemanno*) accipimus

*) Geschichte der Philosophie. P. II. p. 33.

Xenophontem ea, quae ipsa divina illa vox spectabat, et ea, quae Socrates ex eius silentio concludebat, non satis accurate discrevisse. Quodsi haec vox, quotiescunque a Socrate exaudiebatur, dehortationis signum erat: necessario sequebatur, ut, quotiescunque illa sileret, hoc silentium adhortationis vel comprobationis signum haberetur. Addo locum ex Apolog. p. 40. A. B. C., e quo luculenter patet Socratem daemonii silentium pro assensus signo accepisse: *Ἐμοὶ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί*, inquit Socrates, *θαυμάσιόν τι γέγονεν· ἡ γὰρ εἰωθυῖά μοι* **μαντικὴ** *ἡ τοῦ δαιμονίου ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παντὶ* **πάνυ** *πυκνὴ ἀεὶ ἦν καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖς ἐναντιουμένη, εἴ τι μέλλοιμι μὴ ὀρθῶς πράξειν· νυνὶ δὲ ξυμβέβηκέ μοι, ἅπερ ὁρᾶτε καὶ αὐτοί, ταυτί, ἃ γε δὴ οἰηθείη ἄν τις καὶ νομίζεται ἔσχατα κακῶν εἶναι. Ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιόντι ἕωθεν οἴκοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἡνίκα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δικαστήριον, οὔτ' ἐν τῷ λόγῳ οὐδαμοῦ μέλλοντί τι ἐρεῖν· καίτοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχοῦ δή με ἐπέσχε λέγοντα μεταξύ· νῦν δὲ οὐδαμοῦ περὶ αὐτὴν τὴν πρᾶξιν οὔτ' ἐν ἔργῳ οὐδενὶ οὔτ' ἐν λόγῳ ἠναντίωταί μοι. Τί οὖν αἴτιον εἶναι ὑπολαμβάνω; ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ· κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο ἀγαθὸν γεγονέναι, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ἡμεῖς ὀρθῶς ὑπολαμβάνομεν, ὅσοι οἰόμεθα κακὸν εἶναι τὸ τεθνάναι. Μέγα μοι τεκμήριον τούτου γέγονεν· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἠναντιώθη ἄν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μή τι ἔμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πρᾶξαι.* Phaedr. p. 242. B. C.: *ἡνίκ' ἔμελλον ... τὸν ποταμὸν διαβαίνειν, τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖόν μοι γίγνεσθαι ἐγένετο· ἀεὶ δέ**) *με ἐπίσχει ὃ ἄν μέλλω πράττειν*, ubi verba *καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖον* explicationis causa addita sunt, ut haec sit sententia: *τὸ δαιμόνιον*, id est illud notum signum. Praeterea comparari possunt hi loci, quibus quae superioribus locis de Socratico daemonio dicta sunt confirmantur: Euthyphr. p. 3. B. Theaetet. p. 151. A. Polit. VI. p. 496. C. Alcibiad. I. p. 103. A. et B. p. 124. C. Sed quae in dialogi Theagis nomine inscripti, qui Platonicis dialogis iniuria adscribitur, extrema parte (p. 129 extr. — p. 131) referuntur, a Xenophonteis ceterisque Platonicis locis in eo dissentiunt, quod in iis Socratico daemonio ea sapientiae et virtutis vis tribuitur, ut ii, qui Socratis consuetudine utebantur, etsi nulla eius accederet doctrina, sola ipsius praesentia vel adeo propinquitate in virtute profecerint; at non omnes, sed tantum ii, quos deus velit (*ἐὰν τῷ θεῷ φίλον ᾖ*). Haec de Socratico

*) i. e. semper autem, quotiescunque mihi obtingit, me retinet (*ἀεί* = jedesmal). V. Godofr. Stallbaumium ad h. l.

daemonio opinio iam proxime accedit ei, quae posteris temporibus de eo conficta est, qua Socrati peculiaris quidam genius tutelaris tribuebatur *).

Apud Plutarchum (de Socratis Genio) multa de vi atque natura Socratici daemonii disputantur, quae partim sunt mirabilia, partim ridicula, partim vero etiam praeclara. Cap. X. daemonion illud Theocritus dicit a deo Socrati tanquam vitae ducem additum esse, quod ei in rebus obscuris lucem et in rebus mente humana non comprehendendis scientiam praeberet, eius consilia divino quodam spiritu afflans (*ἐπιθειάζον ταῖς αὐτοῦ προαιρέσεσι*). Sed ridicula sunt quae paullo post de illius daemonii vi narrantur. Nimirum Socrates quondam cum amicis in Andocidis domum ire voluit; derepente a daemonio monitus substitit, et aliquamdiu meditatus non recta ad locum destinatum pergit, sed aliam viam ingreditur. Amicorum multi eum sequuntur; alii vero, Socratis daemonium convicturi, in recta via pergunt. Euntibus autem iis sues occurrunt conferti, sordium pleni; quum nullus declinandi locus esset, sues occurrentium alios deiiciunt, alios sordibus conspurcant. Licet haec res ridicula et iocularis sit, et casui potius, quam daemonii afflatui tribuenda: hanc tamen habet vim, ut non solum in maioris momenti rebus Socratem monitum esse significet, sed etiam in levioribus: quod etiam Plato dicit loco supra allato, Apolog. p. 40. — Cap. XI. conspirat Plutarchus cum Xenophonte, quum dicit Socratis *δαιμόνιον εἶναι τὸ κωλῦον ἢ κελεῦον*. Ibidem confutata Megarici cuiusdam opinione, qui Socratis daemonium sternutationem esse dicebat, ita pergitur: *Αἱ δὲ Σωκράτους αὖ ὁρμαὶ τὸ βέβαιον ἔχουσαι καὶ σφοδρότητα φαίνονται πρὸς ἅπαν, ὡς ἂν ἐξ ὀρθῆς καὶ ἰσχυρᾶς ἀφειμέναι κρίσεως καὶ ἀρχῆς*. Tota Socratis vita et ipsa mors non est *ἀνδρὸς ἐκ κληδόνων ἢ πταρμῶν μεταβαλλομένην, ὅτε τύχοι, γνώμην ἔχοντος, ἀλλ' ὑπὸ μείζονος ἐπιστασίας καὶ ἀρχῆς ἀγομένου πρὸς τὸ καλόν*. Sed, aliis, quae ad explicandam rem non pertinent, omissis, pergo ad locum omnium gravissimum (cap. XX.): (*Σιμμίας*) *Σωκράτην μὲν ἔφη περὶ τούτων ἐρόμενός ποτε μὴ τυχεῖν ἀποκρίσεως, διὸ μηδ' αὖθις ἐρέσθαι· πολλάκις δ' αὐτῷ παραγενέσθαι τοὺς μὲν δι' ὄψεως ἐντυχεῖν θείῳ τινὶ λέγοντας ἀλαζόνας ἡγουμένῳ, τοῖς δ' ἀκοῦσαί τινος φωνῆς φάσκουσι προσέχοντι τὸν νοῦν καὶ διαπυνθανομένῳ μετὰ σπουδῆς· ὅθεν ἡμῖν παρίστατο, σκοπουμένοις ἰδίᾳ πρὸς ἀλλήλους, ὑπονοεῖν, μή ποτε τὸ Σωκράτους δαιμόνιον οὐκ ὄψις, ἀλλὰ φωνῆς τινος αἴσθησις, ἢ λόγου νόη-*

*) V. Fr. Thierschium l. d. p. 86.

σις εἴη, συνάπτοντος ἀτόπῳ τινὶ τρόπῳ πρὸς αὐτόν *)· ὥςπερ καὶ καθ' ὕπνον οὐκ ἔστι φωνή, λόγων δέ τινων δόξας καὶ νοήσεις λαμβάνοντες, οἴονται φθεγγομένων ἀκούειν· ἀλλὰ τοῖς μὲν ὡς ἀληθῶς ὄναρ ἡ τοιαύτη σύνεσις γίνεται, δι' ἡσυχίαν καὶ γαλήνην τοῦ σώματος, ὅταν καθεύδωσι. *μόλις ἐπήκοον ἔχουσι τὴν ψυχὴν τῶν κρειττόνων· καὶ πεπνιγμένοι γε θορύβῳ τῶν παθῶν καὶ περιαγωγῇ τῶν χρειῶν εἰσακοῦσαι καὶ παρασχεῖν τὴν διάνοιαν οὐ δύνανται τοῖς δηλουμένοις. Σωκράτει δὲ ὁ νοῦς καθαρὸς ὢν καὶ ἀπαθὴς τῷ σώματι μικρὰ τῶν ἀναγκαίων χάριν καταμιγνὺς αὐτόν, εὐαφὴς ἦν καὶ ληπτὸς ὑπὸ τοῦ προσπεσόντος ὀξέως μεταβαλεῖν· τὸ δὲ προσπῖπτον οὐ φθόγγον, ἀλλὰ λόγον ἄν τις εἰκάσειε δαίμονος, ἄνευ φωνῆς ἐφαπτόμενον αὐτῷ τῷ δηλουμένῳ τοῦ νοοῦντος.

Neque denique silentio praetermittere possumus quae Cicero de illo daemonio iudicavit **). Ut igitur, inquit, qui se tradet ita quieti, praeparato animo quum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa et vera cernit in somnis: sic castus sensus purusque vigilantis et ad astrorum et ad avium reliquorumque signorum et ad extorum veritatem est paratior. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate saepe dicitur, esse divinum quiddam, quod δαιμόνιον appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, saepe revocanti.

Iam restat, ut, comparatis inter se his locis, quid de vi atque natura illius daemonii statuendum nobis videatur, paucis complectamur.

Ex omnibus locis luculentissime apparet daemonium illud non externam quandam faciem vel speciem cogitandum esse, neque omnino quicquam fuisse, quod extrinsecus Socrati oblatum vel sensibus perceptum esset, sed acriorem quendam animi motum, quem Socrates ideo appellavit δαιμόνιον, quod eum divinitus in se excitari persuasum habuit. Appellatur quidem divina vox; at intelligenda est vox, quae non auribus exaudiatur, sed animo percipiatur. Haec divina vox, quae inde a puerili aetate, uti Plato tradit, Socrati obtigit, nec eum deseruit per reliquam vitam, ab eo semper exaudiebatur, quotiescunque aliquid non recte et bene facturus erat; silentium eius pro signo approbationis accipiebat. Ita hoc daemonium a Xenophonte dicitur

*) Quae Fr. Thierschius l. d. bene ita interpretatur: Das Daemonium sei eine innere Erwägung der Sachen, die ihm auf ungemeine Weise zu Theil werde.

**) de Divinat. I, 53, 121. 54, 122.

et dehortandi et adhortandi vim habuisse. Non solum in Socratis ipsius rebus, sed etiam in alienis, nec solum in magnis, sed etiam parvis ab eo exaudiebatur, nec unquam fallebat, sed semper vera praesignificabat: unde de eius divinitate Socrati erat persuasissimum. Neque vero divinam illam vocem Socrates sibi tanquam proprium ac peculiare a diis beneficium tributum iudicavit, sed commune sibi esse cum ceteris hominibus; ab omnibus hominibus eius vim animo percipi posse, qui deos pie sancteque colerent et sensus purgos ac castos haberent. Ex quo intelligitur illud δαιμόνιον nihil aliud fuisse, nisi animi quendam motum, quo Socrates a consilio rei suscipiendae avocabatur, eundemque motum omnibus quidem hominibus communem esse, at non eandem in omnibus habere vim, sed, quo quis integriore ac puriore animo praeditus sit, quo acutiorem excultioremque mentem habeat, quo magis in bonis cogitationibus versetur, et morum castitate utatur, eo vehementiorem illum animi sensum esse. Quocirca non mirum videri debet huius interioris motus vim in plurimis hominibus exiguam et tam parvam esse, ut ne percipiatur quidem, in Socrate contra longe fuisse acerrimam ac vehementissimam. Nam Socrates tenerrimo honestatis sensu, rara morum sanctitate, summa adversus deos pietate firmissimaque de eorum providentia persuasione imbutus erat, idemque admirabili quadam ingenii vi mentisque acumine et iudicii subtilitate instructus, omnem humani animi naturam perquirebat et ad omnes animi motus diligentissime attendebat *). At vero non in omnibus rebus illud δαιμόνιον lucem praebebat, sed in iis tantum, quae humana mente comprehendi non possent. Nam quum ratio a diis generi humano donata esset, nefas esse iudicabat Socrates de iis rebus, quas hominibus liceret sua mente perspicere, divinum consilium expetere **).

VI. De Socratis disserendi ratione.

Socrates omnium Graecorum philosophorum primus humanam cognitionem eiusque naturam accuratius pervestigavit atque hoc modo omnem philosophandi rationem firmioribus ac solidioribus fundamentis superstruxit. Etenim

*) Cf. locos Plutarchi de Socr. Genio cap. XI. et cap. XX. supra allatos.

**) Cf. Xenoph. Commentar. I, 1, 9. et Plutarch. de Socr. Genio cap. X. supra allat.

quum omnes fere ante eum philosophi totos se posuissent in perscrutandis rebus physicis et natura involutis, humanae mentis vim atque naturam et e quo veluti fonte humana cognitio ducenda esset, diligentius exquirere praetermiserunt. Unde fieri non potuit, quin omnis philosophia incerta ac dubia titubaret et vacillaret. In primis sophistae, qui illa aetate insigni artis suae gloria florebant, speciosa quadam disserendi ratione omnia divina atque humana iura labefactare omniumque rerum notiones pervertere et conturbare conabantur. Nam quum in omnis rerum scientiae possessione se esse iactarent et splendidissimis ornatissimisque orationibus audientium animos obcaecarent, facile iis contigit, ut miram quandam sibi compararent auctoritatem multorumque adolescentium animos prava sua doctrina imbuerent. Socrates igitur, cognitis physicorum dissidiis et perspecta sophistarum levitate et perniciosa quam in iuventutem exercebant vi, quum omni cura et cogitatione in civium suorum salutem promovendam incumberet, nihil prius atque antiquius habuit, quam ut, quae esset causa, cur philosophia tam misera uteretur conditione, exploraret, et, quo erat mentis acumine iudiciique sanitate, huius rei nullam aliam causam esse praeclare intellexit, quam quod humana cognitio non accurate esset pervestigata et idcirco philosophiae tractatio omni ratione et via destituta *). Itaque factum est, ut novam quandam et sophistarum plane contrariam disserendi rationem inveniret. Etenim omnem veram rerum cognitionem quum non a sensibus et opinionibus, sed a sola mente et cogitatione repetendam sibi persuasisset, et, quicquid verum esset, id unum semper esse atque idem in eoque omnes homines consentire necesse esse intelligeret, ita cum cuiuscunque generis hominibus disputabat, ut, quod ipse pro vero habebat, iis non obtruderet, sed nihil affirmaret ipse, sed aptis potius concinnisque interrogationibus veritatem e cuiusque mente elicere studeret **). In qua re tanta usus est arte, ut is, quicum disputabat, ipse rem invenisse videretur. Quapropter artem suam obstetriciam (μαιευτικήν) appellavit, quippe quae nihil novi pareret, sed menti succurreret tantum ad rerum cognitiones in animo latentes excitandas excolendasque. Contra homines vanos et inani de se opinione inflatos, in primis sophistas, dulci quadam et faceta leporisque plena ironia, qua nihil se scire simulabat et insipientium sapien-

*) Cf. nos in libro dicto de Cicer. in phil. meritis p. 138—141 et p. 143—145.

**) Cf. Cicer. Academ. I, 4, 16. Fin. II, 1, 12. Tennemann. Gesch. d. Phil. T. II. p. 72. et nos l. d. p. 144.

tiam admirabatur, ita uti solebat, ut, qui omnia se scire opinarentur, eos gradatim quasi eo perduceret, ut nihil se scire confiterentur *). Quum vero cum amicis et familiaribus, qui iam cognitione sui ab eo erant imbuti, sermones conferebat, ironia illa desistebat, nec iam captiosis interrogationibus eorum mentes perturbare studebat, sed simplicissime et apertissime de iis, quae et scire oportere et agere optimum esse sentiebat, sententiam suam expromebat **).

In disputatione raro tantum longiorem et perpetuam sequutus est orationem ***), sed semper fere hanc inivit rationem, ut brevibus interrogationibus et responsionibus uteretur et rebus singulis insisteret, nec ulterius procederet, nisi concessis et perspectis iis, quae antecederent, reiectis contra iis, quae rebus concessis repugnarent, atque ita e rebus concessis ad exitum perveniret ****). Apprime familiare Socrati erat id genus argumentandi, quae latine inductio, graece ἐπαγωγή appellatur †). Inductionis autem natura consistit in eo, ut, si quis rem aliquam demonstrare vult, primum rem minime dubiam ponat, deinde hac ab altero concessa, per similitudines vel exempla rei concessae similia, quae assensionem postulant, progrediatur, tandem eo perveniat, ut alteri ea res, de qua agitur, prius dubia, iam propter similitudinem earum rerum, quibus assensit, probetur et concedatur ††). Has autem similitudines vel exempla Socrates a vita quotidiana, ab opificibus, ab omnibus denique rebus, quas cuique cognitas esse noverat, petere solebat, ut semper in ore atque sermone haberet coriarios, sutores, figulos, fullones: quam consuetudinem non solum eo consilio sequutus est, ut argumentatio nulla obscuritate premeretur, sed etiam in hac quoque re sophistarum contrariam iniret rationem, qui exemplorum et imaginum splendore ac magnificentia orationisque granditate audientium animos praestringere quasi et captare conabantur †††).

*) V. supra Proleg. I. p. 2.

**) Cf. Xenoph. Commentar. IV, 2, 40. 7, 1. Plat. Symp. p. 216 E: εἰρωνευόμενος δὲ καὶ παίζων πάντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ· σπουδάσαντος δὲ αὐτοῦ καὶ ἀνοιχθέντος οὖν οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. Sunt Alcibiadis verba.

***) ut Commentar. II, 4.

****) Commentar. IV, 6, 15: διὰ τῶν μάλιστα ὁμολογουμένων ἐπορεύετο, νομίζων ταύτην τὴν ἀσφάλειαν εἶναι λόγου.

†) V. Cicer. de Invent. I, 51—53. Cf. Topic. 11. et Quintil. Instit. orat. V, 11, 2 et 3.

††) Cf. Xenoph. Commentar. I, 7, 2 sqq. II, 3, 11 sqq. II, 10, 1 sq. III, 7, 1 sq.

†††) V. Adnotata in I, 2, 37.

VII. De horum librorum titulo.

Inscripti sunt hi libri *Ἀπομνημονεύματα*, i. e. narrationes rerum, quas vel ipsi vidimus, vel ex aliis testibus oculatis auritisque cognovimus, e memoria factae, quae latine appellantur commentarii, nobis Memoiren. Verbum enim *ἀπομνημονεύειν* significat vel meminisse vel memoriter aliquid narrare. A. Gellius *) interpretatur dictorum atque factorum Socratis commentarios. Atque hic titulus optime convenit consilio, quod Xenophon in conscribendis his libris sequutus est. Nam, uti supra demonstravimus, non ad doctrinae formam Socratis praecepta revocare in animo habuit, sed id tantum spectavit, ut ex illius vita et doctrina res vel a se ipso cognitas et auditas vel ab aliis acceptas referret, quibus magistri sui vera quaedam imago exhiberetur eiusque non solum innocentia, sed etiam de civitate civibusque merita in clariore luce collocarentur. Ne autem desideremus additamentum, ut *Σωκράτους* vel *Σωκρατικά*, recte monet B. Weiskius alios quoque Xenophontis libros brevius esse inscriptos et inscriptione *Κύρου παιδείας* et *Ἀναβάσεως* minus promitti, quam libri ipsi contineant, et vero etiam in epistola Socr. Xenophonti adscripta (15.) et apud Diogenem Laertium simpliciter *ἀπομνημονεύματα* dici.

Pro verbo *ἀπομνημονευμάτων* duo codices Victorii exhibent *ὑπομνήματα*, itemque codex Parisiensis F habet *ἐκ τῶν τοῦ Ξενοφῶντος ὑπομνημονευμάτων*, uti refert I. B. Gailius in Auctar. Xenoph. p. 402, quod per librarii mendum pro *ὑπομνημάτων* scriptum videtur. Etiam Moeris Atticista in Lexico Attico in v. *ἐπιτηδείους* hos libros *ὑπομνημάτων* nomine citat: *ὥςπερ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι*: ubi Io. Piersonus haec adnotat: „*Ὑπομνήμασι* praeferunt omnes libri, neque tentandum videtur. Xenophontis enim libri *Ἀπομνημονευμάτων* recte etiam dici possunt *ὑπομνήματα*: quanquam fatendum est alibi, quod sciam, ita non appellari." E Plat. Theaet. p. 142. D: *Ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι; ἔχοις ἂν διηγήσασθαι; Οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόματος· ἀλλ' ἐγραψάμην μὲν τότ' εὐθὺς οἴκαδ' ἐλθὼν ὑπομνήματα, ὕστερον δὲ κατὰ σχολὴν ἀναμιμνησκόμενος ἐγραφον, καί, ὁσάκις Ἀθήναζε ἀφικοίμην, ἐπανηρώτων τὸν Σωκράτη ὃ μὴ ἐμεμνήμην, καὶ δεῦρο ἐλθὼν ἐπηνωρθούμην, ὥστε μοι σχεδόν τι πᾶς ὁ λόγος γέγραπται*, apparet *ὑπομνήματα* esse commentarios, quos quis celeriter in chartam coniicit memoriae sublevandae causa, ne quae audierit memoria ex-

*) N. A. XIV, 3. Cf. Cic. N. D. I, 12. facit enim (Xenophon) in iis, quae a Socrate dicta retulit.

cidant. Cf. Plat. Phaedr. p. 276. D: ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα θησαυριζόμενος, εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται*). Quanquam non nego horum librorum orationem nonnullis locis brevem admodum et concisam esse, ut in eos nomen ὑπομνημάτων quadrare facile credas: tamen pleraque omnia tam elegans et nitidum genus dicendi prae se ferunt, ut ea non primo quasi impetu in chartam coniecta, sed per otium diligenter elaborata videantur. Huc accedit, quod, uti G. Sauppius docet, non magno cum discrimine utrumque vocabulum iam antiquitus dici coeptum est, ut v. c. commentarios Iulianos Strabo IV. p. 177. ὑπομνήματα, qui eos in graecum sermonem convertit, Maximus, ut videtur, Planudes, ἀπομνημονεύματα appellaverit. Gu. Dindorfius commemorat etiam Theodorum Metochitam in Miscellaneis philol. et hist. p. 66. ὑπομνήματα, sed p. 150. ἀπομνημονεύματα dixisse. His addo ipsum Moeridem p. 151. Piers. hos libros Ἀπομνημονευμάτων nomine laudasse.

Latinus horum librorum titulus Memorabilium, e longissimo iam tempore usurpatus, graeco vocabulo non respondet, sed potius ex ipsorum librorum argumento ductus est. Nam memorabilium rerum narrationes esse ἀπομνημονεύματα graecum vocabulum per se non indicat. Ceterum quis huius inscriptionis auctor fuerit, incertum est; plerique Victorium fuisse credunt.

VIII. De tempore, quo hi commentarii conscripti videntur.

Constat Socratem anno 399 a. Chr. n. interfectum esse. Eo ipso autem tempore Xenophon apud Cyrum in Asia militavit. Unde sequitur, ut hi libri non possint esse conscripti, nisi post annum, quo Socrates interfectus est et Xenophon in Mysiam rediit. Aliud quid certius, quum nullae nec in his libris nec alias reperiantur temporis notae, statui non potest. Fuerunt qui hos libros tum demum conscriptos esse censerent, quum Xenophon cum Agesilao (394) redisset et non ita multo post pugnam ad Coroneam factam Scilluntem sese contulisset. Sed mihi quidem probabilior videtur eorum sententia, qui statim post Socratis mortem, triennio illo, quod inter Xenophontis e Cyri expeditione reditum et Agesilai in Asia expeditionem interiectum est, Xenophontem his commentariis perscribendis manum admovisse statuunt.

*) Alias, ut Mag. Equit. I, 9. IX, 2. de Equit. III, 1. XII, 15, ὑπομνήματα sunt praecepta singula. V. Schneiderum ad Xen. Mag. Equit. I, 9.

IX. De critica horum librorum ratione.

Post editionem principem Iuntinam, Florentiae a Ph. Iunta (1516), Aldinam, Venetiis ab Aldo (1525) in lucem emissam, Victorianam, a P. Victorio curatam (quo anno prodierit, traditum non est), Basiliensem (Basileae ap. Nicol. Brylinger. 1545; haec ad criticam rationem nihil habet momenti; repetiit enim scripturam Iuntinam; sed eo notabilis est, quod in Ἀπομνημονεύμασι adiunctam habet translationem latinam Bessarionis), Basiliensem apud Isingrinium circa a. 1545 (annus enim non est adscriptus), quae Iuntinam scripturam sequitur, sed a Castalione, incertum tamen ex ingenio, an e codd. MSS., emendatam et correctam: post has igitur editiones diu principem locum tenuerunt editiones Henrici Stephani (Paris. 1561 et 1581). Is enim, non solum multorum veterum librorum, tam editorum, quam scriptorum, ope adiutus, sed etiam accurata graeci sermonis cognitione imbutus et admirabili ingenii sagacitate instructus, Xenophontis orationem innumerabilibus locis perpurgavit, emendavit et ad sanitatem restituit. Unde factum est, ut Stephanianarum editionum scriptura vulgatae nomine insignita sit. Eodem fere tempore prodierunt edd. a Leunclavio curatae et nova interpretatione latina instructae (Basil. 1569 et Francof. 1596), maximam partem Stephanianam recensionem sequutae, et edd. Caselii (Rostochii 1585 et 1589), quae, nullis adiectis adnotationibus, repetunt Steph. scripturam. Iam per unum amplius saeculum omne fere Xenophontis opera edendi studium iacuit, donec tandem Io. Aug. Ernestius nostri scriptoris Commentarios recensitos, emendatos et illustratos a. 1737 Lipsiae edidit. Hanc paucis interiectis annis quattuor sequutae sunt edd. (Lips. 1742. 1755. 1763. 1772). Quattuor priores sunt minoris pretii, sed quinta (1772), in qua curanda Ernestius plurium editionum et quattuor codicum collatorum ope adiutus est, ad Xenophontis orationem emendandam quam plurimum contulit. Edd. B. Simpsonis (1741. 49—80) repetunt exemplar Ernestianum. Multis nominibus laudandae sunt Animadversiones in Commentarios a C. Fr. Hindenburgio (Lips. 1769) editae; nam non solum eleganti interpretatione, sed etiam artis criticae subtilitate commendantur. Iam, ut alias nullius momenti silentio praetermittam, sequuntur hae edd.: Chr. Godofr. Schützii (Halae 1780. 1793), I. C. Zeunii (Lips. 1781), Edwardi Edwardsii (Oxon. 1785), quae var. lectt. e quinque Florent. codd., tribus Paris. totidemque Vatic. excerptas continet, Io. Gottl. Schneideri (Lips. 1790 et 1801), Beni.

Weiskii (Lips. 1802), Guil. Langii (Hal. 1806). Sed hae post Stephanianam editiones, etsi suis quaeque bonis commendantur, et tam ad scripturae emendationem, quam ad libri intelligentiam permulta contulerunt, tamen, si discesseris ab Edwardsiana, ceterae omnes vel exiguis, vel nullis novis codicum manu scriptorum subsidiis instructae sunt. At nova his libris lux accensa est per editionem I. B. Gailii (Paris. T. I — VII. 1804 — 1815. Auctarium 1821), cuius Tom. VII. novem codicum Parisiensium lectiones variantes continet. Post hanc editionem plures deinceps insequutae sunt, quae eius copiis adiutae tam criticam rationem, quam explicationem horum librorum insignite promoverunt: Schneideri tertia (1815), Schützii tertia (1822), Langii altera (1825), Guil. Dindorfii (Lips. 1824) cum MSS. Victorii lectionibus variantibus, in qua multorum locorum scriptura emendata est, G. A. Herbstii (Hal. 1827), quae non solum elegantem commentarium, quo verba et sententiae explanantur, sed etiam potiorem lectionum varietatem continet, novas autem codicum collationes non habet, Gustavi Alb. Sauppii (Lips. 1834), quae quanquam uni scholarum usui destinata esse vult, et idcirco maximam partem in enucleanda dicendi consuetudine Xenophontea, imprimis vero in illustranda grammatica ratione versatur, tamen multa etiam habet, quae ad scripturae integritatem restituendam spectant. Adiuncta etiam est collatio codicis Guelferbytani, elegantissime et emendatissime saec. XV. scripti, sed primum tantum librum Commentariorum continentis. Sed omnium, quas recentior aetas tulit, editionum longe principem locum obtinet ea, quae a Fr. Aug. Bornemanno curata a. 1829 Lipsiae prodiit. Is enim non solum omnia fere, quaecunque ad horum librorum criticam rationem a superioribus editoribus praestita sunt, admirabili quadam et sedulitate et diligentia contulit, sed etiam exquisita Xenophontei sermonis cognitione imbutus, subtili iudicii facultate praeditus largaque doctrinae copia instructus in Xenophontis scriptura castiganda ac perpolienda excellenter versatus est.

Codices, ad hos libros collati, sunt hi:

Novem a Gailio collati, qui his litteris notantur:

A Parisiensis.
B Parisiensis (a Schneidero antea Paris. 3. nominatus).
C Parisiensis.
D Parisiensis.
E Parisiensis.
F Parisiensis (a Schneidero antea Paris. 1. nominatus).
G Parisiensis.
H Vaticanus.

I Parisiensis (quem mirum est in VL. silentio praetermitti).

Y (Hac litera notatur lectionis varietas e libro quodam correcto ducta. A quo viro docto correctiones profectae sint et e quo fonte haustae, notum non est).

K, L: His literis notatur lectionis varietas duorum librorum Victorii, adscripta marginibus Aldinae a. 1525 (K) et Florentinae a. 1551 (L).

M (Hac litera notatur lectionis varietas, margini exempli Villoisoniani adscripta et a Beni. Weiskio evulgata).

Vind. 1 et 2, Vindobonenses duo (quorum posterior primum et secundum tantum librum continet).

Voss. 1. Leidensis, olim Vossianus.

Voss. 2. Meermannianus.

Utrique Vossiano perexiguam tribuendam esse auctoritatem demonstrare studet Bornemannus in Praefat. p. VI — XIV.

Flor. ABCDE, Florentini quinque.

Vat. Vaticani tres. Hos plerumque ita secum consentire monet Edwardsius, ut Vaticani 1. commemoratio instar reliquorum habenda sit.

Guelf. Guelferbytanus, cuius collatio, uti supra demonstravimus, addita est editioni Sauppianae.

Ex omnibus Parisiensibus codicibus maxime doctorum hominum animos ad se advertit is, qui litera F insignitur, duos priores libros tantum complectens. Nam non paucis locis a ceteris codicibus discrepat et saepe exquisitissimas et elegantissimas praefert lectiones: unde factum est, ut saepe ei plurimum ab editoribus tribueretur auctoritatis. Sed quo speciosiores eius sunt lectiones, eo plus cautionis et circumspectionis in iis recipiendis adhibendum existimavi. Multae enim earum ita sese habent, ut vix dubitari possit, quin eae e correctoris cuiusdam, at acuti et elegantis, ingenio manaverint*). Itaque hanc mihi scripsi legem, ut ex hoc codice non facile adsciscerem lectiones, nisi aliorum quoque codicum auctoritas accederet.

---

*) Idem sensit de hoc codice sobrii vir iudicii, Gustavus Sauppius in Praef. p. III. Miror sententiam de eodem libro a K. F. Hertlinio, viro eruditissimo et acutissimo, in Zimmermanni Annal. lit. ant. a. 1838. p. 593. his verbis prolatam: „Referent ist der Ueberzeugung, dafs man sich an den Codex F überall anschliefsen müsse, wo nicht triftige Gründe das Gegentheil anrathen, selbst in dem Falle, wenn er ganz allein steht und an und für sich betrachtet nichts Besseres darbietet, als die andern Handschriften. Denn in solchen Fällen kann die Zahl der Handschriften Nichts entscheiden und eine einzige gute gilt da mehr als zehn minder gute."

Postremo loco commemorandum est exstitisse qui in his libris plura excidisse vel mutilata esse existimarent. Ac primum quidem nominamus Ruhnkenium, qui ad III, 9, 6: Perisse, inquit, haud pauca non solum apparet e codd. MSStis, quorum alius alio plenior est, sed etiam e grammaticis antiquis, qui nonnulla e Memorabilibus laudant, quae in libris nostris frustra quaeruntur. Moeris Atticista, ut hoc utar, p. 151 inde affert ἐθελέχθρως, p. 164 ἐπιτηδείους pro cognatis, quorum neutrum Piersoni sagacitas invenit. Quid? Cicero quoque integriore exemplo usus videtur de N. D. I, 12: „Atque etiam Xenophon pauciloribus verbis eadem fere peccat; facit enim in iis, quae a Socrate accepta retulit, Socratem disputantem formam Dei quaeri non oportere, eundemque et solem et animum deum dicere, et modo unum, tum autem plures deos." Locus de forma dei non quaerenda exstat IV, 3. Sed ubi Socrates in his libris solem, ubi animum deum dixit, ubi denique unum aut plures esse deos? Haec Ruhnkenius. Ego fateor horum argumentorum nullum satis idoneum mihi videri ad viri acutissimi sententiam confirmandam. Ac primum quidem, quod codices alios aliis pleniores esse ait, id profecto flocci faciendum est. Nam codicum discrepantia in his libris haudquaquam maior est, quam in ceteris non solum Xenophontis, sed omnium scriptorum libris. Alteri argumento, a Moeride repetito, perexiguam tribuendam esse auctoritatem nemo facile infitias ibit. Vocabulum ἐπιτήδειοι pro cognatis nullus quidem horum librorum locus habet; sed quis neget id in loco I, 1, 6: Ἀλλὰ μὴν ἐποίει καὶ τάδε πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους, ubi significat amicos et familiares, a grammatico illo pro cognatis accipi potuisse? Porro in vocabulo ἐθελέχθρως Moeris fortasse Xenophontis locum cum alius scriptoris, qui hoc adverbio usus est, loco confudit. Quis enim nescit grammaticos in scriptorum locis afferendis haud raro memoria lapsos esse. Nam opinioni Piersoni, qui hoc vocabulum a librariis obliteratum esse censet, calculum meum qualemcunque adiicere non possum. Reliqua argumenta optime confutavit Beni. Weiskius*). Recte enim monet, quod Socrates solem deum fecerit, Ciceronem facile e Xenophontis verbis IV, 3, 14. colligere potuisse, praesertim quum de veterum more e memoria locum laudasse videatur; eodemque Xenophontis loco animum humanum divinae naturae participem dici; hinc illud: animum deum dicere; ex iis denique, quae huic loco proxime antecedant (§. 13), id desumptum esse, quod Xenophon Socratem

*) ad interpretationem german. p. 21.

modo unum, modo plures deos esse disputantem facere dicatur.

Sed idem Weiskius *) aliis horum librorum locis orationem mutilatam et deminutam ad nos pervenisse conqueritur, ut I, 7 extr. II, 2, 1. 3, 1. 4, 7, in primis IV, 8; sed si quis, nulla praeconcepta opinione praepeditus, hos locos accuratius inspexerit et ad examen vocaverit: licet quae in iis proferantur fusius explanatiusque edisseri potuisse concedat, tamen nihil vel temporis iniuria, vel librariorum socordia intercidisse sibi persuadebit. Gravioris momenti est, quod dicit insignem locum deperditum esse, cuius summa reperiatur in *ἀνακεφαλαιώσει* IV, 8, 11, ubi haec leguntur: *φρόνιμος δὲ, ὥστε μὴ διαμαρτάνειν κρίνων τὰ βελτίω καὶ τὰ χείρω, μηδὲ ἄλλου προσδέεσθαι, ἀλλ' αὐτάρκης εἶναι πρὸς τὴν τούτων γνῶσιν.* Nullum ait in universo libro locum exstare, ad quem haec referri possint. Ad haec quid respondeatur, non difficile est ad invenlendum. Primum enim pleni sunt hi libri locorum, in quibus Socrates tanta imbutus esse dicitur bona a malis discernendi facultate, ut nunquam laberetur. Immo in hac ipsa Socratis facultate describenda exemplisque illustranda videtur mihi gravissima ac splendidissima horum librorum pars posita esse. Dein, quod Weiskius eum locum desiderat, qui Socratem nullo usum fuisse magistro in doctrina morali, sed *αὐτοδίδακτον* fuisse doceat, id inde factum est, quod in interpretandis verbis *μηδὲ ἄλλου προσδέεσθαι, ἀλλ' αὐτάρκης εἶναι πρὸς τὴν τούτων* (i. e. *τῆς τῶν βελτιόνων καὶ τῶν χειρόνων κρίσεως*) *γνῶσιν* mirifice lapsus est. Recte haec verba Schneiderus ita explicat: „aliorum consilio et prudentia non indigebat ad discernenda mala a bonis, quoties vitae rationes publicae vel privatae exigebant, ut haec aut illa optaret faceretve." Socrates, summa sapientia praeditus, in discernendis bonis a malis non solum ipse alieno consilio non indigebat, sed etiam amicos et familiares suos ita instituere studebat, ut *αὐτάρκεις ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσι* fierent.

*) p. 236 sq. et in interpret. germ. p. 20 sqq.

XENOPHONTIS

COMMENTARII.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Afferuntur duo crimina ab accusatoribus Socrati obiecta, propter quae morte multatus est, quorum unum erat, quod patrios deos non coluisset aliosque novos deos induxisset, alterum, quod iuventutem corrupisset (§. 1). Prius crimen his Xenophon argumentis elevare et diluere studet:

1) Socrates, ut ceteri Athenienses, diis patriis sacra fecit (§. 2);

2) divinatione usus est. Quod autem dicebat τὸ δαιμόνιον sibi futura significare, ne in eo quidem dissensit a ceteris Atheniensibus, qui, quum sacrificiis, auguriis aliisque signis divinis uterentur, non haec ea, quae hominibus utilia essent, scire existimarent, sed deos per haec ea significare; sed in eo dissensit, quod, quum plurimi dicerent se ab ipsis avibus ceterisque signis vel averti a re quadam gerenda vel adverti ad rem, Socrates suam mentem non dissimulabat, sed libere expromebat, dicens τὸ δαιμόνιον sibi significare. Unde apparet hoc δαιμόνιον non novum quendam esse deum, quem Socratem inducere voluisse accusatores dictitabant, sed divinam quandam vim, humanis animis ingeneratam, quae homines impellat et revocet (§. 2—4) *). Iam vero in rebus necessario agendis quocunque eventu amicos consilio suo adiuvabat, de rebus autem obscuris et menti humanae occultis deos consulendos existimabat; res humana mente cognoscendas e diis sciscitari nefarium esse censebat (§. 6—9).

*) §. 5. illata est sententia, quae ad rem non pertinet.

3) Etsi Socrates semper in publico et hominum celebritate versabatur, tamen nemo eum unquam vidit vel audivit quicquam impium fecisse vel dixisse. Praetermissis, immo reiectis de ortu mundi et de legibus rerum coelestium quaestionibus, in quibus pertractandis ceteri philosophi totos se collocarent, homini humana curanda censebat et eiusmodi quaestiones agitandas, quarum cognitione homines meliores fierent, ut de virtutibus et vitiis, de civitate, de hominum imperio, cett. Philosophorum de rebus humanae menti occlusis quaestiones, quae nunquam ad certum exitum perduci possent, et sibi et aliis inutiles esse (§. 10—17).

Sed honestatem morumque probitatem non solum docebat alios, sed etiam ipse in vita exercebat, quod demonstratur exemplo quodam, quo Socrates, munere publico fungens, iuris iurandi a se dati religionem contra populi voluntatem sanctissime servavit ostenditque morum integritatem pluris se facere quam populi gratiam, persuasum habens deos omnia et dicta et facta et clandestina consilia nosse, et ubique adesse, et hominibus de omnibus rebus voluntatem suam declarare (§. 18—20).

Ceterum licet dubium esse non possit, quin Socrates aequalium suorum de diis, sacrificiis reliquisque religionis ritibus superstitionem reiecerit; tamen, ne rerum publicarum perturbationem ac confusionem efficeret, omnes deorum cultus caerimonias, quibus pietatis in eos sensus divinaeque providentiae et potentiae opinio subesset, retinere voluisse videtur *). Itaque, quum ipse puriore divinae naturae cognitione et vera in deos pietate imbutus esset, integriores ac sanctiores suos sensus cum recepto publice divino cultu in concordiam quandam redigere et tam doctrinae suae praeceptis, quam vitae sanctitate exemplique vi civium suorum mentes ita illustrare atque emendare studuit, ut, patrii moris retinentes, tamen meliorem deos colendi rationem animo concipérent. Oraculorum autem et vaticinationis Socrates in his libris tam saepe facit mentionem **), ut eum deos hominibus futura praesignificare credidisse et magnam vim in illis posuisse negari omnino non possit. Quae quidem opinio, e Socratis in deos pietate nata, confirmata est in eo, quod ipse, quotiescunque aliquid non recte et bene facturus erat, quendam animi motum, quo a re gerenda avocabatur, percipiebat: qui quanquam omnibus hominibus communis est, tamen in nullo acrior ac vehementior erat, quam in Socrate. — Quod autem Socrates omnino physicarum quaestionum studium tanquam inutile reiecisse dicitur, id quomodo accipiendum videatur, infra ad IV, 7. exponemus.

*) Cf. Tennemannum in Gesch. der Philos. Part. II. p. 29 sq.
**) Cf. praeter ea, quae hoc capite dicta sunt, I, 4, 2 II, 6, 8. all.

Πολλάκις ἐθαύμασα, τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίους 1
ἔπεισαν οἱ γραψάμενοι Σωκράτην, ὡς ἄξιος εἴη θα-
νάτου τῇ πόλει. Ἡ μὲν γὰρ γραφὴ κατ' αὐτοῦ τοι-
άδε τις ἦν· ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις

Cap. I. §. 1. *τίσι ποτὲ*] Zenn. e Greg. Cor. ad Hermog. in Reisk. oratt. gr. VIII. p. 906. *τίσι δήποτε*. Sic infra III, 2, 2. *τί δήποτε*.

Cap. I. §. 1. *Πολλάκις ἐθαύμασα, τίσι ποτὲ λόγοις — ἔπεισαν*] Pro *οἷς τισί ποτε λόγοις*, ut de Laced. Rep. I, 1: *ἐθαύμασα, ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ τοῦτ' ἐγένετο*. Apol. 11. Infra I, 1, 20. At IV, 2, 6: *θαυμαστὸν γάρ, ἔφη, τί ποτε — πειρῶνται*. Saepe enim pronomina rectae interrogationis, ut *τίς, ποῖος, πότερος, πῶς, πόθεν*, pro pronominibus obliquae interrogationis, ut *ὅστις, ὁποῖος, ὁπότερος, ὅπως*, ponuntur, oratione obliqua cum vi quadam formam induente orationis rectae. Cf. Popponem ad Cyrop. I, 2, 10. p. 12. Rost. Gr. §. 123. p. 642. Kühner. T. II. §. 837. not. 2. (Gr. schol. §. 698. not. 1.) — *ποτέ*, tandem, pronominibus interrogativis additum, significat vel cognoscendi cupiditatem, vel dubitantis admirationem. Vide Weiskium de Pleonasm. p. 167. Cf. §. 2. III, 14, 2. IV, 2, 6.

οἱ γραψάμενοι Σωκράτην] Plato Apol. Socr. p. 23. E. accusatores nominatim commemorat: Meletum, malum tragoediarum cantilenarumque auctorem (vide Aristoph. Ran. 1302 sq. cum scholiaste), Anytum, coriarium (ut satis clare apparet e Xenoph. Apol. §. 29, ubi v. quae congessit diligentia Bornemanni p. 72. in ed. 1824. et p. 350. ed. 1829.), Lyconem oratorem, qui intelligi videtur apud Aristoph. Vesp. 1301.

ἄξιος εἴη θανάτου τῇ πόλει] Dignum Socratem esse morte de civitate, h. e. respectu habito civitatis. Cf. I, 2, 62. 63. V. Rost. §. 105. p. 501. ed. V. Kühner. II. §. 581. e. p. 250. (Gr. schol. §. 505. d.)

Ἡ μὲν γὰρ γραφὴ] Vid. Meier et Schoemann in: Der att. Procefs, p. 903 De *μέν*, quod dicitur solitarium, v. Rost. §. 134. p. 702. Kühner. T. II. §. 734, 2. (Gr. schol. §. 617, 4.) Infra I, 2, 62: *ἐμοὶ μὲν — ἐδόκει*, mihi quidem sic videbatur (sc. at aliis fortasse aliter). I, 5, 5. II, 6, 1. 3. 5. III, 12, 1: *Ἰδιώτης μέν, ἔφη, εἰμί*, i. e. artis quidem gymnasticae non sum peritus, at animo excolendo operam do.

τοιάδε τις] haec fere. Hanc vim habet *τὶς* cum pronominibus iunctum. Vide nos in Gramm. gr. T. II. §. 638, 5. (Gr. schol. §. 358, 3.) Infra II, 6, 11. III, 6, 5: *λέξον — πόσαι τινές εἰσι* (sc. *αἱ πρόσοδοι τῇ πόλει*). IV, 5, 5. Cf. Bornemannum ad Cyrop. II, 1, 2. p. 147. ed. Lips. Sic II, 1, 21. *ὧδέ πως*, sic fere. V. Herbstium ad Symp. IV, 10. Porro I, 3, 1. *ἄλλως πως*. 4, 8. *εὐτυχῶς πως*. II, 6, 21. *ποικίλως πως*.

ἀδικεῖ Σωκράτης — ἀδικεῖ δὲ] Constat Graecos, ubi idem vel aliud eiusdem similisve notionis vocabulum in duobus vel pluribus enuntiationibus repetendum est, uti particulis *μέν* et *δέ*; sic enim notio vel duorum vel plurium orationis membrorum communis disiungi-

νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων.

2 Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς οὐκ ἐνόμιζεν οὓς ἡ πόλις νομίζει θεούς, ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; θύων τε γὰρ φανερὸς ἦν πολλάκις μὲν οἴκοι, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν κοινῶν τῆς πόλεως βωμῶν, καὶ μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν· διετεθρύλητο γὰρ, ὡς φαίη

ἕτερα δὲ καινὰ] F. ἕτερα δέ τινα.

§. 2. πολλάκις δὲ] F. πολλάκις δὲ καί. — διετεθρύλητο] Haec scriptura a viris doctis recte praefertur vulgatae. Vid. Born. ad h. l. et quem Saupp. in partes vocat C. E. Chr. Schneiderum ad Plat. Civit. T. I. p. 103 sq., qui de utraque tur in diversas sibique oppositas partes (cf. G. Hermannum in Opusc. Vol. III. p. 152.), ut mox §. 2: πολλάκις μὲν οἴκοι, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν κοινῶν τῆς πόλεως βωμῶν. Rara apud pedestris orationis scriptores sunt exempla, in quibus in priore membro omittitur μέν, ut Cyrop. IV, 3, 21: πολλὰ γάρ φασι καὶ ἵππον ἀνθρώποις τοῖς ὀφθαλμοῖς προορῶντα δηλοῦν, πολλὰ δὲ τοῖς ὠσὶ προακούοντα σημαίνειν. infra II, 2, 8. II, 6, 22 sq. 8, 5. Hellen. V, 1, 28; apud poetas satis multa reperiuntur. V. Schaefer. ad Soph. Phil. 633. Ubi membra sibi respondentia longius a se disiuncta sunt, non mirum est praeparativum μέν facile negligi potuisse, ut I, 2, 21. III, 13, 5. sine μέν et δέ legitur: περιπατήσας ἀριστήσεις, περιπατήσας δειπνήσεις. V. Ios. Strangium in Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 366. Fr. Haasium ad Xen. de Rep. Lac. p. 170 sq. et nos in Gramm. T. II. §. 735, 3. 6. (Gr. schol. §. 616, 5.) Ubi autem rhetorica est anaphora, particulae μέν — δέ non adiunguntur, ut infra III, 13, 5, ubi v. adnotata.

νομίζει θεούς] II. e. deos more publico (τῷ νόμῳ) receptos colere; νομίζει εἶναι θεούς, ut §. 5, sed ἡγεῖται θεούς simpliciter significat deos esse credere. Hinc οἱ νενομισμένοι θεοί, dii more publico recepti et culti. Mox §. 3. legimus μαντικὴν νομίζειν, vaticinandi artem more publico receptam colere, vel profiteri. Cf. Sauppium ad IV, 4, 19. Sic dicitur νομίζειν βίον, τέχνην, profiteri, exercere. V. Abreschium ad Aesch. Choeph. 994. p. 133. Adde nos ad II, 3, 15. νομίζεται. — De re ipsa conf. Apolog. 10. et quae ibi de ista accusatione collegit Bornemannus p. 48. ed. 1824.

§. 2. θύων — οἴκοι] Scilicet ἐν τῇ αὐλῇ. Cf. Plat. de Rep. I. p. 328. C. Αὐλή locus fuit apertus et apricus, maceria conclusus, aedes cingens, ubi Graeci aram habebant, in qua sacra privata diis faciebant. V. Schneiderum epimetrum ad Xen. Comment. III, 8, 9. et Dorvillium ad Charitonem p. 349 (ed. Lips.). Apud Romanos ara, in qua sacra privata fiebant, fuit in compluvio, loco subdivali in mediis aedibus. V. Ernestii Clav. Cic. s. v. impluvium, Pallast des Scaurus übersetzt u. mit Anmerk. begleitet v. K. Chr. u. E. Fr. Wüstemann. p. 38. et I. A. Hartung. die

Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν· ὅθεν δὴ καὶ μάλιστά μοι δοκοῦσιν αὐτὸν αἰτιάσασθαι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν. Ὁ δ' οὐδὲν καινότερον εἰσέφερε τῶν 3
ἄλλων, ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις· οὗτοί τε γὰρ ὑπολαμβάνουσιν οὐ τοὺς ὄρνιθας οὐδὲ τοὺς ἀπαντῶντας εἰδέναι τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς διὰ τούτων αὐτὰ σημαίνειν, κἀκεῖνος δὲ

huius verbi scriptura accurate exposuit. — *ἑαυτῷ σημαίνειν*] Par. A. D. K. *αὐτῷ σ.*

§. 3. *οἰωνοῖς τε χρ.*] F. *οἰωνοῖς χρ. φήμαις τε*, eraso *τέ*. — *οὗτοί τε*] A. *οὗτοι.*

Religion der Römer. T. I. p. 72 sqq.

τὸ δαιμόνιον] V. Prolegomen. V. Pro *σημαίνειν* dicit §. 4. *προσημαίνειν.*

καὶ μάλιστα] Nam, uti Scholiastes Aristoph. Nub. ad v. 248. tradit, etiam propterea *διέβαλλον αὐτὸν* (*τὸν Σωκράτην*), *ὡς ἠσέβει, λέγοντες περὶ τὸ θεῖον ὁμνύναι, νὴ τὸν ἀλεκτρυόνα καὶ τὴν πλάτανον καὶ ἄλλα τοιαῦτα*: quod quidem Socratem per iocum et ironiam fecisse iudicat Weiskius ad Apol. 24.

§. 3. *οὐδὲν καινότερον εἰσέφερε τῶν ἄλλων*] V. ad II, 6, 12.

φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις] *Φῆμαι* sunt omina, quae capiuntur e vocibus hominum. Cicero de Divin. I, 45, 102: neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, sed etiam hominum, quae vocant omina. Eustath. ad Il. *κ*. p. 799: *φήμη οὐ τὴν ἁπλῶς ἀνθρωπίνην δηλοῖ λαλιάν, ἀλλά τινα θειοτέραν, δηλωτικὴν τοῦ μέλλοντος.* Xen. Apol. 12. V. Bornemannum ad Apolog. §. 13. p. 51. ed. 1824. Cf. Herbstium ad Sympos. IV, 48. et ad h. l. — *συμβόλοις. Σύμβολα* sunt omina, signa varii generis, e quibus significationem rerum consequentium superstitio hominum quaerebat, ut tonitrua, fulgores, fulmina, hominum occursus (*οἱ ἀπαντῶντες*), alia id genus. — *θυσίαι* intelliguntur extispicium, quod apud Romanos haruspices curabant.

τοὺς ἀπαντῶντας] Scil. *ἀνθρώπους*: quod Aeschylus Prom. 487. designat per *ἐνοδίους συμβόλους.* Aeschyli locus dictus a v. 484 — 500. enumerat varia vaticinandi artis genera, quae Prometheus genus humanum edocuisse fertur, et idcirco dignus est, qui cum nostro loco comparetur.

κἀκεῖνος δὲ] H. e. et vero etiam, atque etiam ille. Particulam *δέ* ex F. recte reposuit Bornemannus. In *καὶ — δέ* particularum iunctura *δέ*, ut in *οὐδέ, μηδέ*, habet quasi vim adverbii, significatque nostrum: auf der andern Seite, anderseits, hinwiederum, ferner, ut h. l. sowol die Andern, als auch auf der andern Seite Sokrates urtheilte so. Infra I, 2, 11. 62. 3, 2. II, 1, 20. 21. III, 2, 3. 3, 1. 4, 5. 8, 8. 9, 15. IV, 3, 14. 7, 8. Ut apud nostrum scriptorem harum particularum (*καὶ — δέ*) iunctura longe est frequen-

οὕτως ἐνόμιζεν. Ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖστοί φασιν ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἀπαντώντων ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι· Σωκράτης δέ, ὥσπερ ἐγίγνωσκεν, οὕτως ἔλεγε· τὸ δαιμόνιον γὰρ ἔφη σημαίνειν. Καὶ πολλοῖς τῶν ξυνόντων προηγόρευε τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν, ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος· καὶ τοῖς μὲν πειθομένοις αὐτῷ συνέφερε, τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις μετέμελε.. Καίτοι τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν

§. 4. ὥσπερ ἐγίγν.] F. ὡς ἐγίνωσκ. — τὰ μὲν — τὰ δὲ] H. Y. K. M. ἃ μὲν — ἃ δέ. At v. Gr. nostr. II. §. 781, 3. b. (Gr. schol. §. 650. adn.)

§. 5. κἀτα ψ.] Sic Zeun. e libro Vossiano. V. adn. Edd. pr. cum A. E. G. H. καὶ οὐ ψ. Ed. Paris. Cas. 1589. K. F. καὶ

tissima, ita apud alios multo rarius reperitur, ut apud Thucydidem (v. Popponem Part. III. Vol. I. p. 639. et III. 2. p. 154.) et apud Platonem (vide C. E. Schneiderum ad Civit. T. III. p. 116.). Pari modo etiam relativae enuntiationes per καὶ — δέ antecedentibus adiungi possunt, ut infra I, 1, 15: καὶ ἀνέμους καὶ ὕδατα καὶ ὥρας καὶ ὅτου δ' ἂν ἄλλου δέωνται, et quacunque porro alia re indigent. Sympos. II, 9: πολλοῖς μὲν — καὶ ἄλλοις δῆλον, καὶ ἐν οἷς δ' ἡ παῖς ποιεῖ. Cf. Hartung. gr. Partik. T. I. p. 181 sq. Rost. Gr. §. 134. p. 701. Kühner. T. II. §. 737, 2. (Gr. schol. §. 617, 8.)

§. 4. τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν] V. Prolegom. V.

ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος] H. e. λέγων τὸ δαιμόνιον προσημαίνειν. Cf. c. 2, 20. 3, 2. 6, 5. II, 3, 3. 6, 32. 33. 38. V. Rost. §. 131. not. 3. Kühner. II. §. 671. b. (Gr. schol. §. 581.)

τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις] Μή positum est, quia in participio vis conditionalis inest: si qui autem non parebant. V. Rost. §. 135. p. 713. Kühner. II §. 715, 2. (Gr. schol. §. 605, 2.)

§. 5. Ἐδόκει ἂν — εἰ ἐφαίνετο] Pari modo etiam apud Romanos in enuntiationibus conditionalibus de rebus praeteritis imperfectum pro plusquamperfecto ponitur, ubi scriptor significare vult rem praeteritam per longius temporis spatium continuatam vel saepius repetitam fuisse, saepe etiam, ubi sententia prolata non solum ad praeteritum tempus spectat, sed etiam ad praesens et futurum. Quum res praeteriti temporis finibus circumscripta est, hic imperfecti usus ita explicandus est, ut scriptorem mente ad tempus praeteritum redire remque non e praesenti, sed e praeterito tempore spectare statuamus, ut h. l. videretur Socrates stultus esse, si eum mentiri appareret, sc. eo tempore, quo Socrates adhuc vivebat. Mox: οὐκ ἂν προέλεγεν, εἰ μὴ ἐπίστευεν, non praediceret, nisi confideret, ubi imperfectum Socratis consuetudinem significat. Infra 2, 18. 29. 59. V. Bornem. ad h. l. nos in Gramm. II. §. 820. not. 1. (Gr. schol. §. 682. not. 1.) et ad Cicer. Tusc. I, 12, 27. p. 75. Post verbum δοκεῖν saepe omittitur infinitivus εἶναι, ut I, 7, 1 et 4. Ad ea, quae Sauppius comparat, adde Anab. VII, 1, 6:

αὐτὸν βούλεσθαι μήτ' ἠλίθιον μήτ' ἀλαζόνα φαίνεσθαι τοῖς συνοῦσιν; Ἐδόκει δ' ἂν ἀμφότερα ταῦτα, εἰ προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα κἄτα ψευδόμενος ἐφαίνετο. Δῆλον οὖν, ὅτι οὐκ ἂν προέλεγεν, εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀληθεύσειν. Ταῦτα δὲ τίς ἂν ἄλλῳ πιστεύσειεν ἢ θεῷ; Πιστεύων δὲ θεοῖς πῶς οὐκ εἶναι θεοὺς ἐνόμιζεν; Ἀλλὰ μὴν ἐποίει καὶ τάδε 6

ψευδ. Lectio vulg. *καὶ οὐ* tolerari non potest; primum enim dicendum erat *καὶ μή* (sc. *φαινόμενα*), dein sententia esset absurda sequentibusque verbis *ψευδόμενος ἐφαίνετο* repugnans. — *πιστεύων δὲ θεοῖς*] F. *π. δ. θεόν* (*θεῷ*?).

ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ ἀσφαλές. Thuc. VII, 60: *βουλευτέα ἐδόκει.* V. Ios. Strangium Lips. Diar. 1835. Suppl. III. p. 448 sq.

κἄτα] *Κἄτα* et *κἄπειτα* post participia saepe inferuntur. V. Heindorfium ad Plat. Phaedon. p. 150. Stallbaum. ad Gorg. p. 157. B. et ad Phaedr. p. 40. A. Bastium ad Gregor. Cor. p. 145. ed. Schaef. Fritzschium in Quaest. Luc. p. 87 sq. et nos in Gr. T. II. §. 667. c. (Gr. schol. §. 577. c.)

Ταῦτα δὲ τίς ἂν ἄλλῳ πιστεύσειεν ἢ θεῷ;] Sententiae sic se excipiunt: Certa rerum futurarum cognitio nemini tribui potest, nisi deo. Quodsi igitur quis *πιστεύει ἀληθεύσειν*, hanc de futurarum rerum eventu persuasionem acceptam referre debet diis, qui soli futura cognita ac perspecta habent. Monui haec, quia Weiskius scriptum malebat: *τίνι ἂν μᾶλλον* atque adeo vertendo expressit: quae sententia ab hoc loco longe est alienissima.

Πιστεύων δὲ θεοῖς πῶς οὐκ εἶναι θεοὺς ἐνόμιζεν;] Xenophon, a proposito degressus, derepente ad novam se convertit sententiam, in ipsa Socratis accusatione (§. 1.) non indicatam. Dicit enim Socratem accusatum fuisse, quod novos deos introducere voluisset, non, quod omnino deos esse negasset. Pluto in Apol. p. 36. C. multo accuratius distinxit has duas diversas accusationes.

§. 6. *Ἀλλὰ μὴν*] His particulis novum idque gravissimum argumentum inducitur, e quo appareat Socratem deos esse credidisse. *Ἀλλὰ μήν*, ut Latinorum at vero, sed vero, adversativam vim habent coniunctam cum confirmatione et asseveratione (aber fürwahr, ja fürwahr). Scilicet novum quod sequitur argumentum cum vi obiicitur accusatorum calumniis. Cf. I, 2, 4. II, 6, 27, ubi *ἀλλὰ μήν* etiam in transitu ad novum argumentum usurpantur. Ubi post *ἀλλὰ μήν*, uno vel pluribus vocabulis interiectis, *γέ* sequitur, hoc non ad *ἀλλὰ μήν* referendum est, sed eam vim habet, ut id vocabulum, cui subiunctum est, efferat. Cf. I, 1, 10: *Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνός γε ἀεὶ μὲν ἦν ἐν τῷ φανερῷ.* I, 2, 63. 7, 2. IV, 3, 3. 4. 4, 16. 8, 8. 9. Symp. IV, 4. 2. Ex Isocrate multa exempla collegit eruditissimus Ios. Strangius in Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 370. *Ἀλλὰ μήν* — *γέ* etiam usurpantur, ubi alter

πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους· τὰ μὲν γὰρ ἀναγκαῖα συνεβούλευε καὶ πράττειν, ὡς ἐνόμιζεν ἄριστ' ἂν πραχθῆναι· περὶ δὲ τῶν ἀδήλων, ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο, μαντευσο-
7 μένους ἔπεμπεν, εἰ ποιητέα. Καὶ τοὺς μέλλοντας οἴκους τε καὶ πόλεις καλῶς οἰκήσειν μαντικῆς ἔφη προσδεῖσθαι· τεκτονικὸν μὲν γὰρ ἢ χαλκευτικὸν ἢ

§. 6. *ἐνόμιζεν*] Ern. e coniectura Leunclavii *ἐνόμιζον* (3. plur.); at recte monet Weisk., si hoc verbum ad amicos referatur, scribendum fuisse *νομίζοιεν*. — *ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο*] V. adn. — *μαντευσομένους*. Sic Paris. A. B. C. D. F. Alii *μαντευομένους*.

alterius orationem excipit, ita quidem, ut alterius orationem confirmet eique novum argumentum addat. Hic quoque *γέ* ei vocabulo subiungitur, in quo sententiae pondus positum est. V. II, 7, 2. III, 3, 1. 5, 3. Cf. Gr. nostr. T. II. §. 696. d.

τὰ μὲν γὰρ ἀναγκαῖα] Usus particulae explicativae *γάρ* post praemissum demonstrativum, ut h. l. post *τάδε*, illatae pervagatus est. Cf. II, 6, 38: *ἐκ τῶνδε σκέψαι· εἰ γάρ κτλ.* IV, 4, 5. Cyrop. V, I, 21, ubi v. Bornemannum p. 410. ed. Lips. V. Hartung. gr. Partik. T. I. p. 467 sq. Matthiae. Gr. T. II. §. 615, 2. Rost. §. 134. p. 706. Kühner. T. II. §. 754, 1. β. *Τὰ ἀναγκαῖα* recte Schneiderus explicat: quae necessario sunt agenda quocumque eventu.

καὶ πράττειν] H. e. *οὕτω καὶ πράττειν, ὡς ἐνόμιζεν κτλ.* Apposite Schneiderus attulit Herodot. I, 79: *ὡς δὲ οἱ ταῦτα ἔδοξε, καὶ ἐποίεε κατὰ τάχος.* Adde Thuc. II, 93: *ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς.* Ubi plena est duarum enuntiationum correlativarum oratio, in utroque membro *καί* particulam collocatam reperimus. Infra I, 6, 3: *ὥσπερ καὶ — οὕτω καί.* III, 5, 13: *ὥσπερ καὶ — οὕτω καί.* Anab. II, 1, 22: *καὶ ἡμῖν ταὐτὰ δοκεῖ ἅπερ καὶ βασιλεῖ.* Multa exempla collegit Stallbaumius ad Plat. Apol. p. 22. D. V. eundem ad Lysid. p. 211. A. et Bornemannum ad Conviv. VIII, 15. p. 193. Heindorfium ad Plat. Phaedon. p. 64. C. *Σκέψαι δή —, ἐὰν καὶ σοὶ ξυνδοκῇ ἅπερ καὶ ἐμοί.* Haasium ad R. L. 1. d. Cf. nos in Gr. T. II. §. 729. (Gr. schol. §. 614.)

ἀδήλων, ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο] H. e. de iis autem rebus, in quibus obscurum erat, quomodo, si eas peracturus esses, eventurae essent, ad oraculum consulendum mittebat. Ceterum particulam *ἄν* post *ὅπως*, quam non habent Iunt. Voss. 2. Vind. Vat. 1. Flor. E., post Ernestium recentiores editores omnes exulare iusserunt, confisi loco c. 3, 2. consignato: *ἢ εἰ ἄλλο τι εὔχοιντο τῶν φανερῶς ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο.* Revocavi particulam, primum, quia non video, quomodo ea, nisi a Xenophonte profecta fuisset, a librariis inferri potuisset, quum multo saepius optativus futuri sine *ἄν*, quam cum *ἄν*, apud veteres Graecos reperiatur; dein, quia *ἄν* egregie aptam huic loco et accommodatam sententiam efficit. In altero autem loco (3, 2.) quod omissa est haec particula, id nihil probat hoc quoque loco alienam eam esse. Nam ille loco

γεωργικὸν ἢ ἀνθρώπων ἀρχικὸν ἢ τῶν τοιούτων ἔργων ἐξεταστικὸν ἢ λογιστικὸν ἢ οἰκονομικὸν ἢ στρατηγικὸν γενέσθαι, πάντα τὰ τοιαῦτα μαθήματα καὶ ἀνθρώπου γνώμῃ αἱρετέα ἐνόμιζεν εἶναι· τὰ δὲ μέγιστα τῶν ἐν τούτοις ἔφη τοὺς θεοὺς ἐαν- 8

§. 7. ἢ λογιστικὸν] F. omittit. — αἱρετέα] Dindorf. e Schneideri coniectura αἱρετά. Male. V. adn.

§. 8. τὰ δὲ μέγιστα τῶν ἐν τούτοις] Par. A. E. H. K. M. τὸ δὲ μέγιστον τῶν ἐν τ. Reisk. τῶν delendum putat. Frustra. V. adn.

simpliciter haec exprimitur sententia: et si quid aliud precarentur earum rerum, quarum eventus plane incertus est. Supra §. 3 fin.

§. 7. Καὶ τοὺς μέλλοντας] Καί particula saepe habet vim explicativam; Sauppius comparat Anab. I, 9, 6. Adde V, 2, 29: (οἱ Ἕλληνες) ψευδενέδραν ἐποιήσαντο. Καὶ ἀνήρ, Μυσὸς τὸ γένος —, προεξεποιεῖτο τοὺς πολεμίους πειρᾶσθαι λανθάνειν. Sic nostro loco καί inservit sententiae antecedenti exemplis illustrandae confirmandaeque. Aptissime Sauppius comparat Livium II, 13: ita honorata virtute feminae quoque ad publica decora excitatae. Et Cloelia virgo — dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim tranavit. Cf. adnotata nostra ad Cicer. Tuscul. I, 34, 82.

οἴκους τε καὶ πόλεις καλῶς οἰκήσειν] Res domesticas s. familiares et publicas bene administrare ac tueri. Infra I, 2, 64, ubi v. adn. II, 1, 19: (ἵνα) καὶ τὸν ἑαυτῶν οἶκον καλῶς οἰκῶσι. Cf. III, 6, 14. IV, 1, 2. Est igitur idem fere quod διοικεῖν. Cf. §. 8.

τῶν τοιούτων ἔργων] qualia sunt ἐν τῇ τεκτονικῇ, χαλκευτικῇ et reliquis; ἐξεταστικός est is, qui vitia et virtutes operum recte demonstrare potest, etsi ipse rem similem melius exsequi nescit, qui versatus est in θεωρίᾳ, non item in πράξει, ut explicat Weiskius, coll. Oecon. XII, 19. — De constructione v. ad III, 1, 6.

πάντα τὰ τοιαῦτα μαθήματα καὶ ἀνθρώπου γνώμῃ αἱρετέα] Omnes has artes sola mente humana, deorum oraculis non in auxilium vocatis, assequendas esse (schon durch menschliche Einsicht). Illud καί proprie spectat ad alterum orationis membrum cogitatione supplendum, ut h. l. καὶ ἀνθρώπου γνώμῃ, καὶ οὐ μόνον θεῶν γνώμῃ. Supra §. 6: ἐποίει (sc. οὐ μόνον ταῦτα, ἃ ἔλεξα, ἀλλὰ) καὶ τάδε. 2, 4: καὶ τοῦ σώματος — οὐκ ἠμέλει (οὐ μόνον τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος). 18: οἶδα καὶ Σωκράτην (ὥσπερ ἄλλους διδασκάλους, οὕτω καὶ Σ.). 21. V. adnotata in §. 6. Pro notione membri omissi καί gradationem significat aut ad maius, aut ad minus, ut h. l. V. Hartung. gr. Partik. T. I. p. 133 sq. Largam exemplorum copiam suppeditat etiam Fritzschius ad Lucian. c. 7. p. 5 sqq. Adde nos in Gr. T. II. §. 728. (Gr. schol. §. 614.)

§. 8. τὰ δὲ μέγιστα τῶν ἐν τούτοις] Gravissima eorum, quae in his artibus addiscendis tractandisque spectantur. Bornem. verba τὰ ἐν τούτοις

τοῖς καταλείπεσθαι, ὧν οὐδὲν δῆλον εἶναι τοῖς ἀνθρώποις. Οὔτε γάρ τοι τῷ καλῶς ἀγρὸν φυτευσαμένῳ δῆλον, ὅστις καρπώσεται· οὔτε τῷ καλῶς οἰκίαν οἰκοδομησαμένῳ δῆλον, ὅστις οἰκήσει· οὔτε τῷ στρατηγικῷ δῆλον, εἰ συμφέρει στρατηγεῖν· οὔτε τῷ πολιτικῷ δῆλον, εἰ συμφέρει τῆς πόλεως προστατεῖν· οὔτε τῷ καλὴν γήμαντι, ἵν' εὐφραίνηται, δῆλον, εἰ διὰ ταύτην ἀνιάσεται· οὔτε τῷ δυνατοὺς ἐν τῇ πόλει

γάρ τοι τῷ] Sic Born. pro vulg. γὰρ τῷ. Confirmatur haec correctio a cod. Guelf., qui exhibet: οὔτε γάρ τοι τῷ καλῶς ἀγρὸν φυτευσαμένῳ δῆλον. Bene. Nam F. exhibet γάρ

sic explicat: ea quae in his insunt, quae in artibus exercendis evenire possunt.

δῆλον εἶναι] De infinitivo in enuntiatione secundaria vide Fritzschium in Quaest. Lucian. p. 149 sq. Rost. Gr. §. 123. not. 4. Kühner. T. II. §. 849. (Gr. schol. §. 709.), et eum, qui hanc rem uberrime diligentissimeque pertractavit, G. T. A. Krügerum in Disquisitt. gramm. p. 38 sq. Sic infra §. 13: ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον φρονοῦντας — οὐ ταὐτὰ δοξάζειν. III, 11, 1: οἷς ἐκείνην ἐπιδεικνύειν. Apolog. §. 3. §. 4. §. 5. Anab. II, 2, 1, ubi v. Bornemannum p. 106.

δῆλον, εἰ ἀνιάσεται — εἰ στερήσεται] Vertimus in his εἰ particulam per: ob nicht, supra autem in verbis: οὐ δῆλον, εἰ συμφέρει per: ob. Per se εἰ nec affirmationis, nec negationis vim denotat, sed nihil nisi fluctuationem et dubitationem inter duas quae fieri possunt res indicat. Saepe autem post verba dubitandi, deliberandi, nesciendi, ut σκοπεῖν, ἐννοεῖν, ὁρᾶν, φοβεῖσθαι, οὐκ εἰδέναι, alia id genus, alterum interrogationis quae dicitur oblitae membrum omittitur: quod ubi fit, membrum per εἰ inductum pro loci conditione aut affirmativum est, h. e. sententiam ponit, cuius affirmatio ab eo, qui loquitur, animo est praecepta, ubi nos utimur particulis: ob nicht, aut negativum est, h. e. sententiam ponit, cuius negatio ab eo, qui loquitur, animo est praecepta, ubi nos utimur particula ob. Utrum igitur εἰ affirmative, an negative accipiendum, e solo verborum contextu coniicere licet. Verbis οὐ δῆλον, εἰ συμφέρει significatur facile fieri posse, ut nulla e munere publico ad eum, qui id gerit, redundet utilitas; verbis autem οὐ δῆλον, εἰ ἀνιάσεται et εἰ στερήσεται facile fieri posse, ut quis ex pulchra uxore, vel ex potentioribus affinibus detrimentum capiat. Anab. I, 3, 5: εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, οὐκ οἶδα, ob ich nicht gerecht handle, h. e. credo iustum me facturum. Ibid. III, 2, 22: σκέψασθε, εἰ ἄρα (ob nicht) τοῦτο καὶ μωρότατον πεποιήκασιν οἱ βάρβαροι (i. e. patet barbaros stulte fecisse): ubi v. Krüger. p. 159. V, 1, 12. Cf. infra II, 2, 2. Sic in formula οὐκ οἶδ' εἰ particula et affirmativam vim habet, et negativam (ut infra I, 3, 5: ὥστ' οὐκ οἶδ' εἴ τις οὕτως ἂν ἀλίγα ἐργάζοιτο, ut

κηδεστὰς λαβόντι δῆλον, εἰ διὰ τούτους στερήσεται τῆς πόλεως. Τοὺς δὲ μηδὲν τῶν τοιούτων οἰομένους εἶναι δαιμόνιον, ἀλλὰ πάντα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης, δαιμονᾶν ἔφη· δαιμονᾶν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους, ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν· οἷον εἴ τις ἐπερωτῴη, πότερον ἐπιστάμενον ἡνιοχεῖν ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν κρεῖττον, ἢ μὴ ἐπιστάμενον· ἢ πότερον ἐπιστάμενον κυβερνᾶν ἐπὶ τὴν ναῦν κρεῖττον 9

τοι et edd. pr. γάρ τοι — φυτευσάμενον. V. nos in Gr. II. §. 705, 3. — ἵν' εὐφραίνηται] Sic H. F. Iunt. Ald. pro ἵνα εὐφ.

§. 9. ἐπερωτῴη] In F. post hanc vocem exciderunt πότερον — μὴ ἐπιστάμενον· ἢ, scribae oculo ad sequentia aberrante.

nesciam, an nemo tam pauca sibi comparet, i. e. es kann wol nicht leicht Einer so wenig sich erwerben. Hieron. I, 7. Cf. C. Gu. Krügerum ad Dionys. Hal. Historiogr. p. LII. p. 135 et p. 470. Apud latinos aureae aetatis scriptores particula an post dubito, nescio, haud scio habet vim affirmativam (ob nicht), ut: dubito, nescio, an Epaminondam summum virum omnis Graeciae censeam (h. e. credo Ep. summum virum fuisse). V. nos ad Cicer. Tuscul. IV, 22, 50.

ἀνιάσεται — στερήσεται] Passive accipienda sunt. Thuc. III, 2. Infra I, 6, 14. ὠφελήσεσθαι, et III, 7, 9. καὶ οἱ σοὶ φίλοι καὶ αὐτὸς σὺ οὐκ ἐλάχιστα ὠφελήσῃ (ubi unus Voss. 1. ὠφεληθήσῃ habet), utilitatem capies, II, 3. (alii male ὠφεληθήσεται). Venat. XII, 1. Oecon. II, 8., quanquam forma passiva ὠφεληθήσομαι saepius legitur, ut II, 7, 8. ὡς καὶ ἐπιμεληθησόμεναι τούτων καὶ ὠφεληθησόμεναι ἀπ' αὐτῶν. III, 3, 15. Cyrop. III, 2, 20. ὠφεληθήσεσθαι (ex optimis codd.; hic enim activo apte passivum opponitur). E Platone plura exempla futuri modo mediali, modo passiva forma induti contulit C. E. Chr. Schneiderus ad Cīvit. V. p. 470. A. Infra IV, 8, 10. et Apolog. §. 26. μαρτυρήσεσθαι.

§. 9. δαιμονᾶν] est, uti Hesychius interpretatur, ὑπὸ δαίμονος κατέχεσθαι. Eleganter igitur hoc verbum antecedenti δαιμόνιον oppositum est, ut observavit Iacobsius.

ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν — ἐπὶ τὴν ναῦν — λαβεῖν] Orationis concinnitas requirebat aut ἐπὶ ζεῦγος et ἐπὶ ναῦν λαβεῖν, aut ἐπὶ τὸ ζεῦγος et ἐπὶ τὴν ναῦν λαβεῖν. At prius ἐπὶ ζεῦγος, omisso articulo, vim quasi verbi habet, ad vehendum, ut dicitur ἰέναι ἐπὶ δεῖπνον, ad coenandum (ut I, 3, 6. Anab. VII, 3, 15. ubi v. Krügerum. Ibid. 18, 4, 3. Cf. Var. Lectt. ad III, 14, 1.), παρέχειν τι ἐπὶ μισθῷ, ἐπὶ θήραν ἰέναι Herod. I, 37. venatum ire, ἐπὶ ὕδωρ ἰέναι id. III, 14. aquatum ire et similia (v. nos in Gr. T. II. §. 484. not. Gr. schol. §. 420. not.); alterum ἐπὶ τὴν ναῦν bene explicat Sauppius per: in navem, quam quis habet, ut saepe articulus vim pronominis possessivi habet (Gr. §. 627, 1. Gr. schol. §. 353, 1.) Sic III, 9, 11: ἐπεδείκνυεν ἔν τε νηΐ (h. e. in navigando, in nave regenda) τὸν μὲν ἐπιστάμενον ἄρχοντα (praeesse), τὸν δὲ ναύκληρον καὶ τοὺς

λαβεῖν, ἢ μὴ ἐπιστάμενον· ἢ ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας ἢ μετρήσαντας ἢ στήσαντας εἰδέναι· τοὺς τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεῶν πυνθανομένους ἀθέμιστα ποιεῖν ἡγεῖτο· ἔφη δὲ δεῖν ἃ μὲν μαθόντας ποιεῖν ἔδωκαν οἱ θεοὶ μανθάνειν· ἃ δὲ μὴ δῆλα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ πειρᾶσθαι διὰ μαντικῆς παρὰ τῶν θεῶν πυνθάνεσθαι· τοὺς θεοὺς γὰρ οἷς ἂν ὦσιν ἵλεῳ σημαίνειν.

10 Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνός γε ἀεὶ μὲν ἦν ἐν τῷ φανερῷ·

ἀθέμιστα] V. adn.

§. 11. *οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φ.*] Cod. Guelf. omittit *γάρ*. — *ἥπερ τῶν ἄλλων*] Censor in Diar. Hal. 1827. 213. pro *ἥπερ* mavult *ὥςπερ*: quod ipsi rei refragatur. Euseb. pr. ev.

ἄλλους τοὺς ἐν τῇ νηΐ (in certa quadam nave) πάντας πειθομένους τῷ ἐπισταμένῳ: ubi ἐν νηΐ eodem modo navigandi actionem significat, quo mox ἐν γεωργίᾳ, ἐν σωμασκίᾳ actionem agri colendi, corporis exercendi, et ἐν νόσῳ statum aegrotandi. I, 4, 5. τὰ διὰ στόματος ἡδέα, i. e. quae edendo percipiuntur: ubi v. adnot. Contra II, 6, 38. ὃ δέ μοι πεισθεὶς ἐπιτρέψειέ σοι τὴν ναῦν, i. e. navem suam. 7, 2. ἐν τῇ οἰκίᾳ, in mea domo. Sic Cyrop. VIII, 3, 25. τῷ ἵππῳ recte Bornemannus explicat cum equo, quem habuit.

ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας — εἰδέναι] Sine attractione plane ut III, 12, 8. ταῦτα δὲ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀμελοῦντα. Etiam praemissum dativum post ἔξεστι sequitur accusativus (pro dativo) participii, infinitivo additus. I, 2, 49. II, 6, 26: εἰ ἐξῆν τοῖς κρατίστοις συνθεμένους ἐπὶ τοὺς χείρους ἰέναι. III, 9, 9. IV, 5, 11. Pari modo post verbum δοῦναι variavit structuram. Cf. II, 8, 1. Cyr. I, 6, 5. De hoc attractionis genere enucleatissime exposuit G. T. A. Krügerus in Disquisitt. gramm. III. §. 359—372. Adde Stallbaumium ad. Plat. de Rep. IX. p. 586. E. Rostium Gr. §. 121. Kühner. II. §. 645 et 647 sq. (Gr. schol. §. 558.) — De forma ἔδωκαν v. ad IV, 2, 15.

τοὺς τὰ τοιαῦτα κτλ.] Haec enuntiatio ἀσυνδέτως adiuncta est, quia antecedentis orationis quasi summam breviter complectitur. V. Dissenium in Excurs. II. de Asyndeto Pindari p. 278. et nos in Gr. T. II. §. 760. b. et Gr. schol. §. 633. Infra II, 1, 33: τοιαῦτά σοι — ἔξεστι διαπονησαμένῳ τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι. IV, 3, 14: Ἀ χρὴ κατανοοῦντα — τιμᾶν τὸ δαιμόνιον. Cf. adnot. in II, 3, 19. Porro II, 5, 5: τὰ τοιαῦτα πάντα σκοπῶ.

ἀθέμιστα] Sic vulguta. Voss. 2. Vind. Par. ABC (D e correctione) exhibent ἀθέμιτα. Schneiderus, qui ἀθέμιστα retinuit, comparat Cyrop. I, 6, 6. ἀθέμιστα (ἀθέμιτα infirma auctoritate nititur) et VIII, 8, 5. ἀθεμιστότεροι. Utramque formam veteribus scriptoribus in usu fuisse testantur lexicographi veteres, quos contulit Ed. Maetznerus ad Antiphont. p. 142 sq., qui utraque forma usus est: or. I. §. 22. ἀθέμιτα et IV. §. 6. ἀθέμιστα.

§. 10. ἀεὶ μὲν ἦν] Particula μέν respondet particulae δέ in §. 11. οὐδεὶς δέ. Locus propterea memorabilis, quod inter utramque particulam alterum earundem particularum par: ἔλεγε μὲν ὡς τὸ πολύ, τοῖς δὲ βουλομένοις ἐξῆν ἀκούειν, interiectum est.

πρωΐ τε γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους καὶ τὰ γυμνάσια ἤει, καὶ πληθούσης ἀγορᾶς ἐκεῖ φανερὸς ἦν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀεὶ τῆς ἡμέρας ἦν ὅπου πλείστοις μέλλοι συνέσεσθαι· καὶ ἔλεγε μὲν ὡς τὸ πολύ, τοῖς δὲ βουλομένοις ἐξῆν ἀκούειν. Οὐδεὶς δὲ πώποτε Σωκράτους οὐδὲν 11
ἀσεβὲς οὐδὲ ἀνόσιον οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν. Οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύ-

XV, 62: ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλεῖστοι: unde Finckh. in Diar. Darmst. 1829. 108. locum sic constituendum censet: ἢ περὶ τῶν ἄλλων ὧν οἱ πλεῖστοι. Acutius, quam verius. V. adn.

περιπάτους] Porticus in eorum usum exstructae, qui valetudinis tuendae causa ambulabant. V. Fr. Haasium ad Xen. de Rep. Lac. p. 241 sq. Pari modo apud Latinos vocabulum ambulationis pro ambulacro usurpatur. V. adnotata nostra in Cicer. Tuscul. IV, 4, 7.

πληθούσης ἀγορᾶς] Antemeridianum tempus divisum est in duas partes, quarum secunda πληθούσης ἀγορᾶς aut περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν appellabatur. V. Disseniumin Progr. Gotting. 1836. p. 11. et Krügerum ad Anab. I, 8, 1.

ὅπου — μέλλοι] De obliqua orationis forma in enuntiationibus secundariis orationis rectae v. nos in Gramm. II. §. 845. not. et ad Cicer. Tusc. V, 21, 62: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse.

§. 11. Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβὲς — οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν] Verbum ἰδεῖν h. l. cum genitivo constructum est propter sequens ἤκουσεν, ut membrorum concinnitas servaretur. V. Gramm. nostr. T. II. §. 528. not. 3. p. 185. Alii genitivum ab οὐδέν pendere volunt, quod probat K. F. Hertlinius in Zimmerm. Annal. lit. antiq. p. 595. anni 1838. Minus recte, opinor. Cf. §. 20. Σωκράτην — τὸν ἀσεβῆς μὲν οὐδέν ποτε — οὔτ' εἰπόντα οὔτε πράξαντα. Neque Hermanni ad Soph. Trach. 393. δίδαξον, ὡς ἔρποντος εἰσορᾷς ἐμοῦ, neque Reisigii in Comment. crit. p. 332. et in Enarrat. Soph. O. C. p. LX. ratio probanda. Bornemannus sic vertit: nemo unquam vidit vel audivit, quum Socr. impium aliquid — faceret aut diceret.

ἢ περὶ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι] non eadem ratione, qua ceterorum philosophorum plurimi. Socratem de physicis disseruisse vel ex ipso Xenophonte (cf. I. c. 4. Xen. Symp. VI, 6 sq.) apparet, ut praetermittam Platonis Apologiam et Phaedonem cap. XLVI sqq. p. 97 sqq. et Diog. Laert. II, 45; at longe aliam ac plerique ceteri philosophi in exquirenda rerum natura ingressus est rationem. Scilicet, subtilibus atque inanibus quaestionibus de mundi ortu, coelestium corporum cursu aliisque obscuris rebus omissis, naturae investigationem ita tractabat, ut, quae esset vis divina, quae indoles humana, quae hominum cum divino numine coniunctio, quomodo omnia divina mente administrarentur, appareret. Cf. infra IV. c. 7.

σεως ἥπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι διελέγετο, σκοπῶν, ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔφυ, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται τῶν οὐρανίων, ἀλλὰ

ἔφυ] Alii ἔχει. V. adn. — ἀπεδείκνυεν] Sic cum Euseb. Stob. ed. Vatic. 1. Vindob. 2. Paris. D. correxit Zeun. vulgatum

σοφιστῶν] Σοφισταί primitus appellabantur philosophi.

κόσμος] „Est quae antea φύσις ἢ τῶν πάντων dicitur, nec solum coelum cum sideribus dicitur. Appellationis auctor dicitur Pythagoras apud Photium Bibl. Cod. 659. (p. 440. l. 27. ed. Bekker.)." SCHNEIDER. Cf. Plat. Gorg. p. 507. E. et 508. A. Respondet graecum vocabulum plane latino mundus. V. Passovii Lex. gr. s. v.

ἔφυ] Haec lectio in veteribus edd. vulgata erat, confirmata etiam auctoritate cod. E., qui ἔφυ, cui superscriptum est ἔχει, repraesentat. Zeunius primus alteram lectionem: ἔχει, quam multi codd. (F. habet ἔχοι) praebent, recepit, eumque Schneiderus, Bornem., alii sequuti sunt. Mihi vero sententia, quae e lectione ἔχει prodit, non solum admodum languida videtur esse, sed etiam et a re ipsa et a Xenophontis consilio prorsus aliena. Ac primum quidem constat antiquissimos philosophos maxima in exquirendo perscrutandoque mundi ortu collocasse studia. Dein si ἔχει legatur, ut antiqui philosophi in observando mundi statu et habitu (ὅπως ἔχει) versati fuisse dicantur: nonne eadem fere sententia etiam proxime sequentibus verbis: τίσιν ἀνάγκαις κ. τ. λ. denotatur? Scilicet duas potissimum quaestiones fuisse Xenophon significare voluisse videtur, quas antiqui philosophi studiose fuissent amplexati, primum, unde omnia generata essent, tum quibus mundus, in primis corpora coelestia obnoxia essent legibus. Denique aliquid praesidii lectioni ἔφυ paratum est in Luciani Icaromenippo p. 756, ubi haec e nostro loco imitando expressa leguntur: πολλήν τινα παρεῖχε τὴν ἀπορίαν πρῶτον μὲν αὐτὸς οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν σοφιστῶν καλούμενος κόσμος. Οὐ γὰρ εἶχον εὑρεῖν οὔθ' ὅπως ἐγένετο, οὔτε τὸν δημιουργόν, οὔτε ἀρχήν, οὔθ' ὅτι τὸ τέλος ἐστὶν αὐτοῦ. At quaeritur, unde lectio ἔχει nasci potuerit. Nimirum loco perverse intellecto facile ob sequens γίγνεται tanquam superfluum aut prorsus eiici aut in verbum ἔχει mutari potuit.

σκοπῶν, ὅπως — καὶ τίσιν] Rariora sunt exempla, in quibus in bimembri interrogatione obliqua prius membrum formam obliquae interrogationis habet, posterius per rectae interrogationis pronomina inducitur; unde posteriori membro maior vis accedit. Plat. de Rep. III. p. 414. D: οὐκ οἶδα, ὁποίᾳ τόλμῃ ἢ [illegible]οις λόγοις χρώμενος ἐρῶ. [illegible]το saepius post τίς sequitur [illegible]ς, post ποῖος ὁποῖος. V. Lobeck. ad Phrynich. p. 57. Rost. Gr. §. 123b. p. 642. Kühner. T. II. §. 837. not. 2. p. 583. (Gr. schol. §. 698. not. 1.)

ἀνάγκαις] Ἀνάγκαι, ut §. 15, eleganter dicuntur naturae leges. Nomina abstracta plurativo numero posita significationem induunt concretorum; designant enim plura genera (species) et partes vel diversos status nominis abstracti. Ἀνάγκη est fati necessitas, ἀνάγκαι quasi partes huius necessitatis, leges. Infra III, 12, 2. et Anab. IV, 5, 15. τὰς ἀνάγκας (calamitates). V. nos in Gr. T. II. §. 408. (Gr. schol. §. 350.) et ad Cicer. Tusc. IV, 2, 3. p. 295.

φροντίζοντας τὰ τοι-

καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυεν. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει, πότερά ποτε 12
νομίσαντες ἱκανῶς ἤδη τἀνθρώπινα εἰδέναι ἔρχονται ἐπὶ

ἐπεδείκνυε. G. Iunt. Ald. Steph.: *ἐπεδείκνυεν.* F.: *ἀπεδείκνυ.*
§. 12. *τἀνθρώπινα*] Alii *τἀνθρώπεια.* Vide adnot.

αὗτα] Sic III, 5, 23. *πολλὰ μεριμνᾶν.* IV, 7, 6. *ταῦτα μεριμνῶντα,* et §. 13. *περὶ τῶν τοιούτων φροντίζειν.* 4, 17. *περὶ τῶν ἐνθάδε — φροντίζειν.* Cf. Bornemannum ad Apol. §. 8. p. 44. ed. 1824. Sic I, 1, 14. *τῶν περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων.* Plerumque hoc verbum construitur, tanquam intransitivum, cum genitivo, qui significat id, quod in alicuius animo curam excitat. Cf. III, 7, 7. Eandem vim habet *περί* cum genitivo iunctum. Accusativum ubi adsciscit hoc verbum, transitivam vim induit significatque scrutari, investigare, studiose curare aliquid. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 348. not. 2. p. 823. et nostram §. 533. not. I. (Gr. schol. §. 461. not. 1.) Vocabula *φροντίζειν, μεριμνᾶν* proprie dicuntur de illis operosis physicorum studiis. Sic apud Aristophanem in Nubb. leguntur *φροντιστήριον, μεριμνοφροντισταί* (v. 101.). V. I. W. Süvernium de Aristoph. Nubb. p. 9. et H. Th. Rötscherum in: Aristophanes und sein Zeitalter. Berlin. 1827. p. 332 sq. — De re ipsa cf. IV, 7, 5 sqq.

§. 12. *Καὶ πρῶτον μὲν*] *Μέν* referendum ad §. 15. *ἐσκόπει δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τάδε.*

αὐτῶν ἐσκόπει, πότερα — ἔρχονται] Per genitivum *αὐτῶν* intelligendi sunt *οἱ φροντίζοντες τὰ τοιαῦτα.* Infra I, 6, 4: *ἐπισκεψώμεθα, τί χαλεπὸν ἦσθησαι τοὐμοῦ βίου* (an meiner Lebensweise). III, 6, 17: *ἐνθυμοῦ δὲ καὶ τῶν εἰδότων ὅ τι τε λέγουσι καὶ ὅ τι ποιοῦσι.* V. Sauppium ad h. l. Rost. §. 108. p. 521. Kühner. T. II. §. 528. et adn. 3. (Gr. schol. §. 456. not. 1.)

τἀνθρώπινα] Hoc edd. veteres et plerique codd., in iisque F., repraesentant. Par. A H M habent *τὀνθρώπεια*, quod recepit Schneiderus, quum deinceps *ἀνθρώπεια* omnes praeter Guelph. libri exhibeant et §. 15. et 16. eadem forma sine ulla scripturae varietate legatur. Semper fere haec duo vocabula in MSS. inter se permiscentur, atque ipsi veteres scriptores tam promiscue iis sunt usi, ut de eorum notionis discrimine, quod vulgo ita constituunt, ut *ἀνθρώπειον* dicatur id, quod humanae naturae conveniat, *ἀνθρώπινον* id, quod ab homine factum sit, vix certum quidquam constitui possit; cf. I, 2, 18: *περὶ ἀρετῆς καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρωπίνων διαλέγεσθαι.* II, 1, 32: *ἔργον οὔτε θεῖον οὔτε ἀνθρώπινον.* IV, 1, 2. 2, 27. *ἀνθρώπινα πράγματα*, contra IV, 6, 5. *ἀνθρώπεια πράγματα* legitur. Sic apud veteres promiscue dicitur *ἀνθρωπίνη φύσις* (Hellen. VII, 1, 2, ubi *ἀνθρωπίνη φύσις* oppon. *τῇ θείᾳ φύσει*, Plat. Rep. V. p. 452. E. Symp. p. 189. D. p. 191. D.) et *ἀνθρωπεία φύσις* Thuc. I, 76. II, 50. III, 45. 84. V. Popponem ad Thuc. Part. III. Vol. 1. p. 193. Vol. 2. p. 616. et quem hoc loco Sauppius excitavit Ellendt. ad Arrian. VII, 20. Ex his igitur exemplis luculenter apparet Atticistarum de utraque huius vocabuli forma praeceptum vanum esse. Thomas enim Magister p. 12. ed. Ritsch. haec habet: *Ἀνθρωπεία φύσις, οὐκ ἀνθρωπίνη*: quanquam corrupta esse opinantur. V. Ritschelium. Moeris: *ἀνθρωπεία φύσις, Ἀττικῶς, ὡς Θουκυδίδης· ἀνθρωπίνη, Ἑλληνικῶς.* Quare,

τὸ περὶ τῶν τοιούτων φροντίζειν, ἢ τὰ μὲν ἀνθρώπεια παρέντες, τὰ δαιμόνια δὲ σκοποῦντες, ἡγοῦνται τὰ προς-
13 ήκοντα πράττειν. Ἐθαύμαζε δ', εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν· ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις, ἀλλὰ τοῖς
14 μαινομένοις ὁμοίως διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους. Τῶν τε γὰρ μαινομένων τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι· καὶ τοῖς μὲν

§. 13. *οὐ δυνατόν ἐστιν*] Zeun. *ἐστιν*, ab Euseb. omissum, seclusit.

§. 14. *Τῶν τε γὰρ μαιν.*] Par. A. *τε* omisit. Ed. Par. pro *τε* habet *δέ*. V. adn. — *οὐδ' ἐξιτητέον*] Sic Iunt. Par. Ald. Steph. 2. Bessar. Euseb. et Par. A D E F G pro *οὐκ ἐξ.* — *οὐ-*

quum utra forma recipienda sit una codicum auctoritas decernere possit, reduxi h. l. lectionem *τάνθρώπινα*, etiamsi statim subsequatur forma *ἀνθρώπεια*.

τὰ μὲν ἀνθρώπεια — τὰ δαιμόνια δὲ] Eadem particularum *μὲν — δὲ* collocatio 2, 24. *διὰ μὲν κάλλος — διὰ δύναμιν δέ*. II, 1, 16. III, 9, 8. IV, 5, 11. Non pertinent huc loci, qualis est I, 2, 14: *ἀπ' ἐλαχίστων μὲν χρημάτων αὐταρκέστατα ζῶντα, τῶν ἡδονῶν δὲ πασῶν ἐγκρατέστατον ὄντα*.

§. 13. *Ἐθαύμαζε δ', εἰ μὴ*] De *εἰ* particulae post verba affectuum pro *ὅτι* positae usu v. Frotscher. ad Hieron. I, 6, qui comparat Cicer. de Amicit. XV, 53: Quamquam miror, illa superbia et importunitate si quemquam (fidum amicum) habere potuit. Rost. §. 121. adn. 5. p. 601. Kühner. II. §. 771, 7. (Gr. schol. §. 643, 4.) Cf. infra §. 17. III, 7, 8. 9, 8.

φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι — οὐ δυνατόν ἐστιν] Paullo ante §. 12: *ἐσκόπει, πότερα — ἔρχονται*. I, 2, 29. 50: *πολλάκις ἐσκόπει, τί διαφέρει μανίας ἀμαθία*. II, 7, 12: *διηγεῖτο — ὅτι αἰτιῶνται αὐτόν*. III, 9, 5: *ἔφη — δῆλον εἶναι, ὅτι καὶ δικαιοσύνη — σοφία ἐστί*. IV, 1, 5: *ἐφρένου λέγων, ὅτι μωρὸς μὲν εἴη, εἴ τις οἴεται κτλ*. V. nos in Gr. II. §. 846. (Gr. schol. §. 707.)

μέγιστον φρονοῦντας] *Κατ' ἀναλογίαν τοῦ μέγα φρονεῖν*. Apud poetas nonnunquam neutrum singularis superlativi adverbii loco usurpatum reperitur, ut Eurip. Heracl. 792: *ζῶσιν μέγιστόν γ' εὐκλεεῖς κατὰ στρατόν*. Apud solutae orationis scriptores res dubia est. Nam Cyrop. V, 2, 6. *ὅπως νομίζοι ἀσφαλέστατον*, uti cum praestantissimo Guelf. et Par. A B pro *ἀσφαλέστατα*, quod miror a Borneman no in ed. novissima retentum, legendum est, plane aliam rationem admittit.

ἐπεὶ — δοξάζειν] V. ad §. 8. *ὧν οὐδὲν δῆλον εἶναι*. — De sententia cf. infra IV, 7, 6, ubi eadem uberius exponuntur.

§. 14. *Τῶν τε μαινομένων*] *Τέ* respondet sequenti *τέ* in verbis: *τῶν τε μεριμνώντων*. Apud Xenophontem rarius enuntiationes per *τέ — τέ* iunguntur. Infra 2, 4: *τοῦ σώματος αὐτός τε οὐκ ἠμέλει τούς τ' ἀμελοῦντας οὐκ ἐπῄνει*. 3, 1. II, 1, 9. 2, 5. IV, 2, 28. Anab. IV, 5, 12. Cf. Rost. §. 134. p. 692. Kühner. II. §. 722, 3. (Gr. schol. §. 611, 1.)

οὐδ' ἐν ὄχλῳ δοκεῖν αἰσχρὸν εἶναι λέγειν ἢ ποιεῖν ὁτιοῦν, τοῖς δὲ οὐδ' ἐξιτητέον εἰς ἀνθρώπους εἶναι δοκεῖν· καὶ τοὺς μὲν οὔθ' ἱερὸν οὔτε βωμὸν οὔτ' ἄλλο τῶν θείων οὐδὲν τιμᾶν, τοὺς δὲ καὶ λίθους καὶ ξύλα τὰ τυχόντα καὶ θηρία σέβεσθαι· τῶν τε περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων τοῖς μὲν δοκεῖν ἓν μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δ' ἄπειρα τὸ πλῆθος· καὶ τοῖς μὲν ἀεὶ κινεῖσθαι πάντα, τοῖς δ' οὐδὲν ἄν ποτε κινηθῆναι· καὶ τοῖς μὲν πάντα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι, τοῖς

δὲν τιμᾶν] Sic Iunt. Par. Ald. Steph. 2., Stob., Euseb., liber Vindob. pro *οὐδὲ τ.* — *ξύλα τὰ τυχόντα*] Flor. A.: *καὶ τὰ τυχόντα θηρία.* Hindenb. coni.: *καὶ θηρία τὰ τυχόντα.* — *τῶν τε περὶ* — usque ad *κινεῖσθαι πάντα* om. F. — *τοῖς δ' οὐδὲν ἄν ποτε*] Par. A. B. C. D.: *τοῖς δ' οὐδ' ἄν ποτε.*

καὶ λίθους καὶ ξύλα τὰ τυχόντα] Statuas lapideas et ligneas intelligi a Socrate opinatur Schneiderus, sed recte contra monet Bornemannus huic opinioni adversari additum *τὰ τυχόντα* (quaelibet): quod etiam ad vocabulum *λίθους* pertinet. Loquitur enim de Fetischismo, quem vocant.

μεριμνώντων] Eleganter et gravius etiam, quam antecedens *φροντίζοντες*, dictum de iis, qui res obscuras et reconditas perscrutari et investigare student. V. ad §. 13.

Ἓν μόνον τὸ ὂν εἶναι] Multi philosophi, ut Thales, Pythagoras, Empedocles, Xenophanes, Parmenides, Melissus, Heraclitus, Anaxagoras, *ἕνα τὸν κόσμον* esse statuerunt. V. Stob. Ecl. phys. I, 23. p. 496. Xenophanis, eleaticae scholae auctoris, sententiam *ἓν εἶναι τὰ πάντα καλούμενα* Plato quum aliis locis, ut in Sophist. p. 242. D., attigit, tum in Parmenide explicavit. V. Sext. Emp. P. H. I, 33. (225. p. 59. Fabric.), Simplic. in Aristot. Phys. I. p. 5. Cicer. Acad. II, 37, 118., ubi cf. Davisium et Hülsemannum.

ἄπειρα τὸ πλῆθος] Intelligendi videntur Leucippus, atomorum doctrinae auctor (c. 500 a. Chr.), eiusque discipulus Democritus, qui doctoris sui decreta ulterius persequutus est. V. Creuzerum ad Cicer. N. D. I, 24.

ἀεὶ κινεῖσθαι πάντα] Stobaeus Ecl. Phys. I, 20. p. 396: *Ἡράκλειτος ἠρεμίαν μὲν καὶ στάσιν ἐκ τῶν ὅλων ἀνήρει, κίνησιν δὲ τοῖς πᾶσιν ἀπεδίδου.* Heraclitus Ephesius, *σκοτεινὸς* cognominatus (c. 500 a. Chr.), statuebat omnia perpetuae mutationi et vicissitudini, quam *τὴν τῶν πάντων ῥοήν* appellabat, esse obnoxia, eamque esse vitam. V. Plutarch. decret. I, 23. Plat. Cratyl. p. 402. A: *λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει.*

οὐδὲν ἄν ποτε κινηθῆναι] quam sententiam amplexatus est Zeno Eleates (c. 460 a. Chr.). V. Aristot. Phys. VI, 9.

τοῖς μὲν πάντα γίγνεσθαι — ἀπολεῖσθαι] V. Stobaeus Ecl. Phys. I, 21. p. 412. 414. E Leucippi sententia per atomorum *σύγκρισιν καὶ διάκρισιν* corpora oriuntur et intercidunt: ad hanc referri possunt verba: *πάντα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι.* Sequens sen-

15 δὲ οὔτ' ἂν γενέσθαι ποτὲ οὐδὲν οὔτ' ἀπολεῖσθαι. Ἐσκόπει δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τάδε· ἆρ', ὥσπερ οἱ τἀνθρώπεια μανθάνοντες ἡγοῦνται τοῦθ', ὅ τι ἂν μάθωσιν, ἑαυτοῖς τε καὶ τῶν ἄλλων ὅτῳ ἂν βούλωνται ποιήσειν, οὕτω καὶ οἱ τὰ θεῖα ζητοῦντες νομίζουσιν, ἐπειδὰν γνῶσιν, αἷς ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται, ποιήσειν, ὅταν βούλωνται, καὶ ἀνέμους καὶ ὕδατα καὶ ὥρας καὶ ὅτου δ' ἂν ἄλλου δέωνται τῶν τοιούτων, ἢ τοιοῦτο μὲν οὐδὲν οὐδ' ἐλπίζουσιν, ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς γνῶναι μόνον, ἧ
16 τῶν τοιούτων ἕκαστα γίγνεται; Περὶ μὲν οὖν τῶν ταῦτα πραγματευομένων τοιαῦτα ἔλεγεν· αὐτὸς δὲ περὶ

ἀπολεῖσθαι] Ex Iunt. Ald. Basil. 1. 2. Leuncl. Voss. 2. Vindob. utroque, ed. Par. et Paris. octo libris Steph. in ed. II. correxit ἀπολέσθαι, quod habent etiam Euseb. et Stob.

§. 15. οὐδ' ἐλπίζουσιν] Par. C. F. omitt. οὐδ'.

tentia referri potest ad Zenonem Eleatem. — Ceterum infinitivus cum ἄν coniunctus significat h. l. et paullo ante κινηθῆναι ἄν, ut in oratione recta optativus cum ἄν, aliquid, quod fieri potest, conditione, ad quam ἄν referenda est, suppressa. Cf. §. 16. ἡγεῖτο — ἀνδραποδώδεις ἂν δικαίως κεκλῆσθαι.

§. 15. καὶ ὅτου δ' ἄν] De particulis καὶ — δέ v. adnotata in §. 3. κἀκεῖνος δέ.

§. 16. περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἂν ἀεὶ διελέγετο] Sic edd. pr. cum Par. G. H. Particulam ἄν, quam cum Eusebii libris ed. Paris. et Stephan. omiserunt, exterminavit Schneiderus. At vix intelligi potest, quomodo hoc ἄν, nisi a Xenophontis manu profectum esset, inferri potuisset, quum contra sponte appareat per librariorum ignorantiam id facile deleri potuisse. Pervagatus est usus particulae ἄν indicativo praeteritorum adiunctae, quo significatur rem aliquam non semel, sed saepius factam esse, quotiescunque occasio ferret, ut recte explicat Hermannus ad Viger. p. 820. V. eundem de partic. ἄν I, 1, 7. Infra IV, 6, 13: εἰ δέ τις αὐτῷ περὶ τοῦ ἀντιλέγοι —, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα τὸν λόγον. Ibid. 1, 2: πολλάκις γὰρ ἔφη — ἄν τινος ἐρᾶν. V. Krüger. ad Anab. I, 5, 2. Rost. §. 120. p. 586 sq. Kühner. II. §. 454. p. 93. §. 809. adn. §. 819. (Gr. schol. §. 681. c.) — Ceterum haec particula sedem suam occupavit post τῶν ἀνθρωπείων, quia in hac voce maximum sententiae pondus positum est. V. nos in Gr. T. II. §. 457. (Gr. schol. §. 396. 2.)

τί ἀνδρεία, τί δειλία] Pro ἀνδρεία, repugnantibus libris, Stephanus et Zeunius scripserunt ἀνδρία, quod ab hoc loco abhorret. Ἀνδρία enim ducitur a voce ἀνήρ, respondetque plane latino nomini virtutis, quae, ut Cicero in Tusc. II, 18, 43. dicit, appellata est ex viro; viri autem propria maxime est fortitudo. Ἀνδρία igitur e mente philosophorum est scientia rerum perferendarum. V. infra IV, 6, 10. (ubi ἀνδρία scribendum) et Cicer. Tusc. IV, 24, 53. Ἀνδρεία autem ducitur ab adiectivo ἀνδρεῖος, respondetque latino nomini virilitatis, quod de-

τῶν ἀνθρωπείων ἂν ἀεὶ διελέγετο, σκοπῶν, τί εὐσεβές, τί ἀσεβές· τί καλόν, τί αἰσχρόν· τί δίκαιον, τί ἄδικον· τί σωφροσύνη, τί μανία· τί ἀνδρεία, τί δειλία· τί πόλις, τί πολιτικός· τί ἀρχὴ ἀνθρώπων, τί ἀρχικὸς ἀνθρώπων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἃ τοὺς μὲν εἰδότας ἡγεῖτο καλοὺς κἀγαθοὺς εἶναι, τοὺς δ' ἀγνοοῦντας ἀνδραποδώδεις ἂν δικαίως κεκλῆσθαι.

"Οσα μὲν οὖν μὴ φανερὸς ἦν ὅπως ἐγίγνωσκεν, 17
οὐδὲν θαυμαστὸν ὑπὲρ τούτων περὶ αὐτοῦ παραγνῶναι τοὺς δικαστάς· ὅσα δὲ πάντες ἤδεσαν, οὐ θαυμαστόν, εἰ μὴ τούτων ἐνεθυμήθησαν; Βουλεύσας γάρ 18

§. 16. ἂν ἀεὶ] V. adn. — ἀνδρεία] Alii ἀνδρία. V. adn.
§. 17. οὐ θαυμαστόν] Sic edd. pr. et Paris. C. D. E. F. G. H. L. — Bessario, ed. Par. et Steph. omis. οὐ. Male. Est enim interrogatio. — εἰ μὴ] Voss. 1. εἰ μηδέν.

scendit ab adiectivo virilis. Hinc recte h. l. ἀνδρεία opponitur voci δειλίας. V. Sauppium ad h. l., ad Hipparch. IV, 13. et in Quaest. Xen. I, 11 sq. Plato utraque quidem forma utitur, sed, ut videtur, sine sententiae discrimine. Cf. de Rep. IV. p. 430. B. C. Scriptura autem δειλεία pro δειλία in Iunt. Ald. et G. reperta absurda est; certe δείλεια, ut βοήθεια, dicendum fuerat.

καλοὺς κἀγαθοὺς — ἀνδραποδώδεις] Καλὸς κἀγαθὸς dicitur h. l. is, qui omnes virtutis numeros explet, qui non solum egregiis animi ingeniique facultatibus instructus est, sed etiam animi virtutes in omnibus vitae institutis actionibusque exhibet, ut vita et mores amice inter se conspirent. Proprie autem sic appellabatur vir nobili loco natus et ingenue liberaliterque institutus (ὁ εὐγενὴς καὶ γενναῖος), cuius tam corporis vires, quam animi facultates pari modo excultae erant. Talis vir opponitur τῷ ἀνδραποδώδει, qui omni liberali corporis animique institutione carebat. (Cf. infra I, 2, 29: φάσκων ἀνελεύθερόν τε εἶναι καὶ οὐ πρέπον ἀνδρὶ καλῷ κἀγαθῷ.) Apte igitur h. l. οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ opponuntur τοῖς ἀνδραποδώδεσιν. Cf. infra IV, 2, 39. Plat. Theag. p. 130. B: οὐκ ἤδειν, πρὶν σοὶ ξυγγενέσθαι, οἷον ἦν ἀνδράποδον. Phaedr. p. 258. E. 259. A. V. Welcker. Proleg. ad Theogn. p. XXIV sqq. et Iacobsium in Socr. p. 11.

§. 17. "Οσα — μὴ φανερὸς ἦν ὅπως ἐγίγνωσκεν] Infra 2, 19: ἐγὼ δὲ περὶ τούτων οὐχ οὕτω γιγνώσκω (iudico). — Negatio μή posita est propter vim conditionalem, quae latet in enuntiatione relativa: εἰ μή τινα φ. ἦν ὅ. ἴγ. — Mox ὑπὲρ τούτων propter περὶ αὐτοῦ dictum est pro vulgari περί. — De οὐ θαυμαστόν, εἰ μή v. adnotata in §. 13.

τούτων ἐνεθυμήθησαν] Verbum ἐνθυμεῖσθαι cum genitivo rei vel cum praepositione περί et genitivo rei constructum significat cogitare vel secum reputare de aliquare, cum accusativo autem constructum habet vim transitivam: expendere aliquid animo. Ceterum rarior est structura genitivi rei. Infra II, 1, 34. de Venat. VIII, 6. τῆς ὥρας ἐνθυμούμενον. IX, 4. Antiphont. V. p. 130.

ποτε καὶ τὸν βουλευτικὸν ὅρκον ὀμόσας, ἐν ᾧ ἦν κατὰ τοὺς νόμους βουλεύσειν, ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ γενόμενος, ἐπιθυμήσαντος τοῦ δήμου παρὰ τοὺς νόμους ἐννέα στρατηγοὺς μιᾷ ψήφῳ τοὺς ἀμφὶ Θράσυλλον καὶ Ἐρασινίδην ἀποκτεῖναι πάντας, οὐκ ἠθέλησεν ἐπιψηφίσαι, ὀργιζομένου μὲν αὐτῷ τοῦ δήμου, πολλῶν

§. 18. *τοὺς ἀμφὶ Θράσυλλον καὶ Ἐρασ.*] Fuerunt qui haec verba tanquam ab interprete addita damnarent. At acute contra monet Born., si Xen. notos tum vulgo duces significare voluisset, neque eos nominare, scriptum oportuisse *τοὺς ἐννέα στρατηγούς*. Cf. adn. Pro *Θράσυλλον* Steph. et Schneid. scripserunt *Θράσυλον*: quod, uti Born. docet, reiiciunt Bast. ep. cr. p. 243. et Osann. Syllog. Inscr. p. 144. not.

§. 19. *οἴονται τοὺς θεοὺς*] H. *οἴονται θεούς*. — *τὰ*

VI, §. 20. *ἐνθυμηθῆναι τῆς γνώμης τῶν ἀντιδίκων*. V. Maetznerum ad Antiph. p. 203. Structura accusativi nihil frequentius. Infra IV, 5, 9. V. I. Strangium in Lips. Diar. 1835. p. 564 sq. Ab his structuris denique discernenda est ea, qua cum hoc verbo genitivus personae, in qua quid consideratur, et accusativus rei vel enuntiatio secundaria, quae quasi vices accusativi rei consideratae sustinet, coniunguntur, ut III, 6, 16: *ἐνθυμοῦ δὲ τῶν ἄλλων — πότερά σοι δοκοῦσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπαίνου μᾶλλον ἢ ψόγου τυγχάνειν*; At de §. 17. *ἐνθυμοῦ δὲ καὶ τῶν εἰδότων ὅ τι τε λέγουσιν* v. adnotata. Quam structuram supra ad §. 12. attigimus.

§. 18. *Βουλεύσας*] Observandus hic usus aoristi. *Βουλεύσας* significat senator factus. (Infra I, 2, 35. *βουλεύειν*, senatorem esse, legitur, et II, 2, 13. *ἄρχειν*, archontem esse.) Pari modo dicitur infra II, 6, 25. *ἄρξας*, magistratus factus, III, 5, 1. *σοῦ στρατηγήσαντος*, te duce facto, *βασιλεύσας*, rex factus, *ταμιεύσας*, quaestor factus, similia. V. G. H. Schaefer. ad Demosth. in appar. T. III. p. 457. Sic inter se differunt *ἰσχύων*, potens et *ἰσχύσας*, potens factus (Thuc. I, 3. et 9.), *ἀσθενῶν* et *ἀσθενήσας*, qui incidit in morbum (Cyrop. I, 4, 2.), *δυνάμενος*, potens (Lysias c. Andoc. 248.), et *δυνηθείς*, potentiam nactus (Pausan. VII, 1, 235.). V. A. Lobeck. ad Phrynich. p. 197. E. Chr. Schneider. ad Plat. Civ. T. II. p. 109. Popponem ad Thuc. Part. III. Vol. 1. p. 51. Haasium ad Xen. de Rep. Lac. VI, 3. p. 138. De re cf. Plat. Apol. p. 32. B. ibique Stallb. *Βουλή* vel senatus Atheniensium continebatur quingentis civibus e decem phylis lectis: hi quingenti secundum decem phylas divisi erant in decem prytanias, quarum singulae per 35 vel 36 dies civitati praeerant. Ex his prytanibus sorte legebantur singulis hebdomadibus decem *πρόεδροι*, qui senatui praesiderent, quorum princeps *ἐπιστάτης* dicebatur. V. G. F. Schoemann. de Comit. Athen. c. VII. p. 83 sqq. et K. F. Hermann. Lehrb. d. gr. Staatsalterth. §. 127.

ὅρκον ὀμόσας — ἐπιστάτης γενόμενος] Participia *ἀσυνδέτως* semper adiunguntur, ubi vel ea ipsa mutua temporis vel causae ratione inter se referuntur, uti h. l., vel eorum ratio diversa est. Cf. I, 2, 22. II, 2, 5. III, 13, 5. Cf. Born. ad Anab. III, 1, 13. Haasium ad Rep.

δὲ καὶ δυνατῶν ἀπειλούντων, ἀλλὰ περὶ πλείονος ἐποιήσατο εὐορκεῖν ἢ χαρίσασθαι τῷ δήμῳ παρὰ τὸ δίκαιον καὶ φυλάξασθαι τοὺς ἀπειλοῦντας. Καὶ γὰρ ἐπιμελεῖσθαι θεοὺς ἐνόμιζεν ἀνθρώπων, οὐχ ὃν τρόπον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν· οὗτοι μὲν γὰρ οἴονται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν εἰδέναι, τὰ δ' οὐκ εἰδέναι· Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο 19

μὲν] Has voculas K. ante οἴονται inserit: quod cur probet Born., nescio. — Σ. δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο] F. Σ. δ' ἡγεῖτο πάντα μέν: quod recepit Schneid. Mox pro θεοὺς εἰδέναι Schneid. e scriptura Paris. A. ἡγεῖσθαι τοὺς θεούς receptum velit articulum τούς. Quanquam notum est nomen θεός ex iis esse, quae plerumque siue articulo usurpantur (v. nos in Gr. II. §. 484. not.), tamen h. l. omissio articuli offensioni debet esse, quod modo antecessit τοὺς θεοὺς τὰ μὲν εἰδέναι.

Lac. VI, 4. p. 141. Stallbaum. ad Euthyphr. p. 127. ad Phaedr. p. 9. ad Phileb. p. 53. Cf. nostr. Gr. T. II. §. 676. 2. Idem statuendum est, ubi genitivi qui dicuntur absoluti ἀσυνδέτως adiunguntur, uti paullo post: ἐπιθυμήσαντος τοῦ δήμου — ὀργιζομένου τοῦ δήμου, quae sic resolvas: quum populus cuperet, licet populus succenseret. Contra ubi participiorum ratio eadem est, coniunguntur particulis καί, τε — καί, δέ, uti βουλεύσας καὶ ὁμόσας, idque vel tum fit, quum participium simplex et genitivi qui dicuntur absoluti iunguntur, ut infra I, 2, 25: τοιούτων δὲ συμβάντων αὐτοῖν καὶ ὠγκωμένω — ἐπὶ γένει, quum talia iis accidissent, et (quum) generis nobilitate inflati essent: ubi Sauppius apte comparat Thuc. I, 65: Ἀριστεὺς δὲ ἀποτειχισθείσης τῆς Ποτιδαίας καὶ ἐλπίδα οὐδεμίαν ἔχων σωτηρίας ξυνεβούλευε κ. τ. λ. Adde Anabas. I, 10, 6: παρασκευάζονται ὡς ταύτῃ προσιόντος καὶ δεξόμενοι: ubi plura contulit Krügerus. E Thucydide aliisque scriptoribus largam exemplorum copiam congessit Poppo ad Thuc. III, 84, 2. (Part. III. Vol. 2. p. 334 sq.)

ἐννέα στρατηγούς] Anno 406 a. Chr. Athenienses pugna navali ad Arginussas insulas, inter Lesbum et Aeolidem sitas, Lacedaemonios splendide devicerant ducibus novem praetoribus. Post pugnam finitam tempestas cooritur, qua Atheniensium duces impediebantur, quominus caesos suos sepeliri curarent. Qua de re publice accusantur capitisque damnantur. V. Xenoph. Hellen. I, 6, 28 sqq. 7, 1 sqq. Commentar. IV, 4, 2. Plat. Apol. p. 32. Diod. Sic. XIII. p. 620 sq. — μιᾷ ψήφῳ, quod fiebat contra leges, quae κρίνειν δίχα ἕκαστον, i. e. de singulis seorsum sententiam ferri iubebant. Hellen. I, 7, 37.

μιᾷ ψήφῳ] Haec verba post v. ἐννέα στρατηγούς collocata sunt, quo clarius appareret vis oppositionis. V. nos in Gr. T. II. §. 865. 2. (Gr. schol. §. 716. 4.)

τοὺς ἀμφὶ Θράσυλλον καὶ Ἐρασινίδην] H. e. Thrasyllum et Erasinidem cum reliquis praetoribus. V. Rost. §. 98. n. 10. p. 446. Kühner. T. II. §. 474. d. p. 119. — Thrasyllus et Erasinides nominatim commemorantur, quia Erasinides censuerat ἐπὶ τοὺς ἐς Μιτυλήνην πολεμίους τὴν ταχίστην πλεῖν ἅπαντας, Thrasyllus τὰς μὲν ναῦς καταλιπεῖν (sc. ad sepeliendos caesos), ταῖς δὲ ἐπὶ τοὺς πολεμίους πλεῖν, Xen. Hellen. I, 7, 31 sq.

§. 19. τὰ μὲν εἰδέναι] Fu-

θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα, πανταχοῦ δὲ παρεῖναι, καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων.

20 Θαυμάζω οὖν, ὅπως ποτὲ ἐπείσθησαν Ἀθηναῖοι Σωκράτην περὶ τοὺς θεοὺς μὴ σωφρονεῖν, τὸν ἀσεβὲς μὲν οὐδέν ποτε περὶ τοὺς θεοὺς οὔτ' εἰπόντα οὔτε πράξαντα, τοιαῦτα δὲ καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα περὶ θεῶν, οἷά τις ἂν καὶ λέγων καὶ πράττων εἴη τε καὶ νομίζοιτο εὐσεβέστατος.

§. 20. *οὐδέν ποτε*] Sic ed. Par. codd. Par. A C D M K. Steph. — Ceterae edd. et B. codd. Voss. et Vind. *οὐδέποτε*. — F. *οὐδέποτε περὶ θεούς*. — *τοιαῦτα δὲ*] F. omitt. *δέ*.

erunt vel philosophi, qui deos non omnia persequi, sed maiora curare, minora negligere censerent. V. Cicer. N. D. II, 66 (ubi v. Davisium). III, 35. et 39.

τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα] Ubi plura nomina per *καί* vel *τὲ — καί* iuncta tam arcte cohaerent, ut quasi in unam notionem coalescant, non repetito articulo copulari solent. Infra II, 1, 20: *αἱ ῥᾳδιουργίαι καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναί*. Ibid.: *αἱ ἐπιμέλειαι τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν ἔργων*. II, 2, 5: *τά τε συμφέροντα καὶ κεχαρισμένα*. 4, 6: *τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν κοινῶν πράξεων*, ubi v. adnot. Venat. V, 24: *αἵ τ' ἔρημοι καὶ οἰκούμεναι*, ubi v. Sauppium. Anab. VII, 3, 21: *οἱ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοί*. Contra in sequentibus verbis *καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα* articulus repetitus est, quia hoc membrum antecedenti oppositum est. Infra III, 10, 5: *τὸ μεγαλοπρεπές τε καὶ ἐλευθέριον καὶ τὸ ταπεινόν τε καὶ ἀνελεύθερον*. Hipparch. I, 19: *ἀγωνίζεσθαι — περί τε τῆς πόλεως καὶ περὶ εὐκλείας καὶ περὶ τῆς ψυχῆς*, ubi priora unam quasi notionem: civitatis gloriam, designant. Omnino ubi singula membra, tanquam per se spectanda, copulantur, in singulis articulus repetitur. V. Sauppium ad h. l. C. G. Krüger. ad Anab. II, 1, 7. Haackium ad Thuc. I, 71. Bornem. ad Anab. VII, 7, 36. p. 547. De sententia cf. I, 4, 18. Sympos. IV, 48, ubi v. Herbstium p. 93.

§. 20. *Θαυμάζω οὖν, ὅπως ποτὲ ἐπείσθησαν*] miror igitur, qui tandem factum sit, ut. Infra III, 5, 13: *καὶ θαυμάζω γε —, ἡ πόλις ὅπως ποτ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἔκλινεν*. Cf. adnotata in I, 1, 1.

οὐδέν — οὔτ' εἰπόντα οὔτε πράξαντα] Paullo ante usus est negatione *μή* (*μὴ σωφρονεῖν*), quia sententia ex mente Atheniensium profertur, dein autem negatione *οὔ*, quia Xenophon suum ipse de Socratis moribus expromit iudicium.

περὶ τοὺς θεοὺς] *Σωφρονεῖν περὶ τοὺς θεούς* est recte sentire ratione habita deorum. Neque aliter dictum est, quod sequitur: *ἀσεβὲς μὲν οὐδὲν ποτε περὶ τοὺς θεοὺς οὔτ' εἰπόντα οὔτε πράξαντα*. Cf. Plat. Phaedon. p. 109. B. Quod autem mox sequitur *τοιαῦτα δὲ καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα περὶ θεῶν*, i. e. de diis, nec in eo offensionis quicquam est. Saepe enim vel post brevissimam verborum intercapedinem scriptores praepositionis structuram variant. Aeschin. Timarch. §. 52. (Bremi): *περὶ τῶν ἀναθημάτων ἀκούω λόγους λεγο-*

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Iam alteri crimini, Socrati ab accusatoribus obiecto, quod iuventutem corrupisset, his rationibus argumentisque occurritur:

1) Socrates adolescentes ab impietate, legum contemtu, intemperantia et mollitie avocavit, quum virtutis iis amorem inspiravit spemque excitavit, si eam colerent, bonos se probosque futuros esse. Atque eius doctrina eo maiorem in adolescentium animos habuit vim, quod ipse quas eos colere et exercere voluit virtutum perfectissimum specimen erat (§. 3—8).

2) Neque sermonibus suis adolescentes incitavit, ut constitutam rei publicae formam contemnerent legibusque receptis per vim reniterentur. Nam quum eos prudentia et sapientia repleret, hac eorum animos imbuit sententia, ut ad assequendum aliquod consilium non vim adhibendam, sed persuadendum esse hominibus existimarent (§. 9 — 11). Nec quae Alcibiades et Critias intemperantia sua rei publicae intulerunt detrimenta Socratis culpae tribui possunt. Nam hi non illius vitam et mores imitandi cupiditate agitati ad eius consuetudinem se contulerunt, sed quia ex ea dicendi et rerum gerendarum peritiam percepturos se esse sperabant. Neque intemperanter sese gesserunt, quamdiu Socratis consuetudine utebantur, sed tum demum, postquam magistri sui disciplinam deseruerunt (§. 12 — 18). Virtus autem, nisi semper exercetur, debilitatur tandemque plane opprimitur (§. 19 — 23). Ab aliis potius hominibus illorum mores corrupti sunt (§. 24 — 28), non a Socrate, qui nihil intermisit, quo eos ab omni turpitudine et intemperantia avocaret. Quocirca, quum nullo alio consilio ad Socratis disciplinam sese applicassent, nisi ut ex ea quasi quoddam instrumentum sibi pararent, quo postea in gerenda re publica excellenter versari possent, paullo post Socratis severitate offensi eum de-

μένους, dein ibid.: περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ τὸν λόγον καὶ τὰς πράξεις ἀψευδής τις — πλανᾶται φήμη κατὰ τὴν πόλιν. Saepe utriusque praepositionis περί structurae discrimen tam tenue est, ut non mirere vel idem verbum eadem fere sententiâ modo cum περί et gen., modo cum περί et acc. construi (ùt locis dictis, quibus adde quos Fischerus ad Plat. Phaed. §. 11. p. 276. contulit: Plat. Euthyphr. p. 3. B. καινοτομεῖν περὶ τὰ θεῖα, p. 5. A. καινοτομεῖν περὶ τῶν θείων), vel saepe accusativum legi, ubi genitivum exspectes, ut locis supra allatis, genitivum contra, ubi accusativum, ut Plat. Menon. p. 90. B. V. Bornem. et Sauppium ad h. l. Strangium in Lips. Diar. Suppl. 1835. p. 598 sq. Stallbaum. ad Plat. de Rep. VII. p. 538. D. ad Phaedr. p. 98. B. et nos in Gr. T. II. §. 624. p. 319.

seruerunt. At vero ii adolescentes, qui vero sapientiae studio ducti totos se penitusque Socrati tradiderunt, omnes per eius disciplinam boni probique facti sunt (§. 28—48).

3) Quod porro accusatores dicunt, Socratem impietatis in parentes, propinquos, amicos sensum adolescentium animis inspiravisse, id totum inanibus et falsis argumentis nititur (§. 49—55).

4) Absurdum denique est, quod accusatores Socrati obiiciunt eum improbis nobilissimorum poetarum versibus tanquam testimoniis usum malivolentiam adolescentes docuisse et tyrannidem (§. 56—60). Immo tam benevolus semper erat, tam popularis, tam humanus et ab omni lucri et quaestus e doctrina sua faciendi studio alienus, ut nihil prius atque antiquius haberet, quam ut, quantum posset, hominum salutem adiuvaret et promoveret (§. 61).

Quae quum ita sint, dignus profecto censendus fuit, qui summis praemiis potius a civitate quam supplicio afficeretur (§. 62—64).

Θαυμαστὸν δὲ φαίνεταί μοι καὶ τὸ πεισθῆναί τινας, ὡς Σωκράτης τοὺς νέους διέφθειρεν, ὃς πρὸς τοῖς εἰρημένοις πρῶτον μὲν ἀφροδισίων καὶ γαστρὸς πάντων ἀνθρώπων ἐγκρατέστατος ἦν, εἶτα πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος καὶ πάντας πόνους καρτερικώτατος, ἔτι δὲ πρὸς τὸ μετρίων δεῖσθαι πεπαιδευμένος οὕτως, ὥστε πάνυ μικρὰ κεκτημένος πάνυ ῥᾳδίως ἔχειν ἀρ-

Cap. II. §. 1. *ὃς πρὸς τοῖς εἰρημένοις*] Cod. Guelf. habet: *ὃς καὶ πρὸς τ. εἰρ.* — *ἔτι δέ*] Ed. Paris. *ἔτι δὲ καί*: quod probat Heind. coll. Cyrop. I, 4, 3. Oecon. II, 5. — *πρὸς τὸ*] Sic Ald. Castal. Par. Steph. codd. Paris. A B D E F. — Edd. pr. (Iunt.) *πρὸς τῶν μετρίων.* — Leuncl. Wels. *πρὸς τῷ.* — Paris. G. *πρὸς τῶν τό*: unde Heind. coni. *πρὸς τὸ τῶν*, coll. II, 6, 22: *τὰ μέτρια κεκτῆσθαι*, neque aliter de Rep. Lac. XIV, 2. At Cyrop. V, 5, 32. *μηδὲ μετρίοις ἔχοις χρῆσθαι.*

Cap. II. §. 1. *τοὺς νέους διέφθειρεν*] De hoc argumento v. Apol. §. 19 sqq.

ἀφροδισίων καὶ γαστρὸς] Haec vocabula, articulo destituta, habent vim verborum: res venereas exercendi et edendi potandique.

εἶτα] post *πρῶτον μέν* pro *εἶτα δέ*. Infra I, 4, 11: *πρῶτον μέν — ἔπειτα*. I, 7, 2. III, 6, 2. 9: *πρῶτον μέν — εἶτα*. et saepe. V. Rost. Gr. §. 134. p. 703. Kühner. T. II. §. 734, 1. (Gr. schol. §. 617, 4.) Ceterum de insigni qua Socrates excelluit algoris et caloris patientia v. quae praeclare de eo narrat Plato in Symp. p. 220. B. Cf. infra I, 6, 2. 3.

ὥστε — κεκτημένος — ἔχειν] V. ad II, 7, 2. De nominativo *κεκτημένος* per attractionem posito v. Rost. §. 127. p. 661. Kühner. T. II. §. 825. not. 5. (Gr. schol. §. 686. not.) Cf. §. 7. III, 3, 1. 9, 7. 11, 8. 14:

κοῦντα. Πῶς οὖν, αὐτὸς ὢν τοιοῦτος, ἄλλους ἂν ἢ 2
ἀσεβεῖς ἢ παρανόμους ἢ λίχνους ἢ ἀφροδισίων ἀκρατεῖς ἢ πρὸς τὸ πονεῖν μαλακοὺς ἐποίησεν; Ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλοὺς ἀρετῆς ποιήσας ἐπιθυμεῖν καὶ ἐλπίδας παρασχών, ἂν ἑαυτῶν ἐπιμελῶνται, καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἔσεσθαι. Καίτοι γε οὐδεπώποτε ὑπέσχετο 3
διδάσκαλος εἶναι τούτου· ἀλλὰ τῷ φανερὸς εἶναι τοι-

§. 2. καὶ ἀγαθοὺς] F. κἀγαθ.: quod recepit Born.
§. 3. οὐδεπώποτε] Iunt. Ald. E.: οὐδέπω πώποτε. Siebelis coniec.: οὐδενὶ πώποτε.

τῷ φαίνεσθαι βουλομένη. I, 2, 55. II, 1, 15: διὰ τὸ ἐρωτικὸς εἶναι. De Socratis frugalitate cf. infra I, 3, 5. Oecon. II, 3. Socrates dicit, τὰ ἑαυτοῦ κτήματα (τὴν οἰκίαν καὶ τὰ ὄντα πάντα), εἰ ἀγαθοῦ ὠνητοῦ ἐπιτύχοι, εὑρεῖν ἂν πέντε μνᾶς. Cicer. Tuscul. V, 34, 97.

§. 2. Ἀλλ' ἔπαυσε μὲν] Particula μέν refertur ad sequentia verba §. 3: καίτοι γε οὐδεπώποτε ὑπέσχετο διδάσκαλος εἶναι τούτου: quae licet verba ἀλλὰ — ἐποίει negationi praegressae opposita habeant, tamen et ipsa opposita sunt antecedentibus. Avocavit quidem (profecto) Socrates a vitiis multos, qui eius consuetudine utebantur, neque tamen unquam se hoc profiteri velle pollicebatur. Ceterum de illo μέν, quod dicitur, solitario v. ad I, 1, 1. Infra 5, 5: ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. — Ἀλλά refertur ad negationem, quae in praegressa enuntiatione interrogativa latet. Cf. §. 27. II, 6, 21, ubi etiam post similem interrogationem pergitur: Ἀλλ' ἔχει μέν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ποικίλως πως ταῦτα. Anab. IV, 6, 19. Hellen. VII, 4, 25. Cf. Krüger. ad Anab. II, 1, 10.

ἂν — ἐπιμελῶνται] Post praeteritum pro εἰ ἐπιμελοῖντο, enuntiatione secundaria, ut saepissime fit, quasi formam orationis rectae induente, ita quidem, ut praeteriti temporis cogitatio tanquam praesens efferatur. Infra I, 2, 55. 59. III, 2, 4: κατέλειπε δὲ τὸ εὐδαίμονας ποιεῖν, ὧν ἂν ἡγῆται, pro ὧν ἡγοῖτο. 9, 5. IV, 2, 3.

§. 3. Καίτοι γε] Quanquam quidem. Particulae γέ et quidem confirmant intenduntque oppositionem, ita quidem, ut antecedentia simul accuratius definiantur, restringantur vel corrigantur. Allerdings that er diefs, wiewol u. s. w. Cf. IV, 2, 7. Cyrop. III, 1, 38. Cicer. de Legg. II, 6, 14: de eius legis laude dicam: quod idem et Zaleucum et Charondam fuisse video: quanquam quidem illi non studii et delectationis, sed reipublicae causa leges civitatibus suis conscripserunt. Ubi particula γέ non vocabulo καίτοι, sed alii subiecta est, non ad totam enuntiationem, sed tantum ad id vocabulum, quod subsequitur, pertinet, ut infra I, 6, 11. II, 3, 15. III, 12, 7. IV, 7, 5: καίτοι οὐδὲ τούτων γε ἀνήκοος ἦν. 8, 2. Anab. I, 4, 8. V, 7, 10. V. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 411. Krüger. ad Xen. Anab. VII, 7, 41. p. 437. cf. nos in Gr. gr. T. II. §. 704, 2. p. 400. et ad Cic. Tusc. III, 34, 84.

τῷ φανερὸς εἶναι] De attractione v. ad §. 1.

οὗτος ὢν ἐλπίζειν ἐποίει τοὺς συνδιατρίβοντας ἑαυτῷ
4 μιμουμένους ἐκεῖνον τοιούσδε γενήσεσθαι. Ἀλλὰ μὴν
καὶ τοῦ σώματος αὐτός τε οὐκ ἠμέλει τούς τ' ἀμε-
λοῦντας οὐκ ἐπῄνει. Τὸ μὲν οὖν ὑπερεσθίοντα ὑπερ-

ἑαυτῷ] ACDMK: αὐτῷ. Cf. adn. — τοιούσδε] F. τοιούτους. V. adn.

§. 4. ὅσα γ' ἠδ.] Sic Zeun. c. ed. Par. et Voss. 1. Y. —

συνδιατρίβοντας ἑαυτῷ] E mente Socratis dictum, συνδιατρίβοντας αὐτῷ e mente scriptoris, ut mox μιμουμένους ἐκεῖνον. V. adnotata in I, 2, 49. De sententia cf. Platon. Apolog. p. 33. A: ἐγὼ δὲ διδάσκαλος μὲν οὐδενὸς πώποτ' ἐγενόμην κτλ. Hinc Socrates nusquam eos, qui eius disciplina utebantur, vocat μαθητάς, sed συνόντας, συνδιατρίβοντας, γνωρίμους, ἐπιτηδείους, uti bene observavit Weiskius; cf. I, 6, 3. Sic Socrates se opponit sophistis, qui, inani de se persuasione ducti, omnia doctrina sua efficere se posse iactabant.

ἐκεῖνον] Hoc pronomen saepe tertiae personae pronominis vices sustinet et ad subiectum referendum est. Ceterum probe tenendum est hanc pronominum permutationem non admitti, nisi ubi oppositio graviter efferenda sit: quae vis inesse non potest in pronomine αὐτός, quod nihil significat, nisi pronomen tertiae personae, nulla adiuncta vi oppositionis. Infra IV, 1, 1. 2, 3. Anab. VII, 3, 4. Cyrop. IV, 2, 12. IV, 5, 20: ἡνίκα οἱ φίλοι αὐτοῦ τοὺς ἐκείνου (pro αὐτοῦ) ἐχθροὺς ἀπολλύουσιν. Plat. Protag. p. 310. D: ἂν αὐτῷ διδῷς ἀργύριον καὶ πείθῃς ἐκεῖνον (pro αὐτόν). V. Schneiderum et Bornemannum ad Cyrop. V, 2, 28. ed. Lips. Krügerum ad Anab. IV, 3, 20. Sauppium ad Comment. IV, 1, 1. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 111. A. (§. 138. p. 236.) Schaeferum et Dissenium ad Demosth. de Coron. p. 276, 148.

τοιούσδε] Cod. F. exhibet τοιούτους: quod nasuti correctoris manum redolere videtur. Constat enim pronomina ὅδε, ὧδε, τοιόσδε referri solere ad sequentia; οὗτος, οὕτως, τοιοῦτος ad praecedentia, ut Cyrop. V, 2, 31: Καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας τοῦ Γωβρύου τοιαῦτα τοιάδε πρὸς αὐτὸν ἔλεξε. Ac sane exempla, in quibus pronomina ὅδε, ὧδε, τοιόσδε ad antecedentia referuntur, satis sunt rara, ut infra I, 7, 5 extr.: at cf. ibi adn. Cyrop. III, 3, 35. τάδε. VII, 5, 6. τοσῶδε. Sed ab his locis diligenter discernendi sunt ii, in quibus ὅδε, τοιόσδε ita usurpantur, ut personam vel rem tanquam praesentem oculis nostris subiiciant, ut Cyrop. III, 3, 35: ἐγὼ δὲ ὑμῖν μὲν παραινῶν, ποίους τινὰς χρὴ εἶναι ἐν τῷ τοιῷδε, κἂν αἰσχυνοίμην ἄν, i. e. in praesenti rerum statu (pari modo §. 38: ἐν τῷ τοιῷδε). Anab. VII, 3, 47: εἶπε· Τάδε δή, ὦ Ξενοφῶν, ἃ σὺ ἔλεγες (alias relativo respondet pron. οὗτος, non ὅδε; sed hoc loco aptissimum est τάδε, in quo inest haec sententia: Siehe, das ist das, was). Hellen. II, 4, 3. Simili modo Latini ad vividiorem reddendam rerum praeteritarum descriptionem pronomine hic proiis utuntur. V. adnotata nostra ad Cicer. Tusc.

πονεῖν ἀπεδοκίμαζε, τὸ δέ, ὅσα γ' ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε· ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη. Ἀλλ' οὐ μὴν θρυ-

Edd. pr. c. Paris. E G ὅσα δ' ἡδ.; Steph. c. Stob. ὅσα ἡδ.; cf. Varr. Lectt. §. 43.

§. 5. Ἀλλ' οὐ μὴν] Voss. l. ἀλλὰ μὴν οὐ, ut Cyrop. IV, 3, 13. — θρυπτικός γε] F. θρ. τε.

I, 3, 5. p. 53. Utriusque generis exempla confudit Haasius ad Rep. Lac. p. 260. Neque huc pertinet de Rep. Lac. XV, 9: nam h. l. τῇδε non ad antecedentia, sed ad sequentia refertur. De loco, qui infra IV, 3, 13. legitur, postea dicendum erit. Crebriora multo sunt exempla, in quibus οὕτος, οὕτως, τοιοῦτος, τοσοῦτος ad sequentia referuntur, ut infra I, 2, 61. II, 1, 10. IV, 6, 1 (τοσαῦτα). Cyrop. II, 3, 4. III, 2, 22, ubi v. οὕτω ad seqq. respicitur. Vide Sauppium ad I, 7, 5. Krügerum ad Anab. II, 2, 2.

§. 4. Ἀλλὰ μὴν] V. adnotata in I, 1, 6.

ὑπερεσθίοντα ὑπερπονεῖν] Athletarum genus significat, quorum voracitas antiquitus quasi in proverbium abierat. Cf. Fr. Iacobsium in Socrat. p. 14. Adde Cicer. Tusc. II, 17, 40: Subduc cibum unum diem athletae: lovem Olympium, eum ipsum, cui se exercebit, implorabit: ferre non posse clamabit: ubi v. adnotata nostra.

ὅσα γ' ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται] Apposite Fr. Iacobsius l. d. p. 15. in partes vocavit Hippocr. de Diaeta I, 14: ὅπως τροφὴν ξηροτέρην ἡ ψυχὴ δέχεται ἀπὸ τῶν εἰσιόντων. Vocabulum ψυχῆς saepius usurpatur de voluntate et facultate appetendi, ut apud Latinos vox animi. Cyrop. I, 3, 18. De Latinis v. adnotata nostra in Cicer. Tusc. II, 22, 53. Hinc etiam de edendi bibendique appetitu ponitur. Cyrop. VIII, 7, 4: τῷ δὲ ἡ ψυχὴ σῖτον μὲν οὐ προσίετο. Cf. ibid. VI, 2, 28. Apol. 18. Infra I, 3, 14. de vehementiore amoris appetitione.

ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι] Adverbia adiectivis vel verbis subiecta maiorem vim habent, ut h. l.: hanc vivendi rationem corpori salubrem esse, et quidem satis. V. Stallbaum. ad Platon. Phaedr. p. 256. E: θεῖα οὕτω. ad Menexen. p. 235. A. Strangium in Lips. Diar. Suppl. 1835. p. 583 sq. Cf. nos in Gr. T. II. §. 863, 1. (Gr. schol. §. 715, 1.)

§. 5. Ἀλλ' οὐ μὴν θρυπτικός γε] Particulae οὐ μήν saepe usurpantur, ubi antecedenti sententiae alia sententia cum confirmatione opponitur, ut h. l.: etsi Socr. nimiam corporis curam improbabat, profecto tamen non erat homo mollis et delicatus. Infra I, 2, 27: οὐ μὴν τά γε ἄλλα οὕτω κρίνεται, tamen profecto de aliis rebus non sic iudicatur. Thuc. I, 5. Isocr. Paneg. p. 54, 68. Ubi autem antecedenti orationis membro alterum non repugnat, sed cum eo concordat, in particularum οὔ μήν, οὐδὲ μήν iunctura μήν non solum confirmativam, sed etiam auctivam vim habet, uti apud Latinos vero in neque vero, ut I, 2, 63. V. Hartung. griech. Part. T. II. p. 373 sqq. Naegelsbach. Excurs. I. ad Iliad. Cf. nos in Gr. T. II. §. 696. p. 392.

πτικός γε οὐδὲ ἀλαζονικὸς ἦν οὔτ' ἀμπεχόνῃ οὔθ' ὑποδέσει οὔτε τῇ ἄλλῃ διαίτῃ· οὐ μὴν οὐδ' ἐρασιχρημάτους γε τοὺς συνόντας ἐποίει· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἔπανε, τοὺς δὲ ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας
6 οὐκ ἐπράττετο χρήματα. Τούτου δ' ἀπεχόμενος ἐνόμιζεν ἐλευθερίας ἐπιμελεῖσθαι· τοὺς δὲ λαμβάνοντας τῆς ὁμιλίας μισθὸν ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἐπεκάλει

τοὺς δὲ ἑαυτοῦ ἐπ.] ABCF τοὺς δ' αὐτοῦ ἐπ. — K. τοὺς δὲ αὑτοῦ. V. ad §. 3.

§. 6. ἀπεχόμενος] Sic marg. Steph., Leuncl. et Par. BC DFGH. pro ἀπεχομένους. — ἐπεκάλει] Schneid. c. marg. Steph. ἀπεκάλει: quod receperunt etiam recentiores edd., nec ego reiicerem, si maiore auctoritate niteretur. — ἀναγκαῖον αὐτοῖς] Edd. pr. ἑαυτοῖς. V. ad §. 3.

§. 7. ἐπαγγελλόμενος] Iunt. Ald. ἐπαγγελόμενος. V. de

ἀλαζονικὸς] Tecte perstringit sophistas, qui ornatum et magnificentiam vehementer amplexabantur atque ostentare studebant: unde saepe κατ' ἐξοχὴν ἀλαζόνες nominantur.

τῶν μὲν γὰρ ἄλλων — ἐπράττετο χρήματα] Locus et sententiae gravitate et orationis brevitate elegantissimus. Socrates, quemadmodum discipulos suos ceteris omnibus cupiditatibus liberare studebat, ita habendi cupiditatem in iis eo restringebat, quod ipse a sui cupidis non doctrinae mercedem exigebat, sed omnis avaritiae expertem sese ostendebat. Ceterum etiam his verbis sophistarum ratio tangitur, quorum in exigenda a discipulis suis pecunia in vulgus nota est avaritia. V. Plat. Hipp. Mai. p. 282. D., ubi cf. Stallbaum.

§. 6. ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν] se ipsos in servitutem vendentes. Infra I, 5, 6: νομίζων τὸν παρὰ τοῦ τυχόντος χρήματα λαμβάνοντα δεσπότην ἑαυτοῦ καθιστάναι, καὶ δουλεύειν δουλείαν αὐδεμιᾶς ἧττον αἰσχράν.

παρ' ὧν ἂν λάβοιεν] Nescio, quid sibi velit Sauppius dicens ἄν cum relativo et optativo raro in oratione obliqua coniungi. Videtur V. D. inductus esse adnotatione Krügeri ad Anab. I, 5, 9, qui idem nostrum locum non recte cum aliis generis exemplis composuit. Immo prorsus necessaria est h. l. particula ἄν. Optativus enim cum ἄν coniunctus est modus potentialis, qui tam in recta, quam in obliqua oratione locum habet. Verte: quia necessitas iis imposita esset cum iis colloquendi, a quibus mercedem accipere possent. V. nos in Gr. T. II. §. 798. (Gr. schol. §. 662, 3.), ubi etiam huius exempli mentio est facta. Longe alia ratio est infra IV, 1, 2., ubi v. adnotata. De omisso pronomine demonstrativo τούτοις ante relativum παρ' ὧν complura exempla contulit Krügerus in libello de authentia Anab. Xen. (Halis Sax. 1824.) p. 26. Cf. nos in Gr. T. II. §. 782, 4. (Gr. schol. §. 651, 4.)

§. 7. τὸ μέγιστον κέρδος — φίλον ἀγαθόν] Diog. L. II, 34: Αἰσχίνου δὲ εἰπόντος· Πένης εἰμὶ καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω, δίδωμι δέ σοι ἐμαυτόν· Ἀρ' οὐκ,

τὸ ἀναγκαῖον αὐτοῖς εἶναι διαλέγεσθαι, παρ' ὧν λάβοιεν τὸν μισθόν. Ἐθαύμαζε δ', εἴ τις ἀρετὴν 7
γελλόμενος ἀργύριον πράττοιτο, καὶ μὴ νομίζοι ιέγιστον κέρδος ἕξειν φίλον ἀγαθὸν κτησάμενος, ὲ φοβοῖτο, μὴ ὁ γενόμενος καλὸς κἀγαθὸς τῷ τὰ στα εὐεργετήσαντι μὴ τὴν μεγίστην χάριν ἔξοι. ιράτης δὲ ἐπηγγείλατο μὲν οὐδενὶ πώποτε τοιοῦ- 8

ι verbi aor. II. act. et. med. forma, apud Atticos scriptores illa quidem, sed iis non abiudicanda, Born. ad h. l. et ad . I, 4, 13. Ind. p. 594. et Lobeckium ad Soph. Ai. 313., quam res est difficilis ad diiudicandum, quum scribae saepe ι in aliis huius verbi formis unum λ pro λλ posuerint. Vide . Chr. Schneiderum ad Plat. Civit. T. I. p. 109. — ἕξοι] dd. pr. Paris. Vind. 1. et Par. codd. D. F.; Vindob. 2. H. ἕξει; ι. KLMBCEG ἔχῃ.

' (ὁ Σωκράτης), οὐκ αἰ- η τὰ μέγιστά μοι δι- ς;
ιβοῖτο, μὴ — μὴ τὴν ἴστην χάριν ἕξοι] Ob- ndus est usus duplicis μή verbum timendi pro vulgari tura: μὴ οὔ, ut infra II,): δέδοικα, μὴ οὐκ ἔχω ὑτην σοφίαν, vereor, ne habeam. Ratio, qua G. mannus ad Viger. §. 265. 17. hunc usum explicavit, lior quam verior mihi vi- esse. Dicit enim, [illegible] ἣν μεγίστην χάριν ἕξ[illegible] et, sententiam fore: time- ne non maximam gra- persolveret; μή au- pro οὔ posito, sententiam hanc: ne — gratiam, non esset maxima, nderet. Equidem in ipsa ntia nihil inter utrumque di genus: μὴ οὔ et μὴ μή iminis statuendum esse cen- sed propter eam tantum m Xenophontem usum es- rticulis μὴ μή, quia ut to- ententiam e Socratis mente rre, sic verba μὴ τὴν μεγίστην χάριν ad eiusdem co- onem referre voluerit. Ora- obliquae color non solum noph. Comment.

in tota enuntiationis forma apparet, sed etiam per singula eius membra quasi fusus est. V. nos in Gr. T. II. §. 718. not. 2., ubi eundem locum pertractavimus. Sauppius, qui Hermanni rationem amplexatur, affert Thuc. VIII, 46, ubi Alcibiadis cum Tissapherne de Graecis subigendis sententia profertur: καὶ οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ μὲν σφῶν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δ' ἐκείνων τῶν βαρβάρων, ἢν μή ποτε αὐτοὺς μὴ ἐξέλωσι, μὴ ἐλευθερῶσαι, h. e. consentaneum esse Lacedaemonios non solum Graecos a Graecis (i. e. Atheniensibus), sed etiam a barbaris esse liberaturos, nisi si quando eos (Athenienses) non evertissent, uti recte hunc locum explanavit Haackius T. II. p. 424. Sed hoc exemplum ad explicandum nostrum locum nihil valere videtur: nam alterum μή ob antecedens ἢν μή positum est, ut in loco a Poppone ad Thuc. l. d. P. III. Vol. 4. allato: Lycurg. c. Leocrat. c. 35. extr.: εἰ μὴ νὴ Δία μὴ ταὐτὰ τῇ πατρίδι καὶ τούτοις ἐστὶ συμφέροντα, nisi per Iovem non eadem (di-

τον οὐδέν· ἐπίστευε δὲ τῶν ξυνόντων ἑαυτῷ τοὺς ἀποδεξαμένους, ἅπερ αὐτὸς ἐδοκίμαζεν, εἰς τὸν πάντα βίον ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις φίλους ἀγαθοὺς ἔσεσθαι. Πῶς ἂν οὖν ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ διαφθείροι τοὺς νέους; εἰ μὴ ἄρα ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλεια διαφθορά ἐστιν.

9 *Ἀλλὰ, νὴ Δία, ὁ κατήγορος ἔφη, ὑπερορᾶν ἐποίει τῶν καθεστώτων νόμων τοὺς συνόντας λέγων, ὡς μω-*

§. 8. *ξυν. ἑαυτῷ*] Sic edd. pr. Par. L. et octo Paris. pro *αὐτῷ*. Cf. ad §. 3. — *ἀλλήλοις*] Sic Bessario, Ald. L. et Paris. A B C D E F pro *ἄλλοις*.

versa) et patriae et his utilia sunt. Sed nostro loco similem affero e Thuc. II, 13: *Περικλῆς — ὡς ἔγνω τὴν ἐσβολὴν ἐσομένην, ὑποτοπήσας —, μὴ* (*Ἀρχίδαμος*) *τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ* (Periclis) *παραλίπῃ, καὶ μὴ δῃώσῃ* (pro *καὶ οὐ δῃώσῃ*) *— προηγόρευε κτλ.* (e mente Periclis), metuens, ne Archidamus suos agros intactos relinqueret, et non devastaret.

§. 8. *εἰ μὴ ἄρα*] Hae particulae, ut Latinorum nisi forte, cum ironia ponuntur. *Ἄρα* habet hanc vim, ut aliquid praeter opinionem accidere vel accidisse significet. V. nos in Gr. gr. §. 756, 5. et ad Cicer. Tuscul. IV, 23, 51.

§. 9. *ὁ κατήγορος ἔφη*] Infra II, 1, 18: *ὁ Σωκράτης ἔφη*. 2, 7: *πρὸς ταῦτα ὁ νεανίσκος ἔφη*. Symp. VI, 5: *ὁ Καλλίας ἔφη*. Sic Cyrop. I, 6, 19. cum Guelph. Par. A. B. et Vat. recte Bornemannus in ed. recent. legit *ὁ Κῦρος ἔφη*. VIII, 3, 27: *ὁ Σάκας ἔφη*. Oecon. XIX, 2: *ἐγὼ ἔφην*, quum semper dictum sit *ἔφην ἐγώ*. Vulgari verborum collocatione verbum *ἔφη* praemitti et nomen subiungi solet, ut §. 36. V. Bornemannum et Herbstium ad h. l. et ad Conviv. III, 7. Sauppium ad h. l. Frotscherum ad Hieron. I, 1. Popponem ad Cyrop. I, 6, 19. p. 78. Eadem ratio est verbi latini inquit. V. O. M. Müller. ad Cic. de Orat. p. 98.

ὑπερορᾶν — νόμων] Infra I, 3, 4: *πάντα τἀνθρώπινα ὑπερεώρα*. 4, 10: *ὑπερορῶ τὸ δαιμόνιον*.

ἀπὸ κυάμου καθίστασθαι] Atheniensium magistratus sortitione, quae per fabas albas et nigras fiebat, legebantur: unde dicuntur *οἱ ἀπὸ κυάμου ἄρχοντες* s. *κυαμευτοί*. V. C. F. Hermannum Gr. Staatsalterthümer, §. 149. Pro *καθίστασθαι* Paris. libri D et F exhibent *καθιστάναι*, quod cum Bornemanno recepit Sauppius. Non probo. E Xenophontis usu *καθιστάναι τινά* est aliquem alii collocare vel creare, *καθίστασθαί τινα* aliquem sibi collocare vel creare. Cyrop. I, 3, 16: *ὁ διδάσκαλός με — καὶ ἄλλοις καθίστη δικάζειν*. Ibid. IV, 5, 58. Anab. III, 2, 5. Oecon. XII, 9. Contra ibid. III, 1, 39: *ἐπειδὰν δὲ καταστήσησθε τοὺς ἄρχοντας*. Cf. Cyrop. VII, 5, 19. Ceterum Sauppius in eo fallitur, quod *καθίστασθαι* pro forma passiva habet. Alia res est infra III, 5, 20. IV, 6, 12. R. L. IV, 7.

θέλειν] Schneiderus e Paris. A. dedit *ἐθέλειν* pro vulgato *θέλειν*, quod probat Bornemannus, Sauppius recepit.

εἴη τοὺς μὲν τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου ἱστασθαι, κυβερνήτῃ δὲ μηδένα θέλειν κεχρῆσθαι μευτῷ, μηδὲ τέκτονι, μηδ' ἐπ' ἄλλα τοιαῦτα, ἃ λῷ ἐλάττονας βλάβας ἁμαρτανόμενα ποιεῖ τῶν περὶ πόλιν ἁμαρτανομένων· τοὺς δὲ τοιούτους λόγους ρειν ἔφη τοὺς νέους καταφρονεῖν τῆς καθεστώσης

§. 9. *μωρὸν*] Sic ed. Paris., A B C D F L et Bessar. pro *μωρ* id inhumanum est, neque sapientiae Socratis venit, uti ait Weisk. — De *καθίστασθαι, θέλειν* et *ῆσθαι* v. adn.

ri non potest breviorem for- *θέλειν*, ut apud ceteros antiores Atticos, ita apud Xenotem nostrum sane quam rasse. Comment. II, 1, 17: *τῷ ντι*. 6, 4: *καὶ θέλων*. 8, 2: *οὐσοι θελήσει* (A K *ἐθελήσει*). . III, 2, 16: *ὅτι θέλουσι*. VII, : *ἂν οἱ θεοὶ θέλωσι*. 43: *ἐὰν θέλῃ*. Memorabiles loci sunt 18, ubi primum *ἀντιθεραν ἐθέλοντας* et brevi post *σοὶ θελήσουσι* legitur, 27: *οἱ συμμαχεῖν ἐθέλουεῦ ποιητέοι*, *ἵνα θέλωσι νμεῖσθαι*, ubi diversus antetium vocum exitus diversam am provocasse videri potest; aec causa non est Cyrop. V, , et §. 10: *οὔτ' ἂν ἀσεβεῖν ξένους θέλοιμι*, uti in nis codd. legitur. Quae quum nt, ubicunque codices et edd. es addicunt, formam *θέ*retinendam censeo, lubriesse existimans in eiusmodi s refragantibus libris lectiosollicitare. In nonnullis loionibus sine ullo sententiae imine modo hoc, modo illud am legitur, ut *ἐὰν θεὸς θέλῃ* b. VII, 3, 31. et 43.) et *ἐὰν θέλῃ* Hellen. V, 1, 14. Nehaec ratio apud Xenophonvalet, ut brevior forma post ɔphthongos et diphthongos n habeat. Cf. v. c. Anab. I, . II, 6, 15. III, 2, 17. V, 6, 20. 7, 28, in quibus locis omnibus post vocalem sequitur *ἐθέλειν*. Cf. quae de promiscuo utriusque formae usu disputavit Lobeckius ad Phryn. p. 7. et ad Sophocl. Aiac. v. 24. p. 81 sq. et de Platone C. E. Chr. Schneiderum ad Civit. III. p. 391. A. T. I. p. 230.

κεχρῆσθαι] Iidem codd. D. F., qui exhibent *ἐθέλειν*, pro vulgato *κεχρῆσθαι* praebent *χρῆσθαι*, quod receperunt recentiores editores. Mihi vero etiam haec lectio, ut antecedens *ἐθέλειν*, e correctoris manu profecta videtur. Nam perfectum *κεχρῆσθαι* plerumque praesentis vi instructum esse adiuncta notione diuturnitatis, ut idem fere sit, quod habere, docet Buttmann. T. II. p. 256, coll. Xen. de re equest. IV, 5: *ἀνάγκη κεχρῆσθαι ταῖς ὁπλαῖς*, ubi v. Sauppium in ed. Schn. Quare Cyrop. VIII, 2, 23. lectionem vulg. *κεχρῆσθαι* tuendam censeo. Cf. Antiphon. or. IV. p. 129, 8. (in sententia generali: *ὁ μὲν γὰρ ἀκουσίως πάντα δράσας καὶ παθὼν ἀλλοτρία τύχῃ κέχρηται*). Demosth. de Corona p. 239, 40. p. 327, 304. Praeivit iam Homerus, ut Od. III, 266. XIV, 422: *φρεσὶ κέχρητ' ἀγαθῇσιν*, proba mente utebatur. Notio diuturnitatis nostro loco longe est accommodatissima.

μηδ' ἐπ' ἄλλα τοιαῦτα] *κεχρῆσθαι κυαμευτῷ τινι.*

10 πολιτείας, καὶ ποιεῖν βιαίους. Ἐγὼ δ' οἶμαι τοὺς φρόνησιν ἀσκοῦντας καὶ νομίζοντας ἱκανοὺς ἔσεσθαι τὰ συμφέροντα διδάσκειν τοὺς πολίτας ἥκιστα γίγνεσθαι βιαίους, εἰδότας, ὅτι τῇ μὲν βίᾳ πρόσεισιν ἔχθραι καὶ κίνδυννοι, διὰ δὲ τοῦ πείθειν ἀκινδύνως τε καὶ μετὰ φιλίας ταὐτὰ γίγνεται· οἱ μὲν γὰρ βιασθέντες ὡς ἀφαιρεθέντες μισοῦσιν, οἱ δὲ πεισθέντες ὡς κεχαρισμένοι φιλοῦσιν. Οὐκ οὖν τῶν φρόνησιν ἀσκούντων τὸ βιά-

§. 10. ἔσεσθαι] V. adn. — ταὐτὰ] Steph. sec. et Schneid. c. Bessar. et Stob. τὰ αὐτά; — A B C D F L ταῦτα vel ταὐτά. Edd. ante Steph. ταῦτα. — Οὐκ οὖν] Sic Zeun. ex ed. Iunt. pro vulg. οὔκουν. V. Excurs. III. Stob. Brod. οὐκοῦν οὐ. Tum enuntiatio

§. 10. *νομίζοντες ἱκανοὺς ἔσεσθαι*] Pro vulgato ἔσεσθαι Schneiderus e duobus Par. A. D. dedit lectionem εἶναι, quam etiam a recentissimo editore receptam et defensam miror. Neque probare possum causam, quam idem vir doctus attulit ad defendendam lectionem εἶναι, scilicet apud Xenophontem, ubi *νομίζειν* construeretur cum nominativo, semper videri additum habere praesens. Nam qua ratione nitatur haec causa, equidem exputare non possum. Quos in medium protulit locos: Anab. II, 6, 17. V, 4, 20. Ages. I, 15. Hellen. III, 4, 12. supra §. 3. (adde infra II, 6, 7.: οἶμαι καλῶς χρῆσθαι. II, 7, 11: νῦν δέ μοι δοκῶ [i. e. *νομίζω*] — ὑπομένειν, ubi Steph. coni. ὑπομενεῖν, non curans IV, 1, 5. 4, 18.), in iis omnibus post verba putandi rectissime sequitur infinitivus praesentis; at ubi vel alia est ratio loci, vel aliud consilium scriptoris, pari iure vel futurum (ut supra §. 8. Cyrop. VII, 2, 28. Infra III, 1, 1. 7, 8. IV, 1, 5. Hellen. VI, 1, 8.) vel aoristus sequitur. V. nos in Gr. §. 445. not. 2. (Gr. schol. §. 386. not.) ubi discrimen trium temporum expositum est. Atque hoc quidem loco, in quo nunc versamur, futuri usus est elegantissimus, qui librariorum aciem facile fugere potuit. Futurum enim designat rem, quae certa quadam conditione fieri potest. Sic h. l.: ego vero credo eos, qui animi cultui operam dant, seque putant, si tempora vel res ita ferant, idoneos futuros esse civium praeceptores.

βιασθέντες] Notum est in iis deponentibus, quae aoristum tam medialis quam passivae formae (*βιάζομαι, ἐβιασάμην, ἐβιάσθην*) habent, aoristum passivae formae etiam passiva significatione instructum esse solere. V. Rost. Gr. §. 113. p. 553. Kühner. §. 403. b. (Gr. schol. §. 346. b.) Cf. Hellen. VI, 1, 7. VII, 3, 9.

κεχαρισμένοι] beneficiis affecti. Herod. VIII, 5: *οὗτοι δὲ ἀναπεπεισμένοι ἦσαν καὶ τοῖσι Εὐβοέῃσι ἐκεχάριστο.* Schützius, quum *χαρίζεσθαι* apud Xenophontem omnibus locis nihil aliud significet, quam gratificari alicui, liberalem esse erga aliquem, donare, beneficio afficere, nunquam ita ponatur, ut sit beneficio affici, locum sic vertit: Nam qui vi coacti aliquid tribuerunt, ut spoliati oderunt (eos, a quibus coacti sunt); qui autem persuasi aliquid tribuerunt, sic amant (eos, quibus tribuerunt), tanquam gratificati (als sol-

ται, ἀλλὰ τῶν ἰσχὺν ἄνευ γνώμης ἐχόντων τὰ τοι-
α πράττειν ἐστίν. Ἀλλὰ μὴν καὶ συμμάχων ὁ μὲν 11
ἔσθαι τολμῶν δέοιτ' ἂν οὐκ ὀλίγων, ὁ δὲ πεί-
δυνάμενος οὐδενός· καὶ γὰρ μόνος ἡγοῖτ' ἂν δύ-
θαι πείθειν· καὶ φονεύειν δὲ τοῖς τοιούτοις ἥκι-
συμβαίνει· τίς γὰρ ἀποκτεῖναί τινα βούλοιτ' ἂν
λον ἢ ζῶντι πειθομένῳ χρῆσθαι;
Ἀλλ' ἔφη γε ὁ κατήγορος, Σωκράτει ὁμιλητὰ γε- 12

rogative efferenda est. — τὰ τοιαῦτα πρ.] V. adn.
§. 12. Ἀλλ' ἔφη γε] Dind. e coni. ἀλλὰ Σωκράτει γε, ἔφη
ήγορος. V. adn. Zeun. malebat ἀλλά γ', ἔφη ὁ κατ., Σωκρ. —
ράτει] Iunt. c. Paris. A B C G H καὶ Σωκρ.

die Etwas mit gutem Willen
geben oder geschenkt ha-
; ita quidem, ut primum βια-
τες et πεισθέντες (vi coacti et
asione inducti), deinde ἀ-
εθέντες (spoliati) et κεχα-
ένοι (die Etwas mit gutem
en hergegeben oder ge-
ıkt haben) inter se opponan-
At ἀντίθεσις multo magis
ni consentanea est, spoliatis
qui beneficiis affecti sunt,
si ii, qui alterum beneficiis
erunt, opponuntur. Amor
iendis potius, quam dandis
rectius conciliari dici vide-

ὐκ οὖν] V. Excurs. III.
τοιαῦτα πράττειν]
est lectio omnium codd. et
vett. auctoritate munita.
aeferus ad Dionys. Halic.
l. legendum suspicatur τὸ
ῖτα πρ.: quam coniecturam
erborum ordinem recepit
nemannus, qui idem in
coniecit: τὸ τὰ τοιαῦτα πρ.
ıvis membrorum concinnitas
ılum requirere videatur, ta-
ut a codd. et edd. lectione
lere nollem, complures me
lerunt causae. Nam primum
infinitivus ab altero remo-
st; dein infinitivus solitarius
σθαι articulo tanquam ful-
quo sustentetur et firmetur,
indiget, quam alter infini-

tivus, cui obiectum adiunctum est; denique multi apud diligentissimos scriptores reperiuntur loci, in quibus orationis concinnitas non anxie est observata.

§. 11. Ἀλλὰ μὴν] V. adnotata in I, 1, 6. Mox de particulis καὶ — δέ v. ad I, 1, 3: κἀκεῖνος δέ.

§. 12. Ἀλλ' ἔφη γε] Particulae ἀλλά γε verti possunt latine per: at enim, germanice per: aber freilich. Vim particularum perspicias, si sententiam sic circumscribas: καίτοι γε τοῦτο οὕτως ἔχει, ὡς σὺ λέγεις, ἀλλά γε Κριτίας τε καὶ Ἀλκ. πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην: unde apparet vim particulae γέ non minus ad antecedentia pertinere quam ad eam enuntiationem, in qua collocata est. Antecedentia conceduntur quidem, sed ita, ut sequentia tanto maiore efficacia opponantur. Ja, allerdings mag sich die Sache so verhalten, aber gewiſs kann nicht geleugnet werden, daſs etc. Cf. quae supra ad I, 2, 3. de particulis καίτοι γε exposuimus. Similiter Cicer. Tuscul. III, 34, 84: Verum quidem haec hactenus. Ja! das wollen wir thun; jedoch für heute haben wir gewiſs genug. V. adnotata in h. l. Particula γέ proprie coniungenda erat cum ἀλλά, nam utraque particula

νομένω Κριτίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην. Κριτίας μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πάντων πλεονεκτίστατός τε καὶ βιαιότατος ἐγένετο, Ἀλκιβιάδης δὲ αὖ τῶν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ πάντων
13 ἀκρατέστατος καὶ ὑβριστότατος καὶ βιαιότατος. Ἐγὼ δ', εἰ μέν τι κακὸν ἐκείνω τὴν πόλιν ἐποιησάτην, οὐκ ἀπολογήσομαι· τὴν δὲ πρὸς Σωκράτην συνουσίαν αὐ-
14 τοῖν ὡς ἐγένετο διηγήσομαι. Ἐγενέσθην μὲν γὰρ δὴ τῷ ἄνδρε τούτω φύσει φιλοτιμοτάτω πάντων Ἀθηναίων, βουλομένω τε πάντα δι' ἑαυτῶν πράττεσθαι, καὶ πάντων ὀνομαστοτάτω γενέσθαι· ἥδεσαν δὲ Σωκράτην ἀπ' ἐλαχίστων μὲν χρημάτων αὐταρκέστατα ζῶντα, τῶν ἡδονῶν δὲ πασῶν ἐγκρατέστατον ὄντα, τοῖς δὲ διαλεγομέ-

πλεῖστα κακὰ] H. F. Iunt. πλ. κατά. Inepte. — πλεονεκτίστατος] F. κλεπτίστατός τε καὶ βιαιότ. καὶ φονικώτατος ἐγ.: quod apertum glossema miror a Born. receptum. Mox idem F. ἀκρατέστατός τε κ. ὑβρ. (Voss. 1. et D. ὑβριστικότατος) καὶ βιαιότατος. Illud τέ a glossatore additum videtur ad membrorum concinnitatem restituendam; verba καὶ βιαιότ. omittuntur a Paris. A. et Bessarione.

pertinet ad totam enuntiationem. Verum ubi post ἀλλά statim sequitur praedicatum, nihil fere differt, utrum γέ voculae ἀλλά, an praedicato subiiciatur; discrimen tam tenue est, ut vix appareat. Nam praedicatum est gravissima pars totius enuntiationis. Sic infra IV, 3, 3: Ἀλλ' οἶσθά γ', ἔφη. Alia res est, ubi non praedicato, sed alii enuntiationis parti subiicitur γέ. Tum γέ non ad ἀλλά, sed ad vocabulum, cui subiectum est, referendum est, neque ad totam enuntiationem, sed ad hoc unum, quod comitatur, vocabulum pertinet idque extollit, ut §. 49. et 51. Raro ἀλλά γε, nullo interposito vocabulo, reperiuntur, apud solutae orationis scriptores nunquam. Quare huius loci lectionem non sollicitandam puto. V. Var. Lectt.

Κριτίας] Critias, Callaeschri filius, unus XXX tyrannorum, qui Atheniensibus a Lacedaemoniis post finitum bellum Peloponnesiacum Graeciae principatum adeptis praefecti erant (403 a. Chr.), summam exercuit crudelitatem, donec a Thrasybulo interfectus est. Hellen. II, 3, 15 sqq. V. Cobet. Prosop. p. 43 sqq. Alcibiades, Cliniae filius, quanta bello Peloponnesiaco patriae intulerit detrimenta, satis constat.

δὲ αὖ] Eadem particularum μὲν — δὲ αὖ iunctura infra §. 24 et II, 2, 14: τοὺς μὲν θεούς — τοὺς δὲ ἀνθρώπους αὖ. III, 1, 8. V. nos in Gr. gr. T. II. §. 739, 2. p. 135. (Gr. schol. §. 618, 1.)

ὑβριστότατος] V. de hac superlativi forma Lobeckium in Paralip. p. 18 sq. et 40 sq. Voss. 1. exhibet ὑβριστικότατος, neque aliter Par. D., nisi quod terminationem ώτατος habet.

V. 13. τὴν — συνουσίαν αὐτοῖν ὡς ἐγένετο διηγή-

νοις αὐτῷ πᾶσι χρώμενον ἐν τοῖς λόγοις, ὅπως βούλοιτο. Ταῦτα δὲ ὁρῶντε καὶ ὄντε οἵῳ προείρησθον, πότερόν τις αὐτὼ φῇ τοῦ βίου τοῦ Σωκράτους ἐπιθυμήσαντε καὶ τῆς σωφροσύνης, ἣν ἐκεῖνος εἶχεν, ὀρέξασθαι τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ, ἢ νομίσαντε, εἰ ὁμιληςαίτην ἐκείνῳ, γενέσθαι ἂν ἱκανωτάτω λέγειν τε καὶ πράττειν; Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι, θεοῦ διδόντος αὐτοῖν ἢ ζῆν ὅλον τὸν βίον, ὥςπερ ζῶντα Σωκράτην ἑώρων, ἢ τεθνάναι, ἑλέσθαι ἂν μᾶλλον αὐτὼ τεθνάναι. Ἀήλω δ' ἐγενέσθην ἐξ ὧν ἐπραξάτην· ὡς γὰρ τάχιστα κρείττονε τῶν συγγιγνομένων ἡγησάσθην εἶναι, εὐθὺς ἀποπηδήσαντε Σωκράτους ἐπραττέτην τὰ πολιτικά, ὧνπερ ἕνεκα Σωκράτους ὠρεχθήτην.

§. 13. *εἰ μέν τι*] F. G. *εἰ μέντοι*. Cf. §. 26. ubi etiam H. exhibet *μέν τοι*. §. 42. *οὐδέν τι* c. var. *οὐδέν τοι*.

§. 14. *ᾔδεσαν*] Iunt. c. Par. G. pr. m. *ᾔδησαν*. Brod. *ἤδεισαν*. Par. A. *ἤδεισαν* sine *ι* subscr.

§. 15. *αὐτὼ φῇ*] F. *αὐτῶν φήσει*. Male; v. adn. Mox idem *ἐπιθυμῆσαί τε*.

§. 16. *αὐτοῖν*] Sic ed. Par. M. et Steph. pro *αὐτοῖς*.

σομαι] Per attractionem frequentissimam pro: *ἡ συνουσία αὐτοῖν ὡς ἐγένετο, διηγήσομαι*. Infra I, 3, 8. 4, 13. et aliis multis locis. V. Gr. nostr. T. II. §. 857. (Gr. schol. §. 712. c.)

§. 14. *Ἐγενέσθην μὲν γὰρ δή*] De iunctura particularum *γὰρ δή* v. ad II, 4, 1.

ἀπ' ἐλαχίστων χρημάτων] Hieron. XI, 1: *ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων δαπανᾶν εἰς τὸ κοινὸν ἀγαθόν*. Ibid. 6: *ἀπὸ πολλῶν οἴκων τὰς δαπάνας ποιούμενος*. Anab. I, 1, 9. Saepe Graeci instrumentum, quo quid fit, designant per praepositionem *ἀπό*. Cf. supra §. 9: *τοὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου καθίστασθαι*, sortiendo per fabam creare. Similiter etiam materia, qua quid fit, vel unde quid hauritur, per *ἀπό* significatur. Infra I, 3, 3: *θυσίας δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν*. II, 1, 25. 28. V. nos in Gr. T. II. §. 598. p. 270. (Gr. schol. §. 518.)

ἐν τοῖς λόγοις, ὅπως βούλοιτο] Cf. Plat. Lach. p. 187. E.

§. 15. *πότερόν τις αὐτὼ φῇ*] Infra §. 45: *ὅσα δὲ ὀλίγοι τοὺς πολλοὺς μὴ πείσαντες, ἀλλὰ κρατοῦντες γράφουσι, πότερον βίαν φῶμεν ἢ μὴ φῶμεν εἶναι*; V. de hoc coniunctivi usu in interrogationibus dubitativis Rost. §. 119. p. 574. Kühner. T. II. §. 464. (Gr. schol. §. 403.) De hoc coniunctivo in orat. obl. posito v. II, 1. 21. 23. III, 7, 6. Bornemannum ad Apolog. §. 13. p. 50. ed. 1824. §. 15. p. 341. ed. 1829. Krügerum ad Anab. I, 7, 7.

ὀρέξασθαι τῆς ὁμιλίας] Mox §. 16. eodem significatu *Σωκράτους ὠρεχθήτην*, ut Symp. VIII, 35: *ἐὰν καὶ ὀρεχθῇ τοῦ σώματος*.

§. 16. *ἀποπηδήσαντε*] Gra-

17 Ἴσως οὖν εἴποι τις ἂν πρὸς ταῦτα, ὅτι χρῆν τὸν Σωκράτην μὴ πρότερον τὰ πολιτικὰ διδάσκειν τοὺς συνόντας, ἢ σωφρονεῖν. Ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐκ ἀντιλέγω· πάντας δὲ τοὺς διδάσκοντας ὁρῶ αὐτοὺς δεικνύντας τε τοῖς μανθάνουσιν, ἥπερ αὐτοὶ ποιοῦσιν ἃ
18 διδάσκουσι, καὶ τῷ λόγῳ προσβιβάζοντας. Οἶδα δὲ καὶ Σωκράτην δεικνύντα τοῖς ξυνοῦσιν ἑαυτὸν καλὸν κἀγαθὸν ὄντα, καὶ διαλεγόμενον κάλλιστα περὶ ἀρετῆς καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρωπίνων. Οἶδα δὲ κἀκείνῳ σωφρονοῦντε, ἕστε Σωκράτει συνήστην, οὐ φοβουμένω,

§. 17. χρῆν] F. ἐχρῆν: quam formam ap. Attic. rariorem esse docet Elmsl. ad Eur. Heracl. 649, a Born. allatus. Legitur etiam Apol. 3. Cyrop. VIII, 1, 1. (Altorf. male χρή) de Rep. Ath. I, 6. At χρῆν legitur de Rep. Ath. III, 6, quanquam hic locus non omni suspicione caret. — Mox A. habet Σωκράτη. V. adn. in III, 8, 1. — αὐτοὺς] Sic Iunt. — αὐτούς Ald. Par. Steph. inepte ob seqq.:

vius, quam ἀποφοιτήσαντες. Fr. Iacobsius in Socr. p. 19. comparat Philostr. Vit. Apoll. IV, 38: εἴ τις διὰ τοῦτο ἀποπηδᾷ φιλοσοφίας.

§. 17. οὐκ ἀντιλέγω] Hanc criminationem nunc quidem Xenophon in medio relinquit, infra demum IV, 3, 1. eam elevaturus.

τῷ λόγῳ προσβιβάζοντας] Sic recte scripsit Schneiderus cum Vindob. 2. et Paris. ABCDF; προσβιβάζειν τινὰ τῷ λόγῳ enim significat: verbis vel praeceptis discipulos edocere, proprie adducere, scilicet ad ea, quae docentur, percipienda. Aeschin. c. Ctesiph. c. 28: τῷ λόγῳ προσβιβάζων ὑμᾶς. Similiter Aristoph. Avv. 425: προσβιβᾷ λέγων. Eqq. 35: σὺ προσβιβάζεις με, bene me edoces. V. Schneider. Similiter Xen. Oecon. XIV, 4: ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τοὺς οἰκέτας. Quod vulgo legebatur προβιβάζοντας, id abhorret ab hoc loco; προβιβάζειν τινά enim est promovere aliquem in aliqua re, impellere, ut in aliqua re progrediatur, ut I, 5, 1.

§. 18. ξυνοῦσιν] H. exhibet συνοῦσιν, ut supra I, 1, 5. 2, 5. 17. legimus et plerisque horum librorum locis legitur; nec tamen altera lectio tentanda: nam Xenophon, ut ceteri eiusdem aetatis Attici, utraque forma promiscue utitur. Bornemannus comparat I, 1, 4. et 2, 8. τῶν ξυνόντων, mox 9. τοὺς συνόντας; I, 3, 1. II, 1, 25. 3, 1. 5, 1. 6, 28. III, 1, 1. 14, 2. τῶν ξυνδεῖπνούντων, contra §. 5. τῶν συνδείπνων. IV, 2, 2. ξυνουσία, contra III, 7, 3. συνουσίαις, αἷς σύνει. His exemplis adde III, 4, 5. ξὺν ὅλῃ τῇ πόλει et ξὺν τῇ φυλῇ, quod in omnibus libris legitur, quanquam in simplici praepositione altera forma Xenophonti multo est usitatior. Usus formae ξύν, et simplicis praepositionis et in compositione, multo frequentior est in Hellenicis, quam in reliquis Xenophontis libris. De Cyropaedia egit Poppo in Praefat. p. XXXIII sq. Idem valet de praepositionis ἐς forma, quae in Cyropaedia multo rarius, quam εἰς

μὴ ζημιοῖντο ἢ παίοιντο ὑπὸ Σωκράτους, ἀλλ' οἰομένω τότε κράτιστον εἶναι τοῦτο πράττειν.

Ἴσως οὖν εἴποιεν ἂν πολλοὶ τῶν φασκόντων φι- 19
λοσοφεῖν, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ὁ δίκαιος ἄδικος γένοιτο, οὐδὲ ὁ σώφρων ὑβριστής, οὐδὲ ἄλλο οὐδέν, ὧν μάθησίς ἐστιν, ὁ μαθὼν ἀνεπιστήμων ἄν ποτε γένοιτο. Ἐγὼ δὲ περὶ τούτων οὐχ οὕτω γιγνώσκω· ὁρῶ γὰρ, ὥσπερ τὰ τοῦ σώματος ἔργα τοὺς μὴ τὰ σώματα ἀσκοῦντας οὐ δυναμένους ποιεῖν, οὕτω καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα τοὺς μὴ τὴν ψυχὴν ἀσκοῦντας οὐ δυνα-

ἥπερ αὐτοὶ ποιοῦσιν ἃ διδ. — προσβιβάζοντας] Vulgo προβ. V. adn.

§. 18. ξυνοῦσιν] Alii συν. V. adn. — συνήστην] Par. A. K. συνήτην. Male; v. §. 24. Anab. II, 6, 30., ubi v. Born.

§. 19. γιγνώσκω] H. γινώσκω. V. Exc. I. — μὴ τὰ σώματα] A C E F H μὴ τὰ τοῦ σώματος ex glossem., ut videtur, ob antecedentia v. τὰ τοῦ σώματος ἔργα.

usurpatur (v. Popponem l. d. p. XXX.), in Commentariis nusquam reperitur, in Hellenicis contra frequentissime. Unde facile coniicias in Hellenicis Xenophontem ad Thucydidis exemplum sese contulisse.

§. 19. τῶν φασκόντων φιλοσοφεῖν] Sophistas intelligere videtur.

οὐδὲ ἄλλο οὐδέν] Hi accusativi non pendent, uti Sauppius vult, a participio μαθών, sed a sequenti adiectivo verbali ἀνεπιστήμων. Cyrop. III, 3, 9: ἐπιστήμονες δὲ ἦσαν τὰ προσήκοντα. Plat. Epinom. p. 979. D: ὃ ταὐτ' ἐπιστήμων. V. Matthiae Gr. T. II. §. 346. not. 3. p. 819 sq. Kühner. T. II. §. 553. not. 5. p. 217.

οὕτω γιγνώσκω] De Socratis sententia, virtutem esse discendam et usu exercitationeque confirmandam, cf. infra III, 9, 1. IV, 1, Symp. II, 6., ubi v. Bornemannum. Haec quaestio, utrum virtus disci posset, nec ne, omnino a veteribus philosophis multum erat agitata.

ὁρῶ γὰρ, ὥσπερ — οὐ δυναμένους ποιεῖν] Frequens est in enuntiationibus comparativis hoc genus attractionis, quo enuntiationis secundariae structura formae enuntiationis primariae adaptatur. Nam, uti recte observavit Bornemannus, orationem exspectamus h. l. sic conformatam: ὁρῶ, ὥσπερ — οἱ μὴ τὰ σώματα ἀσκοῦντες οὐ δύνανται ποιεῖν, οὕτω καὶ — τοὺς μὴ τὴν ψυχὴν ἀσκοῦντας οὐ δυναμένους. Cf. §. 21. Similiter Cyrop. I, 4, 15: Κύρῳ ἥδετο οὐ δυναμένῳ σιγᾶν ἀπὸ τῆς ἡδονῆς, ἀλλ' ὥσπερ σκύλακι γεναίῳ ἀνακλάζοντι, ὁπότε πλησιάζοι θηρίῳ, καὶ παρακαλοῦντι ὀνομαστί ἕκαστον. In plerisque eiusmodi locis enuntiatio per ὥσπερ inducta enuntiationem primariam subsequitur, ut coepta constructio prioris membri etiam per posterius membrum continuetur. V. nos in Gr. T. II. §. 830. p. 571. et exempla, quae collegit diligentia Lobeckii in Parerg. c. VI. ad Phryn. p. 755 †). De simili attractione in structura accusativi c. infinitivo usurpata v. ad I, 2, 29.

μένους· οὔτε γὰρ ἃ δεῖ πράττειν, οὔτε ὧν δεῖ ἀπέ-
20 χεσθαι δύνανται. Διὸ καὶ τοὺς υἱεῖς οἱ πατέρες, κἂν
ὦσι σώφρονες, ὅμως ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων εἴρ-
γουσιν, ὡς τὴν μὲν τῶν χρηστῶν ὁμιλίαν ἄσκησιν οὖ-
σαν τῆς ἀρετῆς, τὴν δὲ τῶν πονηρῶν κατάλυσιν. Μαρ-
τυρεῖ δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ὅ τε λέγων·

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσιν
Συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον,

καὶ ὁ λέγων·

Αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τοτὲ μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός.

§. 20. ὅμως] V. adn. — συμμίσγῃς] Sic F. — Edd. pr., 7 codd. Par. Stob. et Clemens συμμιγῆς: unde Zeun. aliique συμμιγέῃς effecerunt. Par. Steph. συμμιχθῆς (neque aliter edd. Theognidis, sed. Vat. συμμιγῆς, Mutin. συμμισγῆις). — τοτὲ μὲν] Cod. Stob. ποτὲ μέν. V. nos in Gr. T. II. §. 732, 3. — F. ὁτὲ μέν: ita ut syllaba antecedens per arsin producatur. Born. affert

§. 20. κἂν ὦσι σώφρονες, ὅμως ἀπὸ τῶν π. ἀ. εἴργουσιν] Hanc lectionem, quam habent Brodaeus, Stobaeus, Vindob. 2, Paris. F. et Vatic. 1, recte reduxit Bornemannus, sed idem iniuria cum Herbstio praeeunte Elmsleio ad Eurip. Med. 1216. post ὅμως virgulam posuit. Ut taceam locos ad firmandam suam sententiam allatos, Aesch. Choeph. 115. Soph. Ai. 15. O. C. 957., desumptos esse e poetica oratione; tamen, si eos accuratius examinaveris, facile intelliges in iis longe aliam rationem esse atque in nostro: qui plane eodem modo constitutus est, quo infra III, 4, 4. de Re equ. I, 17: εἰ δέ τινες αὐξανόμενοι μεταβάλλουσιν, ὅμως οὕτω θαῤῥοῦντες δοκιμάζοιμεν (ἄν, quod e superioribus supplendum). Isocr. Paneg. p. 46, 28. Neque quisquam huc trahet Xen. Oecon. XIV, 8: οὓς δ' ἂν αἰσθάνωμαι, ἔφη, ὅμως, καὶ εὖ πάσχοντας, ἔτι ἀδικεῖν πειρωμένους. Quare interpunctionem, a Bornemanno inductam, a nostro loco alienam esse censeo. Neque praesidium ad eam defendendam peti potest ex eiusdem particulae ὅμως participio subiunctae collocatione. V. nos ad II, 1, 4. Ceterum in libris h. l. vehementer turbatur. Ernestius, auctore Stephano, c. Voss. 2. M. et Vindob. edidit εἴργ. ὅμως ἀπὸ τ. π. ἀνθρ.; Iuntina, libr. Flor. A C E et Paris. G. omittunt ὅμως; alii codd. et edd. ὅμως post ἀνθρώπων ponunt; denique in ed. Paris. habetur ἀπὸ τ. π. ἀνθρώπων εἴργ. ὅμως. Ceterum subiectum verbi ὦσι esse filios per se patet.

ὡς οὐσαν] Infra I, 3, 2: εὖ-χετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁ-πλῶς τἀγαθὰ διδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας. V. Rost. §. 131, 4. Kühner. T. II. §. 673. (Gr. schol. §. 581. et 583.) Sequens distichon mutuatus est Xenoph. e Theogn. v. 35. et 36. In deliciis hos versus habuisse Socratem apparet e Xen. Symp. II, 4. et Platon. Menon. p. 95. D., ubi iidem e Socratis ore proferuntur. Unde alter versus desumptus sit, non liquet.

§. 21. κἀγὼ δὲ] V. adnotata in I, 1, 3: κἀκεῖνος δέ. De omis-

Κἀγὼ δὲ μαρτυρῶ τούτοις· ὁρῶ γὰρ, ὥςπερ τῶν ἐν 21
μέτρῳ πεποιημένων ἐπῶν τοὺς μὴ μελετῶντας ἐπιλαν-
θανομένους, οὕτω καὶ τῶν διδασκαλικῶν λόγων τοῖς
ἀμελοῦσι λήθην ἐγγιγνομένην. Ὅταν δὲ τῶν νουθε-
τικῶν λόγων ἐπιλάθηταί τις, ἐπιλέλησται καὶ ὧν ἡ
ψυχὴ πάσχουσα τῆς σωφροσύνης ἐπεθύμει· τούτων δ'
ἐπιλαθόμενον οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ τῆς σωφροσύνης
ἐπιλαθέσθαι. Ὁρῶ δὲ καὶ τοὺς εἰς φιλοποσίαν προα- 22
χθέντας καὶ τοὺς εἰς ἔρωτας ἐγκυλισθέντας ἧττον δυ-
ναμένους τῶν τε δεόντων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τῶν μὴ
δεόντων ἀπέχεσθαι· πολλοὶ γὰρ καὶ χρημάτων δυνά-

Spitzner. de versu her. p. 63 sqq. — Lectio K. *ποτὲ μὲν καλός* absurda est.

§. 21. *ἐγγιγν.*] A D E H *ἐγγιν.* V. Exc. I. — *ἐπεθύμει*] Sic Voss. 1. et Vind. 2, quibus accedit F., qui habet *ἐπέθυμει.* Alii *ἐπιθυμεῖ.* Male.

§. 22. *ἐγκυλ.*] Alii *ἐκκυλ.* Vide adn.

so *μέν* post *ὁρῶ*, cui §. 22. respondet *ὁρῶ δέ*, v. ad I, 1, 1. *ἀδικεῖ — ἀδικεῖ δέ*; de explicativo *γάρ* (*ὁρῶ γάρ*) v. ad I, 1, 6; de structura enuntiationis comparativae, per *ὥςπερ* inductae, modo ad §. 19. diximus.

ἐπιλέλησται καὶ ὧν ἡ ψυχὴ πάσχουσα] oblitus est etiam eorum, quibus antea animus affectus et agitatus temperantiam expetebat.

§. 22. *εἰς ἔρωτας ἐγκυλισθέντας*] De plurativo numero *ἔρωτας* (amores, Liebeshändel) v. adnotata in I, 1, 11. *ἀνάγκαις.* Lectio *ἐγκυλ.* habetur in edd. pr. et Paris. D. E. F. G. H. Stob. pro *ἐκκυλ.* Utriusque verbi usus et significatio non multum differt. Ruhnkenius cum vocabulo *ἐκκυλ.* comparat *ἐκφέρεσθαι*, *ἐξοκέλλειν*, *ἐξολισθάνειν*, *ἐκχεῖσθαι πρὸς ἡδονάς.*

ἐπιμελεῖσθαι] Sic in omnibus libris legitur. Thomas Mag. *Ἐπιμέλομαι κάλλιον ἢ ἐπιμελοῦμαι.* Cf. Moeridis Attic. Lexic. Att. p. 148. Piers. Hoc Atticistarum praeceptum sexcentis Xenophontis exemplis confutatur. Xenophon certe utraque forma utitur. Neque vero accedere possum sententiae A. Lobeckii, qui in Addendis ad Buttm. Gr. T. II. p. 242. non dubitavit contendere *ἐπιμέλεσθαι* apud Platonem nunquam, apud Xenophontem semel tantum tanquam lectionem variantem reperiri. Primum contra Atticistarum praeceptum colligamus ex his libris locos, in quibus contracta forma legitur: *ἐπιμελεῖσθαι* I, 2, 55. III, 2, 1. 3, 3. 4. 5, 3. 8. (in omnibus locis sine var.); *ἐπιμελούμενος* II, 4, 1. (F. *ομένους*) III, 5, 8. et 15. (duo codd. *όμενος*); *ἐπιμελῆται* III, 2, 3. (sine var.); *ἐπεμελεῖτο* II, 9, 4. (sine var.). Iam sequuntur loci, qui refragantur Lobeckii sententiae: *ἐπιμέλεσθαι* in his quidem libris non legitur, sed in Cyrop. IV, 5, 46. in optimis codd. habetur; *ἐπιμέλονται* II, 4, 7. (unus L *οὖνται*); *ἐπιμελόμενος* II, 6, 18. (in A B C F), 7, 7. (Steph. et C *ούμενος*), 8, 4. (F. *ούμενος*), III, 1, 3. (in A B C H K), 4, 12. 6, 14. 7, 2. (in omnibus his locis sine

μενοι φείδεσθαι, πρὶν ἐρᾶν, ἐρασθέντες οὐκέτι δύνανται· καὶ τὰ χρήματα καταναλώσαντες, ὧν πρόσθεν ἀπείχοντο κερδῶν, αἰσχρὰ νομίζοντες εἶναι, τούτων οὐκ
23 ἀπέχονται. Πῶς οὖν οὐκ ἐνδέχεται σωφρονήσαντα πρόσθεν αὖθις μὴ σωφρονεῖν, καὶ δίκαια, δυνηθέντα πράττειν αὖθις ἀδυνατεῖν; Πάντα μὲν οὖν ἔμοιγε δοκεῖ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀσκητὰ εἶναι, οὐχ ἥκιστα δὲ σωφροσύνη· ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ σώματι συμπεφυτευμέναι τῇ ψυχῇ αἱ ἡδοναὶ πείθουσιν αὐτὴν μὴ σω-

§. 23. *καὶ δίκαια — ἀδυνατεῖν*] Haec in edd. pr. omissa Zeun. auctoritate Stob. Bessarionis, ed. Par. et Steph. genuina recte censet. F. habet *σωφρονήσαντας* et *δυνηθέντας*, idemque c.

var.), 7. (in Iunt. AGH), 11, 10. (unus A. *οὐμενος*). Unde patet Xenophontem utraque forma promiscue usum esse. — De seqq. participiis *ἀσυνδέτως* adiunctis v. adnotata in I, 1, 18.

κερδῶν] Eadem contracta forma Cyrop. VIII, 1, 26. *κερδῶν*. Anab. I, 2, 25. Hellen. IV, 6, 5. 8. VI, 5, 16. *ὀρῶν*. Etiam Cyrop. III, 2, 1. cum Guelph. et Par. AB legendum est *ὀρῶν*; porro *βελῶν* Hellen. IV, 3, 23. Cyrop. III, 3, 58. 61. 69. 70. IV, 1, 3. E quibus locis apparet veterum grammaticorum de hac forma praeceptum vehementer vacillare. Tradit enim Suidas in v. *ἀνθέων*: *Ἀνθέων, τὴν γενικὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί — καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς —, οὕτως δὲ καὶ βελέων καὶ ὀρέων καὶ ἕτερα πλείονα Ξενοφῶν διαιρεῖ.* Cf. Herodian. p. 456. ed. Piers.: *Ἀνθέων γραπτέον καὶ μὴ ἀνθῶν, ὡς γενῶν καὶ βελῶν.* Solutae formae exempla leguntur: *κερδέων* Hellen. II, 4, 21. 40. et Cyrop. IV, 2, 45. cum Guelph. et Parr. restituerunt recte recentiores edd.; *ὀρέων* Anab. I, 2, 21. III, 5, 18. IV, 1, 7. 11. Atque in forma *ἀνθέων* omnes Attici consplrare videntur, quanquam de Venat. V, 5. lectio *ἀνθῶν* secundum librorum testimonium a Sauppio recepta est. Cf. Poppone m et Bornemannum ad Cyrop. III, 3, 58. Bornemannum et Krügerum ad Anab. I, 2, 25. et Gramm.

§. 23. *Πῶς οὖν οὐκ ἐνδέχεται*] qui igitur fieri non potest. Infra IV, 7, 9: *μανθάνοντας ὅσα ἐνδέχοιτο.* III, 9, 4: *προαιρουμένους ἐκ τῶν ἐνδεχομένων*, deligentes ex iis, quae fieri possunt. V. Stallbaum. ad Plat. de Rep. VI. p. 501. C. De sententia conferendus est Platon. Theag. p. 130. A.

ἀσκητὰ] Weiskius coniectura edidit *ἀσκητέα*: quod recte reiecit Schneiderus, haec contra monens: Hoc ipsum erat demonstrandum, virtutem esse *ἀσκητήν*; ex eo enim per se consequitur eam *ἀσκητέαν* esse. Iacobsius in Socrate p. 22. explicat per *ἀσκήσεως δεῖσθαι.* Virtus e Socratis sententia ut adhibita exercitatione comparari, augeri et perfici, ita omissa exercitatione minui, debilitari et amitti potest.

οὐχ ἥκιστα] *ἀλλὰ μάλιστα*, ut saepius legitur apud Herodotum, ut II, 43. Infra §. 32: *πολλοὺς μὲν τῶν πολιτῶν καὶ οὐ τοὺς χειρίστους ἀπέκτεινον.*

φρονεῖν, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἑαυταῖς τε καὶ τῷ σώματι χαρίζεσθαι.

Καὶ Κριτίας δὴ καὶ Ἀλκιβιάδης, ἕως μὲν Σω- 24
κράτει συνήστην, ἐδυνάσθην, ἐκείνῳ χρωμένω συμμάχῳ, τῶν μὴ καλῶν ἐπιθυμιῶν κρατεῖν· ἐκείνου δ' ἀπαλλαγέντε, Κριτίας μὲν φυγὼν εἰς Θετταλίαν, ἐκεῖ συνῆν ἀνθρώποις ἀνομίᾳ μᾶλλον ἢ δικαιοσύνῃ χρωμένοις· Ἀλκιβιάδης δ' αὖ διὰ μὲν κάλλος ὑπὸ πολλῶν καὶ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος, διὰ δύναμιν

H. τἀγαθά. — Dein Par. D. ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ. — καὶ τῷ σώματι] Sic Zeun. e Stob. et Par. D. F. pro καὶ σώμ.

§. 24. ἀπαλλαγέντε] Sic Par. Steph. F. M. pro ἀπαλλαγέντες. — Mox F. διὰ δὲ δύναμιν τήν. At v. adn.

V. Matth. Gr. T. II. §. 463. Kühner. T. II. §. 590. h.

σωφροσύνη] Exspectes articulum; at v. Gr. T. II. §. 485. not. 1. (Gr. schol. §. 421. not. 1.) Infra III, 9, 5: δικαιοσύνη — σοφία ἐστί. IV, 6, 7: Ἐπιστήμη ἆρα σοφία ἐστίν; Haec atque alia congessit Bornemannus ad Apol. 1. p. 33.

αἱ ἡδοναί] Sic apud Romanos voluptates dicuntur pro cupiditatibus voluptatis. De numero plurativo v. ad I, 1, 11.

§. 24. Καὶ Κριτίας δή] Particula δή saepe inservit resumendae orationi interruptae, et quidem ita, ut significet iam, ut rem paucis complectar. Nam postquam Xenophon mentionem de Critiae et Alcibiadis intemperantia factam (§. 12—16) inserta disquisitione de universa temperantiae natura interrupit, iam ad propositum redit, breviterque demonstrat illorum virorum intemperantiam non esse tribuendam Socrati. Cf. infra §. 56. et 58. V. de illa particula Hartung. gr. Part. T. I. p. 261. Cf. nos in Gr. §. 691. p. 388. (Gr. schol. §. 591. B.) Alia vi hae particulae usurpantur infra II, 6, 7., ubi v. adnotata.

ἀπαλλαγέντε] De hoc nominativo participii per τὸ σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος addito v. Rost. §. 131, 6. Kühner. T. II. §. 678, 2. (Gr. schol. §. 586, 2.) Cf. infra II, 1, 4. et quos locos affert Krügerus ad Anab. II, 4, 1. p. 112 sq., qui hanc structuram appellat appositionem partis ad totum.

φυγὼν εἰς Θετταλίαν] Cf. Hellen. II, 3, 36.

ἀνομίᾳ] Omnino tota gens Thessalorum tum infamis erat summa licentia vivendi, protervitate, levitate, fraudulentia, aliis vitiis. Cf. Platon. Criton. p. 53. D., ubi v. Fischerum.

δ' αὖ] V. adnotata in I, 2, 12. Mox de collocatione vocalarum μὲν — δέ in verbis διὰ μὲν κάλλος — διὰ δύναμιν δέ v. ad I, 1, 12.

κάλλος] Hoc nomen abstractum, licet certam quandam pulchritudinem significare videatur, ob eam causam articulo destitutum puto, quod verbi quasi notationem habet; διὰ κάλλος enim idem fere valet, quod διὰ τὸ καλὸν εἶναι. Cf. infra III, 3, 11: διὰ λόγου μανθάνειν, animi sensus oratione expromendo. Cf. ad I, 1, 9.

πολλῶν καὶ σεμνῶν γυ-

δὲ τὴν ἐν τῇ πόλει καὶ τοῖς συμμάχοις ὑπὸ πολλῶν καὶ δυνατῶν κολακεύειν ἀνθρώπων διαθρυπτόμενος, ὑπὸ δὲ τοῦ δήμου τιμώμενος, καὶ ῥᾳδίως πρωτεύων, ὥςπερ οἱ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἀθληταὶ ῥᾳδίως πρωτεύοντες ἀμελοῦσι τῆς ἀσκήσεως, οὕτω κἀκεῖνος ἠμέ-
25 λησεν αὑτοῦ. Τοιούτων δὲ συμβάντων αὐτοῖν, καὶ ὠγκωμένω μὲν ἐπὶ γένει, ἐπηρμένω δ' ἐπὶ πλούτῳ, πεφυσημένω δ' ἐπὶ δυνάμει, διατεθρυμμένω δὲ ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις διεφθαρμένω,

δυνατῶν κολακ.] Vind. 2. omittit δυνατῶν. V. adn. §. 26. παρέσχε] A B C D K. παρέσχετο; F. παρέσχε σωφρονεῖν.

ναικῶν] Paullo post πολλῶν καὶ δυνατῶν. Infra II, 9, 6: πολλὰ καὶ πονηρά. III, 11, 4: θεραπαίνας πολλὰς καὶ εὐειδεῖς. IV, 2, 35: πολλὰ καὶ χαλεπά. Anab. IV, 6, 27. Etiam inverso ordine, ut Lys. p. 753: πονηροὶ καὶ πολλοί. Aeschin. c. Ctesiph. p. 592: ἄφθονα καὶ πολλά. Porro compar. et superlat., ut πλείω καὶ μείζω, πλεῖστοι καὶ βέλτιστοι. Inverso ordine infra III, 5, 3: μείζω καὶ πλείω. Hellen. IV, 2, 5. Cyrop. I, 4, 17: βελτίστους καὶ πλείστους. V, 3, 44. VIII, 1, 12. Plat. Phaedr. p. 234. E: μείζω καὶ πλείω. Alcib. I. p. 123. A: μέγισται λήψεις καὶ πλεῖσται. Scilicet Graeci et Latini notionem multitudinis non tanquam externum quiddam et in sola comparatione cum aliis rebus positum, sed tanquam internum quoddam in rebusque ipsis inhaerens attributum spectaverunt et idcirco cum alio vocabulo attributivo per καί coniungere soliti sunt. Cf. Hermannum ad Vig. 323. p. 838. Strangium in Lips. Diar. lit. Suppl. 1836. p. 343. Lübckerum in: Gramm. Studien, I. p. 49. Lobeckium in Paralip. p. 60. Matthiae. Gr. II. §. 444, 4. Kühner. II. §. 726, 3. et 727. not. 2. (Gr. schol. §. 613. not. 2.)

δυνατῶν κολακεύειν] In verbo κολακεύειν complures editores haeserunt, ut id exterminandum censerent. Ac Weiskius quidem verba πολλαὶ καὶ σεμναὶ γυναῖκες et πολλοὶ καὶ δυνατοὶ ἄνθρωποι inter se referri sibique invicem opponi statuit: quod si scriptor voluisset, sine dubio non ἄνθρωποι, sed ἄνδρες scripsisset. Equidem nihil video difficultatis lectionemque firmissimo pede stare arbitror. Scilicet per τοὺς δυνατοὺς κολακεύειν non sunt intelligendi homines blandiendi et adulandi arte insignes (οἱ δεινοὶ s. ἱκανοὶ κολακεύειν), qui ab hoc loco alienissimi sunt, sed homines potentes in blandiendo Alcibiadi et adulando, h. e. homines, qui blandiendo magnam in Alcibiadis animum habebant vim. Nam Alcibiades a prima iuventute hominum blanditiis ita erat adsuefactus, ut, vulgaribus adulatoribus spretis, eorum tantum assentationem sectaretur, qui et ipsi vel ingenii gloria florebant, vel rerum gestarum splendore eminebant, vel munerum amplitudine auctoritateque conspicui erant. Tales viri h. l. dicuntur δυνατοὶ κολακεύειν. Bornemannus haec verba de sociis potissimum intelligenda putat, praeter populum etiam eos adulantibus, qui magna apud plebem auctoritate valerent, coll. de Rep. Ath. I, 18.

καὶ πολὺν χρόνον ἀπὸ Σωκράτους γεγονότε, τί θαυμαστὸν, εἰ ὑπερηφάνω ἐγενέσθην; Εἶτα, εἰ μέν τι 26
ἐπλημμελησάτην, τούτου Σωκράτην ὁ κατήγορος αἰτιᾶται; ὅτι δὲ νέω ὄντε αὐτώ, ἡνίκα καὶ ἀγνωμονεστάτω καὶ ἀκρατεστάτω εἰκὸς εἶναι, Σωκράτης παρέσχε σώφρονε, οὐδενὸς ἐπαίνου δοκεῖ τῷ κατηγόρῳ ἄξιος εἶναι; Οὐ μὴν τά γε ἄλλα οὕτω κρίνεται· τίς 27
μὲν γὰρ αὐλητής, τίς δὲ καὶ κιθαριστής, τίς δὲ ἄλλος διδάσκαλος ἱκανοὺς ποιήσας τοὺς μαθητάς, ἐὰν

§. 27. καὶ κιθαριστής] Born. c. F. eiecit καί. Dein pro ἱκανοὺς ποιήσας edd. ante Steph. et Par. A B C D H ἱκ. ποιῆσαι. Brod. correx. ἱκανὸς ποιῆσαι.

διαθρυπτόμενος] Aptum vocabulum de eo, qui assentatione quasi emollitur, frangitur et corrumpitur. Cyrop. VII, 2, 23: ὑπὸ πλούτου διαθρυπτόμενος — καὶ ὑπ' ἀνθρώπων, οἵ με κολακεύοντες ἔλεγον κτλ.

οὕτω καὶ κεῖνος] Licet subiectum iam antecesserit, saepe tamen, inprimis in oppositione, cum vi quadam ponitur pronomen demonstrativum, praegressum subiectum graviter repetens. Cf. IV, 2, 25. Hellen. II, 4, 41. Iam apud Homerum, ut Il. II, 474. XVI, 428 — 430. Extra comparationem Cyrop. I, 4, 19: οἷ, ἢν ἐπ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑποτεμοῦνται ἡμᾶς πάλιν ἐκεῖνοι. R. L. X, 4: ὃς ἐπειδὴ κατέμαθεν, ὅτι — οὐχ ἱκανοί εἰσι τὰς πατρίδας αὔξειν, ἐκεῖνος ἐν τῇ Σπάρτῃ ἠνάγκασε δημοσίᾳ πάντας πάσας ἀσκεῖν ἀρετάς. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 472, b. Kühner. T. II. §. 632.

§. 25. καὶ ὠγκωμένω] V. ad I, 1, 18: ὅρκον ὁμόσας — ἐπιστάτης γενόμενος.

ἀπὸ Σωκράτους γεγονότε] Sic praepositio scribebatur ante Bornemann., qui accentu mutato scripsit ἄπο. Frustra. Nam profecto idonea ratio exputari non potest, cur haec praepositio, si per ἄπωθεν explicari possit, accentum retrahere debeat: praepositionis enim vis eadem et sine dubio eadem pronuntiatio manet, sive cum verbis motionis, sive cum verbis quietis construitur. Fuerunt quidem iam veteres Grammatici Graeci, qui accentus ἀναστροφὴν probarent, adversantibus tamen Aristarcho et Herodiano (Schol. Ven. IV, 46, 77. VII, 152. Bekker. Anecd. p. 931.) V. C. Göttling. Allgem. Lehre v. Accent d. gr. Spr. Ien. 1835. p. 380. K. Lehrsium in Quaestion. epic. Regim. Boruss. 1837. p. 94 sqq. Cf. nos in Gr. T. II. §. 598. p. 269.

§. 26. Εἶτα] Εἶτα et ἔπειτα in interrogationibus indignationis, ironiae, admirationis usurpata significant ex antecedentibus consequutionem non exspectatam duci: tamen. Cf. I, 4, 11. II, 7, 5. 6. 7. init. 13. III, 6, 15. Maiore vi dicitur κἄπειτα, ut Cyrop. II, 2, 31: κἄπειτα τοιοῦτον ὄντα οὐ φιλεῖς αὐτόν; Symp. IV, 2., ubi v. Herbstium. V. nos in Gr. T. II. §. 835, 6 (Gr. schol. §. 696, 6.) Latini scriptores hac vi usurpant particulas et tamen vel simpliciter et, ut Cicer. Tuscul. I, 38, 92: et dubitas — ? ubi v. adnotata p. 142.

§. 27. Οὐ μὴν] V. adnotata in I, 2, 5. — De sqq. ἀλλ' οὐχ κτλ. v. ad I, 2, 2: Ἀλλ' ἔπαυσε μέν.

πρὸς ἄλλους ἐλθόντες χείρους φανῶσιν, αἰτίαν ἔχει τούτου; τίς δὲ πατήρ, ἐὰν ὁ παῖς αὐταῦ συνδιατρίβων τῳ σώφρων ᾖ, ὕστερον δὲ ἄλλῳ τῳ συγγενόμενος πονηρὸς γένηται, τὸν πρόσθεν αἰτιᾶται; ἀλλ' οὐχ ὅσῳ ἂν παρὰ τῷ ὑστέρῳ χείρων φαίνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπαινεῖ τὸν πρότερον; ἀλλ' οἵ γε πατέρες αὐτοὶ συνόντες τοῖς υἱέσι, τῶν παίδων πλημμελούντων,
28 οὐκ αἰτίαν ἔχουσιν, ἐὰν αὐτοὶ σωφρονῶσιν. Οὕτω δὲ καὶ Σωκράτην δίκαιον ἦν κρίνειν· εἰ μὲν αὐτὸς ἐποίει τι φαῦλον, εἰκότως ἂν ἐδόκει πονηρὸς εἶναι·

αὐτοὶ συνόντες] Sic verissime Ern. e codd. dedit pro *αὐτοῖς*.

ἀλλ' οἵ γε πατέρες] Bornemannus in editione min. et Sauppius comparant h. l. cum §. 12: *Ἀλλ' ἔφη γε*. At, si hos locos accuratius examinamus, patet diversam esse utriusque loci rationem. Illo loco particula *γέ* vim habebat concessivam (v. adnotata), hoc autem loco vim auctivam, nec ad totam enuntiationem, sed ad unum vocabulum *πατέρες* pertinet. At ne ipsi parentes quidem, si ipsi modesti et sobrii sunt, quamvis filios semper secum habeant, ob eorum delicta accusantur; quomodo igitur magistri, modestiae dediti, poterunt culpam sustinere discipulorum delinquentium, quum eos multo minus quam parentes secum habeant?

§. 28. *εἰ μὲν αὐτὸς ἐποίει — ἂν ἐδόκει*] De imperf. v. ad I, 1, 15. Quod autem sequitur: *εἰ δ' αὐτὸς σωφρονῶν διετέλει*, est vere factum, et idcirco per indicativum imperfecti vertendum: si autem temperantiam exercebat, quomodo iure vitii, quod in ipso non inerat, culpam sustineat? De optativo cum *ἄν* in apodosi post *εἰ* cum indicativo coniunctum v. Bornemannum ad Sympos. IV, 10. et ad V, 7. p. 162. et nos in Gr. T. II. §. 811. b. (Gr. schol. §. 679. b. p. 383.) Cf. infra II, 2, 7. 5, 4: *εἴ γε ταῦτα τοιαῦτά ἐστι, καλῶς ἂν ἔχοι*. II, 2, 3., ubi v. adn. 6, 14. III, 6, 14. IV, 2, 31. Huc etiam referendi sunt loci, qualis III, 6, 14: *εἴ τις ἓν τάλαντον μὴ δύναιτο φέρειν, πῶς οὐ φανερόν* (scil. *ἐστίν*), *ὅτι κτλ.*

§. 29. *Κριτίαν μὲν τοίνυν*] Particula *μέν* addita est, quia Xenophon in mente habet posthac etiam de Alcibiade verba facere. Particula *τοίνυν* h. l., ut saepe alias (cf. I, 3, 1.), vim habet *μεταβατικήν*, h. e. transitum significat. V. Hartung. griech. Partik. T. II. 348 sq. Schneiderum ad Cyrop. I, 1, 2. et Bornemannum ad eund. loc. p. 3. ed. Goth. et ad Cyrop. I, 3, 16. p. 45. ed. Lips. 1838. Stallbaum. ad Plat. de Rep. VII. p. 518. D. VIII. p. 564. E. Kühner. Gr. T. II. §. 758, 1. (Gr. schol. §. 632, 1.)

Εὐθυδήμου] Est idem, qui infra IV, 2, 1. *Εὐθύδημος ὁ καλός* appellatur. V. Cobetum Prosop. p. 66. Diversus ab hoc est ille, qui infra 3, 1. commemoratur.

πειρῶντα χρῆσθαι] Activam formam *πειρᾶν* h. l. pro mediali forma *πειρᾶσθαι* (conari) Herodoti et Thucydidis

εἰ δ' αὐτὸς σωφρονῶν διετέλει, πῶς ἂν δικαίως τῆς οὐκ ἐνούσης αὐτῷ κακίας αἰτίαν ἔχοι;

Ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς πονηρὸν ποιῶν ἐκείνους 29
φαῦλα πράττοντας ὁρῶν ἐπῄνει, δικαίως ἂν ἐπετιμᾶτο. Κριτίαν μὲν τοίνυν αἰσθανόμενος ἐρῶντα Εὐθυδήμου καὶ πειρῶντα χρῆσθαι, καθάπερ οἱ πρὸς ταφροδίσια τῶν σωμάτων ἀπολαύοντες, ἀπέτρεπε φάσκων ἀνελεύθερόν τε εἶναι καὶ οὐ πρέπον ἀνδρὶ καλῷ κἀγαθῷ, τὸν ἐρώμενον, ᾧ βούλεται πολλοῦ ἄξιος φαίνεσθαι, προσαιτεῖν ὥςπερ τοὺς πτωχοὺς ἱκετεύοντα καὶ δεό-

§. 29. ἐπετιμᾶτο] Iunt. Ald. G. ἐπιτιμᾶτο: in quo Born. latere putat lectionem codicis F. ἐπιτιμῶτο.

(v. Popponem ad Thuc. Part. I. Vol. I. p. 186.) exemplo a Xenophonte usurpatam esse statuit Bornemannus, quanquam addit infinitivum χρῆσθαι de interpretamento suspectum videri. Etiam Sauppius πειρῶντα pro πειρώμενον accipit; sed video nunc e Seebodii Annal. phil. 1839. p. 219 sq. eum iam sententiam suam mutasse. At quum hic formae activae usus a Xenophonte alienus esse videatur, equidem, deleta distinctione post Εὐθυδήμου, verba Κριτίαν αἰσθανόμενος ἐρῶντα Εὐθυδήμου καὶ πειρῶντα (sc. αὐτὸν) χρῆσθαι sic explicanda censeo: quum Socrates animadverteret Critiam Euthydemi amore captum esse eumque (s. eius pudicitiam) tentare, ut eo frueretur, καθάπερ — ἀπολαύοντες. Πειρᾶν τινα, ut Lat. tentare, significare ad amorem pellicere, pudicitiam tentare, satis constat. Hieron. XI, 11: καὶ τοὺς καλοὺς οὐ πειρᾶν, ἀλλὰ πειρώμενον ὑπ' αὐτῶν ἀνέχεσθαι ἄν σε δέοι, pulchros non tentare, sed tentari ab iis pati te necesse sit. Cyrop. V, 2, 28. V. Moerid. Lexic. Att. p. 310. ibique Piersonum et Stallbaumium ad Plat. Phaedr. p. 227. C. p. 6. Xenoph. Comment.

Verbum χρῆσθαι de turpi consuetudine saepius dicitur. Rp. Lac. II, 12: τῇ ὥρᾳ χρῶνται, ubi Haasius contendit Symp. VIII, 15: μορφῆς χρῆσις, ibid. 28: σώματος χρῆσις, 36: τῷ εἴδει τοῦ ἐρωμένου χρώμενος, Coraium ad Heliodor. Aegypt. p. 31.

ᾧ βούλεται] De indicativo praesentis in oratione obliqua post praeteritum posito v. adnotata in I, 1, 13.

προσαιτεῖν] Hoc verbum proprium est de mendicis. Oecon. XX, 15: προσαιτῶν διανοεῖται βιοτεύειν. Plat. Phaedr. p. 233. D: τοὺς προσαιτοῦντας καὶ τοὺς δεομένους πλησμονῆς. Id. Symp. p. 203. B. Locus nostro consimilis legitur in Sympos. VIII, 23.

ὥςπερ τοὺς πτωχοὺς] Per attractionem pro: ὥςπερ οἱ πτωχοί (sc. προσαιτοῦσιν). V. nos in Gr. T. II. §. 830, 3. (Gr. schol. §. 691, 3.) Cf. adnotata nostra ad §. 19. Neque aliter apud Latinos, ut Cicer. de Amic. I, 1: te suspicor iisdem rebus, quibus me ipsum, interdum gravius commoveri. V. nos ad Cicer. Tusc. I, 17, 39.

ἱκετεύοντα καὶ δεόμενον] Haec duo participia refe-

30 μενον προσδοῦναι, καὶ ταῦτα μηδενὸς ἀγαθοῦ. Τοῦ δὲ Κριτίου τοῖς τοιούτοις οὐχ ὑπακούοντος, οὐδὲ ἀποτρεπομένου, λέγεται τὸν Σωκράτην, ἄλλων τε πολλῶν παρόντων καὶ τοῦ Εὐθυδήμου, εἰπεῖν, ὅτι ὑϊκὸν αὐτῷ δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας, ἐπιθυμῶν Εὐθυ-
31 δήμῳ προσκνῆσθαι, ὥσπερ τὰ ὕϊδια τοῖς λίθοις. Ἐξ ὧν δὴ καὶ ἐμίσει τὸν Σωκράτην ὁ Κριτίας, ὥστε καί,

§. 30. *ὑϊκὸν αὐτῷ δοκοίη*] V. adn. — *προσκνῆσθαι*] Sic correxit Buttm. ad Plat. Gorg. p. 522. ed. Hdrf. vulgatum *προσκνήσασθαι*; Ald. Steph. M. et H. sec. m. habent *προσκνᾶσθαι*; Par. H. et Iunt. *προσκνίσθαι*. — *ὕϊδια*] Buttm. Gr. II. p. 335. scribendum censet *ὕδια*: ad quod etiam lectio Iunt. Ald. E. G. *ἴδια* ducere videtur. K. F. Hertlinus in Zimmerm. Ann. lit. antiq. p. 596. laudat Bachmanni Anecd. V. I. p. 393, ubi noster locus affertur. Veteres grammatici consentienti voce tradunt diphthongum *υι* non usurpari nisi ante vocalem. Quam quirenda sunt ad verbum *προσαιτεῖν*. Zeunius post prius participium posuit comma, ut *ἱκετεύοντα* ad *προσαιτεῖν*, *δεόμενον* ad *προσδοῦναι* referendum significaret. At recte contra monet Bornemannus Graecos omnino saepe similia coniunxisse (coll. Plat. Apol. p. 34. C. Isocr. Archid. p. 174. 75 ed. Bekker. Antidos. p. 417. 34.) Sic in Xen. Symp. VIII, 23. *προσαιτῶν καὶ προσδεόμενος* coniungitur.

προσδοῦναι, καὶ ταῦτα μηδενὸς ἀγαθοῦ] H. e. ut sibi impertiat et quidem ex eo, quod non est honestum, vel aliquid eius, quod non est honestum (*φίλημα ἢ ἄλλο τι ψηλάφημα* Symp. VIII, 23). *Τὸ μηδὲν ἀγαθόν* est vitium, cuius quasi pars est flagitiosum illud amoris genus. Verbum *προσδοῦναι*, quod Langius apte vertit eine Beisteuer geben, eandem habet structuram, quam *μεταδοῦναι* aliaque id genus. Eurip. Cycl. 528: *οὐ χρή μ' ἀδελφοῖς τοῦδε προσδοῦναι ποτοῦ*; Finckhius in Diar. Darmst. 1829. p. 890. comparat Aristoph. Pac. 1111: *οὐδεὶς προσδώσει μοι σπλάγχνων*; V. Rost. §. 108. p. 516. Kühner. T. II. §. 519. p. 171. (Gr. schol. §. 447.)

§. 30. *Τοῦ δὲ Κριτίου — τὸν Σωκράτην — τοῦ Εὐθυδήμου — ὁ Κριτίας*] Articulus additus videtur ad oppositionis vim augendam. Nam usque ad h. l. quae leguntur in hac narratione nomina propria omnia articulo destituta erant.

ὅτι ὑϊκὸν αὐτῷ δοκοίη] Sic legitur in D. F. Florent. E., quibuscum consentiunt Phot. lex. Porson. p. 532. Lips. et Suidas T. III. p. 527, qui exhibent *ὅτι ὑεικὸν αὐτῷ δοκοίη*. Iunt. Ald. Steph. et reliquae edd. ante Zeun. habent: *ὅτι ὑϊκὸν δοκοίη*. Valkenarius legendum suspicatur: *ὅτι οἱ ὑϊκὸν δοκοίη*: quod cum Zeunio recepit Schneiderus, addita tamen vocula *τι*. Unus cod. repraesentat *ὅτι τι ὑϊκόν*: cuius auctoritate permotus Bornemannus edidit: *ὅτι ὑϊκόν τι αὐτῷ δοκοίη*: equidem non multum ponderis in hac auctoritate ponendum puto, praesertim quum illud *τι* ex antecedenti *ὅτι* facile nasci potuerit. Minime autem post neutrum *ὑϊκόν* desiderari vocabulum *τι* docte et copiose docuit F. V. Fritzschius in

ὅτε τῶν τριάκοντα ὧν νομοθέτης μετὰ Χαρικλέους ἐγένετο, ἀπεμνημόνευσεν αὐτῷ, καὶ ἐν τοῖς νόμοις ἔγραψε λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν, ἐπηρεάζων ἐκείνῳ καὶ οὐκ ἔχων, ὅπῃ ἐπιλάβοιτο, ἀλλὰ τὸ κοινῇ τοῖς φιλοσόφοις ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπιτιμώμενον ἐπιφέρων αὐτῷ, καὶ διαβάλλων πρὸς τοὺς πολλούς· οὐδὲ γὰρ ἔγωγε οὔτε αὐτὸς τοῦτο πώποτε Σωκράτους ἤκουσα,

dem opinionem commentum esse a grammaticis excogitatum demonstrare studet G. Hermannus in Opusc. Vol. III. p. 71 sq.

§. 31. *οὐδὲ γὰρ*] V. adn. Weisk. non recte ante hanc enuntiationem nonnulla excidisse putat; nec magis recte Wolfius ante haec et ante *ἐδήλωσε* lacunae signa posuit. — F. omittit *τοῦτο* et post *ἄλλον* addit *τον*, quod Born. recepit, nulla cogente necessitate: quanquam K. F. Hertlinus l. d. p. 593. Bornemanni sententiae accessit.

Quaest. Lucian. p. 92 sqq. Sic infra II, 7, 13: *θαυμαστὸν ποιεῖς*. Anabas. I, 4, 18: *ἐδόκει δὲ θεῖον εἶναι*. Cyrop. V, 3, 2. Hell. VI, 2, 39: *σῶφρόν μοι δοκεῖ διαπράξεσθαι*. Plat. Legg. II. p. 657. A: *θαυμαστὸν λέγεις*. Symp. p. 175. A: *ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις*. V. Stallbaumium ad Plat. Phaedr. p. 274. C: *γελοῖον ῆρον* (i. e. *ἦρον τι, ὃ γελοῖόν ἐστιν*), Ios. Strangium in Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 357. Plurativo numero infra IV, 8, 6: *θαυμαστὰ λέγεις*. De vocabulo *νῑκόν* cf. Cyrop. V, 2, 17: *τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν ῥωμάτων καὶ τῆς πόσεως πάνυ αὐτοῖς νῑκὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι*.

§. 31. *τῶν τριάκοντα ὧν νομοθέτης μετὰ Χαρικλέους*] Cf. Hellen. II, 3, 2. ibid. §. 11. Ceterum e triginta tyrannis praeter Critiam, tyrannorum principem, solus Charicles nominatur, quia, cum Critia et paucis e triginta amice conspirans, magna posthac in re publica esse coeperat auctoritate et potentia.

ἀπεμνημόνευσεν αὐτῷ] *Ἀπομνημονεύειν τινί* tam in malam, quam in bonam partem (ut Il. XXIV, 428. Hesiod. Theog. 503. Thuc. I, 137, ubi v. Poppon. III, 1. p. 665.) dicitur, ut sit aut beneficium ab aliquo acceptum in memoriam revocare, aut nostrum: es Einem gedenken.

λόγων τέχνην] *Λόγων τέχνη* non ipsa quae vocatur rhetorica intelligenda est, sed universa de rebus vel publicis vel ad philosophiam aliaque literarum genera spectantibus disserendi disputandique ars; neque ad solum Socratem, sed ad omnes, qui discipulis huius generis artes tradebant, refertur. Hinc patet, cur articulus omissus sit.

ἐπηρεάζων ἐκείνῳ] Idem verbum infra III, 5, 16. legitur. Copiose de eo agit Wassius ad Thuc. I, 26, 3. Cf. Popponem Part. III. Vol. I. p. 222. Significat calumniis aliquem persequi.

τὸ κοινῇ τοῖς φιλοσόφοις ὑ. τ. π. ἐπιτιμώμενον] Cf. Plat. Apol. p. 18. B., ubi v. Stallbaum. Aristoph. Nub. 95—100. 113. et aliis huius fabulae locis. Vide Bornemannum et Herbstium ad Sympos. VI, 6.

οὐδὲ γὰρ ἔγωγε οὔτε αὐτὸς] Sic cum Schützio et

32 οὔτ' ἄλλου φάσκοντος ἀκηκοέναι ᾠσθόμην. Ἐδήλωσε δέ· ἐπεὶ γὰρ οἱ τριάκοντα πολλοὺς μὲν τῶν πολιτῶν καὶ οὐ τοὺς χειρίστους ἀπέκτεινον, πολλοὺς δὲ προετρέποντο ἀδικεῖν, εἶπέ που ὁ Σωκράτης, ὅτι θαυμαστόν οἱ δοκοίη εἶναι, εἴ τις γενόμενος βοῶν ἀγέλης νομεὺς καὶ τὰς βοῦς ἐλάττους τε καὶ χείρους ποιῶν μὴ ὁμολογοίη κακὸς βουκόλος εἶναι· ἔτι δὲ θαυμαστότερον, εἴ τις προστάτης γενόμενος πόλεως καὶ ποιῶν

§. 32. ἀπέκτεινον] F. ἀπέκτειναν. Male. — οἱ δοκοίη] Sic F. Cf. §. 30. Edd. pr. et ABCDEH. σοι δοκεῖ. — Edd. Castal. Steph. 2. Voss. 1. et Par. G. a sec. m. (a pr. m. μοι δ.) οἱ δοκεῖ. — αἰσχύνεται] V. adn.

§. 33. προαγορευομένων] H. e. si quid eorum ignoraretur, quae edicebantur. L. προσηγορ. et Steph. e corr.

Weiskio scribendum iudicavi. Vulgo et in DFL. legitur οὔτε γὰρ ἔγωγε οὔτε αὐτός, quod Bornemannus revocavit, allato loco Apologiae §. 24. At vero hic locus nihil probat: nam ibi oratio aperte est ἀνακόλουθος, h. e. alterum orationis membrum aliam ac prius membrum induit formam. E vulgari enim ratione dicendum erat: οὔτε γὰρ ἔγωγε — ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα, οὔτε τοὺς νέους διέφθαρκα; sed ob sententiae posteriore membro expressae gravitatem subito orationis formam mutat, quo maiore vi sententia efferatur. Sic infra II, 6, 19: οὔτε γὰρ τοὺς πονηροὺς ὁρῶ φίλους ἀλλήλοις δυναμένους εἶναι; tum sequitur post interiectas enuntiationes: ἀλλὰ μήν, ὥσπερ σὺ λέγεις, οὐδ' ἂν τοῖς χρηστοῖς οἱ πονηροί ποτε συναρμόσειαν εἰς φιλίαν pro οὔτε τοῖς χρηστοῖς φίλους δυναμένους εἶναι. Schneiderus cum Paris. A. B. C. G. m. pr. edidit: οὔτε γὰρ ἔγωγε αὐτός, deleto altero οὔτε. Heindorfius legendum coniicit οὐ γὰρ ἔγωγε οὔτε αὐτός. — Particulas οὐδὲ γάρ in negativis enuntiationibus pari modo ac καὶ γάρ in positivis usurpari constat. Cf. I, 4, 9. Confundi autem saepe in codd. particulas οὔτε et οὐδέ, μήτε et μηδέ, notum est. Cf. Haasium ad R. L. VIII, 2. p. 153. Ceterum particula γάρ rationem reddit sententiarum antecedentium, participiis ἐπηρεάζων — οὐκ ἔχων — ἐπιφέρων — διαβάλλων expressarum, in quibus haec latet sententia: non iusta causa Socratem insectans, sed falsis et fictis criminibus id Socrati obiiciens, quod tum vulgo philosophis a multitudine crimini dabatur (sc. eos artem tenere disserendo efficiendi, ut deterior causa superet meliorem, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν); neque enim ego ipse hoc (τὸ κοινῇ — ἐπιτιμώμενον) a Socrate audivi (sc. se talem artem profiteri), neque alius quisquam. Video nunc e Seebodii Annal. phil. 1839. p. 219. etiam Sauppium idem de h. l. sentire. Bornemannus cum Langio explicat sic: legem illam Socratis causa scriptam fuisse: tum antecedens γάρ referendum est ad sententiam mente supplendam, ut: haec est mea opinio; nam neque e Socrate neque ex alio audivi. Sed fateor tale additamentum mihi quidem admodum iciunum et inficetum videri.

§. 32. Ἐδήλωσε δέ] apparebat (δῆλον ἐγένετο), sc. Critiam insectari lege proposita So-

τοὺς πολίτας ἐλάττους καὶ χείρους μὴ αἰσχύνεται, μηδ' οἴεται κακὸς εἶναι προστάτης τῆς πόλεως. Ἀπαγ- 33
γελθέντος δὲ αὐτοῖς τούτου, καλέσαντες ὅ τε Κριτίας καὶ ὁ Χαρικλῆς τὸν Σωκράτην τόν τε νόμον ἐδείκνυτην αὐτῷ καὶ τοῖς νέοις ἀπειπέτην μὴ διαλέγεσθαι. Ὁ δὲ Σωκράτης ἐπήρετο αὐτὼ, εἰ ἐξείη πυνθάνεσθαι, εἴ τι ἀγνοοῖτο τῶν προαγορευομένων. Τὼ δ' ἐφάτην. Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, παρεσκεύασμαι μὲν 34

προηγορευμένων, quod in seqq. edd. migravit. Reduxi lectionem veterem, quae cur deseratur, nulla est causa. Sexcenties legitur τὰ λεγόμενα, ubi e Latinae linguae ratione exspectes τὰ λελεγμένα. Dein τὼ δ' ἐφάτην scripsit Ern. ex ed. Par. et Vind. 1. pro vulg. τὼ δὲ φάτην.

cratem. Cyrop. VII, 1, 30: ὡς οὐκ ἔστιν ἰσχυροτέρα φάλαγξ, — ἐδήλωσεν: ubi cf. Bornemannum in ed. Goth. p. 440. Andocid. or. IV. p. 30, 12: δηλώσει δὲ ἡ τῶν συμμάχων ἔχθρα πρῶτον, ὅταν — γένηται ναυτικὸς πόλεμος. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 360, 2. Kühner. T. II. §. 392. p. 10. (Gramm. schol. §. 338. b.) Langius refert ad Critiam, ut sententiae sic se excipiant: legem illam Socratis causa fuisse a Critia factam equidem non audivi, sed Critias ipse patefecit, quum Socrates eum cum bubulco comparasset. At v. adnotationem proxime antecedentem. De seq. γάρ explicativo post ἐδήλωσε δέ v. nos in Gr. §. 754. β. p. 453. (Gr. schol. §. 629.) Infra III, 4, 12. Symp. IV, 17: τεκμήριον δέ· θαλλοφόρους γὰρ κτλ.

οὐ τοὺς χειρίστους] V. §. 23. οὐχ ἥκιστα. De triginta tyrannorum saevitia v. Hellen. II, 3, 12 sqq. Cf. Sallust. Catil. LI, 28—31.

προετρέποντο ἀδικεῖν] Cf. Plat. Apol. p. 32. C.

βοῶν ἀγέλης νομεὺς κτλ.] Eadem imagine usus est Plato in Gorg. p. 516. A. B.

μὴ αἰσχύνεται, μηδ' οἴεται] Sic legitur in BCDFGHL (neque aliter intelligenda est lectio ed. Iunt. Ald. αἰσχύνοιται) pro vulgato αἰσχύνοιτο et οἴοιτο, quod est in Ald. Steph. et E. Indicativus post praegressum optativum: εἴ τις — μὴ ὁμολογοίη κακὸς βουκόλος εἶναι egregie sese habet. Primum enim oratio versatur in similitudine aliqua, h. e. in re cogitata, nunc autem in re vere facta, quam Socrates suis ipse viderat oculis. V. exempla a Bremio in Excurs. IX. ad Lysiae orat. p. 447. ed. Goth. allata. Cf. nos in Gr. T. II. §. 819. not. 5.

§. 33. καλέσαντες — ἐδείκνυτην — καὶ ἀπειπέτην] V. Rost. §. 100. e. Kühner. T. II. §. 426. not. 2. (Gr. schol. §. 371. not. 2.) Cf. II, 3, 18. — τὸν νόμον. §. 31: ἔγραψε λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν.

ἀπειπέτην μὴ διαλέγεσθαι] Infra IV, 4, 3: ἀπαγορευόντων αὐτῶν μὴ διαλέγεσθαι. de Rep. Laced. IX, 2: ὁ Λυκοῦργος τοῖς ἐλευθέροις τῶν μὲν ἀμφὶ χρηματισμὸν ἀπεῖπε μηδενὸς ἅπτεσθαι. V. Hermann. ad Viger. §. 271. p. 811. Rost. §. 135. p. 720. Kühner. T. II. §. 717, 2. (Gr. schol. §. 607, 2.)

§. 34. Ἐγὼ τοίνυν] Τοίνυν, ut particula μεταβατική

πείθεσθαι τοῖς νόμοις· ὅπως δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν λάθω τι παρανομήσας, τοῦτο βούλομαι σαφῶς μαθεῖν παρ' ὑμῶν· Πότερον τὴν τῶν λόγων τέχνην σὺν τοῖς ὀρθῶς λεγομένοις εἶναι νομίζοντες ἢ σὺν τοῖς μὴ ὀρθῶς ἀπέχεσθαι κελεύετε αὐτῆς; Εἰ μὲν γὰρ σὺν τοῖς ὀρθῶς, δῆλον ὅτι ἀφεκτέον εἴη τοῦ ὀρθῶς λέγειν· εἰ δὲ σὺν τοῖς μὴ ὀρθῶς, δῆλον ὅτι πειρατέον ὀρθῶς
35 λέγειν. Καὶ ὁ Χαρικλῆς ὀργισθεὶς αὐτῷ· Ἐπειδή, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἀγνοεῖς, τάδε σοι εὐμαθέστερα ὄντα προαγορεύομεν, τοῖς νέοις ὅλως μὴ διαλέγεσθαι. Καὶ

§. 34. *ἀφεκτέον εἴη*] Ed. Par. *ἀφ. αὐτοῦ εἴη.*

§. 35. *Ἐπειδή*] Sic Port. et Leuncl. correx. legiturque in plurimis codd. pro *ἐπειδάν*; idem error IV, 3, 4. Voss. 1. *ἐπεὶ*

(v. ad I, 2, 29.), nonnunquam usurpatur, quum quis alterius orationem celeriter et alacriter excipit, eique promto animo respondet, uti h. l. Gut! ich bin bereit den Gesetzen zu gehorchen. Cf. §. 35. 37. I, 6, 9., ubi Socrates ad interrogationem a se ipso propositam respondet: *Ἐγὼ τοίνυν διατελῶ ταῦτα νομίζων.* V. Hartung. griech. Partik. T. II. p. 350 sq. Cf. nos in Gr. T. II. §. 758, 2.

σὺν τοῖς ὀρθῶς λεγομένοις] H. e. *τὴν τῶν λόγων τέχνην* adiuvare ea, quae recte dicuntur. *Σύν τινι εἶναι* significat alicui auxilio esse. V. nos in Gr. gr. T. II. §. 601. p. 276. (Gr. schol. §. 521.)

δῆλον ὅτι ἀφεκτέον εἴη τοῦ ὀρθῶς λέγειν] Rarissima sunt exempla, in quibus post praesens in enuntiatione primaria positum (*δῆλόν ἐστιν*) *ὅτι* construitur cum optativo (*ἀφεκτέον εἴη*). Scilicet haec structura non usurpatur, nisi ubi scriptor alterius verba e tempore praeterito commemorat. Alias post praesens, perfectum et futurum *ὅτι* semper cum indicativo construitur, cuius rei rationem explicavi in Gr. gr. T. II. §. 769. p. 476.

πειρατέον ὀρθῶς λέγειν] Sententia totius loci haec est: Interdicitis artem dicendi (sic brevitatis causa *τὴν τῶν λόγων τέχνην* vertamus, quanquam non plane recte, uti apparet ex iis, quae ad §. 31. exposuimus). Quaeritur igitur, utrum artem recte dicendi intelligatis, an artem non recte dicendi. Si interdicitis artem recte dicendi, qualem ego exerceo, a recte dicendo abstinendum est: quod absurdum est; sin autem interdicitis artem non recte dicendi, qualem v. c. sophistae exercent, opera danda est recte dicendo, et probanda mea dicendi ratio, quae *ὀρθῶς λέγειν* docet. Nam utramque, et recte et non recte, dicendi artem a vobis interdici ne cogitari quidem potest. Ergo interdictum vestrum ad me quidem, qui recte dicendi artem discipulis meis trado, non pertinet.

§. 35. *ὡς ἄλλο τι ποιῶ*] Iacobsius in Socr. p. 27. explicat: *ὥστε με ἄλλο τι ποιεῖν.* Sauppius vertit: adeo, ut faciam. Mihi vero *ὡς* non finalis, sed comparativa coniunctio (wie) esse videtur.

μέχρι πόσων ἐτῶν] intra quot annos. Infra III, 5, 27: *μέχρι τῆς ἐλαφρᾶς ἡλικίας*, quam-

ὁ Σωκράτης· Ἵνα τοίνυν, ἔφη, μὴ ἀμφίβολον ᾖ, ὡς ἄλλο τι ποιῶ ἢ τὰ προηγορευμένα, ὁρίσατέ μοι, μέχρι πόσων ἐτῶν δεῖ νομίζειν νέους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους. Καὶ ὁ Χαρικλῆς· Ὅσον περ, εἶπε, χρόνον βουλεύειν οὐκ ἔξεστιν, ὡς οὔπω φρονίμοις οὖσι· μηδὲ σὺ διαλέγου νεωτέροις τριάκοντα ἐτῶν. Μηδέ, ἄν τι 36
ὠνῶμαι, ἔφη, ἢν πωλῇ νεώτερος τριάκοντα ἐτῶν, ἔρωμαι, ὁπόσου πωλεῖ; Ναὶ τά γε τοιαῦτα, ἔφη ὁ Χαρικλῆς· ἀλλά τοι σύ γε, ὦ Σώκρατες, εἴωθας εἰδὼς, πῶς ἔχει, τὰ πλεῖστα ἐρωτᾶν· ταῦτα οὖν μὴ ἐρώτα.

ταῦτ' ἀγνοεῖς.

§. 36. ἔφη ὁ Χαρ.] Sic Par. ed. et Steph. sec. Vulgo ἔφη Χαρ.

diu aetas agilis est. Anab. III, 1, 14: μέχρι τεττάρων ἡμερῶν, intra quattuor dies.

ὅσον περ, εἶπε] Rectae quae dicitur orationi obliquae plerumque interseritur ἔφη, non raro tamen εἶπε. Symp. III, 8: Τί γὰρ σύ, εἶπεν: ubi Bornemannus p. 93. comparat Symp. IV, 60. VIII, 4. Cyrop. I, 3, 18. 4, 27. VI, 3, 10. Apol. 6. et 21.

βουλεύειν] H. e. βουλευτὴν εἶναι. Cf. supra I, 1, 18.

τριάκοντα ἐτῶν] Ante trigesimum aetatis annum cives in senatum legi non poterant. V. C. Fr. Hermanni Lehrbuch d. gr. Staatsalterth. §. 109.

§. 36. ἄν τι ὠνῶμαι — ἢν πωλῇ] Schneiderus diversa particulae forma offensus pro ἢν commodius legi putat καί, nisi ἄν tempus, ἤν vero conditionem significare dicas. Utramque rationem nemo hodie probabit. Nam primum utramque formam eandem habere vim ne monere quidem opus est. Deinde illud καί, quod pro ἤν importare vult, importunissimum est. Scilicet si ratio enuntiationum conditionalium diversa est, ita quidem, ut altera ab altera pendeat, et quasi ei subiecta sit, vel altera alteri explicationis, illustrationis et accuratioris definitionis causa adiuncta est: particula conditionalis sine copula repetenda est. Sic h. l. emendi actio pendet ab actione vendendi. Aliquis emit, si quis vendit: id quod longe diversum est ab hoc: aliquis emit et aliquis vendit. Infra II, 3, 9: Θαυμαστά γε λέγεις, εἰ κύνα μέν, εἰ σοὶ ἦν ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος, — ἐπειρῶ εὖ ποιήσας πραΰνειν. Anab. III, 2, 31., ubi v. Bornemannum. (Ab his locis diligenter sunt seiungendi ii, in quibus per negligentiam quandam εἰ repetitum est, ut in Anab. III, 2, 35. Oecon. II, 15.) Neque aliter Latini, ut Cicer. de Finib. I, 3. V. nos in Gr. T. II. §. 823, 9. et ad Cicer. Tusc. V, 9, 24.

ἀλλά τοι] veruntamen. Particula restrictiva τοί intendit vim oppositionis (aber gewiſs). Eadem particularum iunctura infra II, 2, 7. III, 6, 10. Saepe hae particulae verbo aliquo interiecto dirimuntur, ut Cyrop. I, 5, 13: Ἀλλὰ πιστεύω τοι, at confido tamen, ubi v. Bornemannum p. 72. ed. Goth. V. nos in Gr. T. II. §. 705, 4. (Gr. schol. §. 597, 1.)

Μηδ' ἀποκρίνωμαι οὖν, ἔφη, ἄν τίς με ἐρωτᾷ νέος, ἐὰν εἰδῶ, οἷον ποῦ οἰκεῖ Χαρικλῆς; ἢ ποῦ ἔστι Κρι-
37 τίας; Ναὶ τά γε τοιαῦτα, ἔφη ὁ Χαρικλῆς. Ὁ δὲ Κριτίας· Ἀλλὰ τῶνδέ τοί σε ἀπέχεσθαι, ἔφη, δεήσει, ὦ Σώκρατες, τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων καὶ τῶν χαλκέων· καὶ γὰρ οἶμαι αὐτοὺς ἤδη κατατετρῖφθαι διαθρυλουμένους ὑπὸ σοῦ. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, καὶ τῶν ἑπομένων τούτοις, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ ὁσίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Χαρικλῆς, καὶ τῶν βουκόλων γε· εἰ δὲ μή, φυλάττου, ὅπως μὴ καὶ σὺ ἐλάττους τὰς βοῦς
38 ποιήσῃς. Ἔνθα καὶ δῆλον ἐγένετο, ὅτι, ἀπαγγελθέν-

ἐρωτᾷ νέος — ποῦ] Sic margo Steph., ed. Par. et codd. ABCDEHKLM. pro vulg. ἐρωτῶν τάχα ἐξετάσῃ ποῦ οἰκεῖ.

§. 37. καὶ τῶν τεκτόνων] F. καὶ τεκτ. — διαθρυλουμ.] διαθρυλλουμ. habent edd. V. ad c. 1, 2. — τῶν τοι-

§. 37. τῶνδε] De pronominum demonstrativorum vi praeparativa v. Gr. nostr. T. II. §. 631, 2. (Gr. schol. §. 357, 2.)

τῶν σκυτέων κτλ.] Brevius dictum pro: τῶν παραδειγμάτων τῶν ἀπὸ τῶν σκυτέων. Scilicet Socrates in disputationibus suis hanc sequi solebat consuetudinem, ut sententias vel praecepta sua exemplis et similitudinibus e communi vita, a fullonibus, coriariis, figulis, desumptis illustrare vel confirmare studeret, contrariam plane sophistis ingressus disserendi rationem, qui exemplorum et imaginum splendore ac magnificentia orationisque granditate auditorum animos praestringere quasi et captare studebant, et Socraticum dicendi genus tanquam quotidianum, tritum et humile deridebant, quum vim in hoc disserendi more latentem non perciperent. Cf. infra IV, 4, 5 sq. Plat. Symp. p. 221. E: ὄνους γὰρ κανθηλίους λέγει (Σωκράτης) καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτοτόμους καὶ βυρσοδέψας. Gorg. p. 491. A., ubi Sophista dicit: Νὴ τοὺς θεούς, ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύει. Cf. Prolegom. VI.

κατατετρῖφθαι διαθρυλουμένους ὑπὸ σοῦ] Bene Schützius: Puto enim eos tantum non semper in ore habitos iam contritos esse; sie müssen schon ganz abgenutzt sein, so oft führst du sie im Munde. Proprie dicuntur exempla contrita; sed h. l. verbum τρίβειν lepide ad ipsos homines, a quibus Socrates repetere solebat exempla, transfertur. Fr. Iacobsius in Socr. p. 28. comparat Lucian. Parasit. §. 43. T. VII. p. 134: οἱ περὶ ἀνδρίας ὁσημέραι διαλεγόμενοι καὶ κατατρίβοντες τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα.

τῶν ἑπομένων τούτοις] iis, quae cum istis exemplis cohaerent et coniuncta sunt, et ex iis consequuntur. Sic saepe verba τά τινι ἑπόμενα usurpantur. V. Plat. de Rep. III. p. 406. D. p. 412. VI. p. 486. D.

τος αὐτοῖς τοῦ περὶ τῶν βοῶν λόγου, ὠργίζοντο τῷ Σωκράτει.

Οἷα μὲν οὖν ἡ συνουσία ἐγεγόνει Κριτίᾳ πρὸς Σωκράτην, καὶ ὡς εἶχον πρὸς ἀλλήλους, εἴρηται. Φαίην δ' ἂν ἔγωγε μηδενὶ μηδεμίαν εἶναι παίδευσιν 39
παρὰ τοῦ μὴ ἀρέσκοντος. Κριτίας δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης οὐκ ἀρέσκοντος αὐτοῖς Σωκράτους ὠμιλησάτην, ὃν χρόνον ὠμιλείτην αὐτῷ, ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὥρμηκότε προεστάναι τῆς πόλεως· ἔτι γὰρ Σωκράτει συνόντες οὐκ ἄλλοις τισὶ μᾶλλον ἐπεχείρουν διαλέγεσθαι ἢ τοῖς μάλιστα πράττουσι τὰ πολιτικά. Λέγεται γὰρ 40
Ἀλκιβιάδην, πρὶν εἰκοσιν ἐτῶν εἶναι, Περικλεῖ ἐπι-

οὐτων] Sic D F H (sed hic sine τῶν) et Bessario pro vulg. τῶν δικαίων.

§. 39. ὠμιλείτην] F. ὠμιλησάτην. Male. — Dein διαλέγεσθαι ab eodem F. non minus male omittitur.

τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων] V. Bornemannum ad Apolog. §. 33. p. 77. ed. 1824. p. 352. ed. 1829., qui plura contulit exempla, in quibus post οἱ ἄλλοι, τὰ ἄλλα subsequenti nomini articulus additus est, ut Cyrop. I, 2, 2: καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα.

τῶν τοιούτων] H. e. et reliquorum. Sic legitur in D F H, qui τῶν omisit, pro vulg. τῶν δικαίων: quod Schützius interpretatur: deque iis, quae iustis sunt opposita.

καὶ τῶν βουκόλων γε] Hoc additur ob exemplum §. 32. allatum.

φυλάττου, ὅπως μὴ — ποιήσῃς] Sic in omnibus et editis et scriptis libris legitur. Est hic locus e multis iis, qui canoni Dawesiano, quo particularum ὅπως μή cum coniunctivo aoristi primi structura negatur, repugnat. Hic canon etiam ad ὅπως transfertur. At II, 1, 19. in plurimis libris legitur: ὅπως ἐχθροὺς χειρώσωνται. 10, 1: ἐπιμελῇ, ὅπως ἀνακομίσῃ, quod omnes libri tenent, praeterquam quod F. habet ὅπ. ἀνασώσῃ. Sed nolumus plura afferre ad confutandam regulam omni ratione destitutam. Si quis plura cupit, adeat Lobeckium ad Phryn. p. 716 sq. Krügerum ad Anab. I, 3, 14. C. E. Chr. Schneiderum ad Plat. Civ. T. II. p. 48. Popponem ad Thuc. Part. I. Vol. 1. p. 136 sq. P. II. Vol. 1. p. 422. P. III. Vol. 1. p. 336. et ad Xen. Cyr. III, 1, 27. p. 172 sq. Sauppium ad Comment. II, 1, 19. Rost. §. 122. not. 4. Kühner. T. II. §. 777.

§. 39. οὐκ ἀρέσκοντος αὐτοῖς — ὠμιλησάτην] Iunge: οὐχ ὠμιλησάτην.

οὐκ ἄλλοις τισὶ μᾶλλον — ἢ] Οὐ (μὴ) μᾶλλον ἤ est Latinorum non tam — quam. Cf. Thuc. II, 40. Demosth. pro Megalop. 10. p. 183. V. I. Strangium in Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 351.

§. 40. εἴκοσιν ἐτῶν — Περικλεῖ ἐπιτρόπῳ] Cf. Plat. Alcib. I. p. 104. B. p. 118. B.

τρόπῳ μὲν ὄντι ἐαυτοῦ, προστάτῃ δὲ τῆς πόλεως,
41 τοιάδε διαλεχθῆναι περὶ νόμων· Εἰπέ μοι, φάναι, ὦ Περίκλεις, ἔχοις ἄν με διδάξαι, τί ἐστι νόμος; Πάντως δήπου, φάναι τὸν Περικλέα. Δίδαξον δὴ πρὸς τῶν θεῶν, φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην· ὡς ἔγωγ' ἀκούων τινῶν ἐπαινουμένων, ὅτι νόμιμοι ἄνδρες εἰσίν, οἶμαι μὴ ἂν δικαίως τούτου τυχεῖν τοῦ ἐπαίνου τὸν μὴ εἰ-
42 δότα, τί ἐστι νόμος. Ἀλλ' οὐδέν τι χαλεποῦ πράγματος ἐπιθυμεῖς, ὦ Ἀλκιβιάδη, φάναι τὸν Περικλέα, βουλόμενος γνῶναι, τί ἐστι νόμος· πάντες γὰρ οὗτοι νόμοι εἰσίν, οὓς τὸ πλῆθος συνελθὸν καὶ δοκιμάσαν ἔγραψε, ῥᾴζον, ἃ τε δεῖ ποιεῖν καὶ ἃ μή. Πότερον δὲ τἀγαθὰ νομίσαν δεῖν ποιεῖν, ἢ τὰ κακά; Τἀγαθά,
43 νὴ Δία, φάναι, ὦ μειράκιον, τὰ δὲ κακὰ οὔ. Ἐὰν

§. 40. ἐαυτοῦ] Par. ADM αὐτοῦ. V. ad I, 2, 49.

§. 41. ὦ Περίκλεις] Iunt. Ald. E. G. ὦ Περίκλες, forma posteriorum scriptorum; F. ὦ Περίκλεες, forma tragicorum. V. nos in Gr. T. I. §. 284. not. 3. — Dein ἐγὼ ἀκούων ABCDFH. — νόμιμοι] Ed. Par. νομικοί, i. e. iuris consulti, ut Bessario vertit.

§. 42. οὐδέν τι] AD. οὐδέν τοι. Cf. §. 13. — Πότερον δὲ] Voss. 2. δέ omitt. — νομίσαν] V. adn. — τὰ δὲ κακὰ οὔ] AHKL. τὰ κακὰ δὲ οὔ: quod recepit Saupp. V. ad I, 1, 12.

§. 43. ὅσα ἂν] Sic Vatic. 1. Flor. BCE. Paris. G. F. pro vulg. ὅσα δ' ἄν. — Ed. Paris. ὅσα γ' ἄν. Cf. Var. Lectt. §. 4. — De lectione vulg. ὅσα δ' ἄν Gu. Dindorf.: „Invecta particula δέ ab librariis est non veterum, sed suae aetatis consuetu-

§. 41. Δίδαξον δὴ] Δή particula habet vim urgendi: iam, sine mora, sofort zur Sache. Infra II, 3, 11: λέγε δή μοι. Sed concludendi quoque vim habere potest, ut III, 6, 5: Λέξον δή, dic igitur. V. Hartung. gr. Partik. T. I. p. 260 sq. et nos in Gr. T. II. §. 691. B. (Gr. schol. §. 591. B.)

§. 42. οὐδέν τι] Recte Herbstius interpretatur nihil quicquam. Cf. Symp. IV, 21: ἦττόν τι με οἴει μεμνῆσθαι αὐτοῦ. V. nos in Gr. T. II. §. 633. (Gr. schol. §. 358, 2.)

πάντες γὰρ οὗτοι νόμοι εἰσίν] Per attractionis genus, tam Graecis quam Latinis scriptoribus usitatum, pro πάντα ταῦτά ἐστι νόμοι dictum (ut mox §. 43: καὶ ταῦτα νόμος ἐστί). Infra III, 11, 4: ἐάν τις — φίλος μοι γενόμενος εὖ ποιεῖν ἐθέλῃ, οὗτός μοι βίος ἐστί, hic mihi est victus. IV, 4, 13. (contra supra §. 41. et 42. legimus τί ἐστι νόμος;) Nostro loco consimilis est Anab. V, 4, 27: τὸν δὲ νέον σῖτον σὺν τῇ καλάμῃ ἀποκείμενον (ξῦριστον)· ἦσαν δὲ ζειαὶ αἱ πλεῖσται pro ἦν δὲ ζειαὶ τὰ πλεῖστα. Infra III, 11, 6: ὅτι ἂν ἐνταῦθα ἐμπέσῃ, τούτῳ τροφῇ χρῶνται attractio admissa non est, quia antecedit neutrum relativi ὅτι, cui respondet demonstrati-

δὲ μὴ τὸ πλῆθος, ἀλλ', ὥςπερ ὅπου ὀλιγαρχία ἐστίν, ὀλίγοι συνελθόντες γράψωσιν, ὅ τι χρὴ ποιεῖν, ταῦτα τί ἐστι; Πάντα, φάναι, ὅσα ἂν τὸ κρατοῦν τῆς πόλεως βουλευσάμενον, ἃ χρὴ ποιεῖν, γράψῃ, νόμος καλεῖται. Καὶ ἂν τύραννος οὖν κρατῶν τῆς πόλεως γράψῃ τοῖς πολίταις, ἃ χρὴ ποιεῖν, καὶ ταῦτα νόμος ἐστί; Καὶ ὅσα τύραννος ἄρχων, φάναι, γράφει, καὶ ταῦτα νόμος καλεῖται. Βία δέ, φάναι, καὶ ἀνομία τί 44
ἐστιν, ὦ Περίκλεις; Ἆρ' οὐχ ὅταν ὁ κρείττων τὸν ἧττω μὴ πείσας, ἀλλὰ βιασάμενος ἀναγκάσῃ ποιεῖν, ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκῇ; Ἔμοιγε δοκεῖ, φάναι τὸν Περικλέα. Καὶ ὅσα ἄρα τύραννος μὴ πείσας τοὺς πολίτας ἀναγκάζει ποιεῖν γράφων, ἀνομία ἐστί; Δοκεῖ μοι, φάναι τὸν Περικλέα· ἀνατίθεμαι γὰρ τὸ ὅσα τύ-

dinem sectantibus. Fallitur Bastius in Append. ad Epist. crit. p. 49. ὑποία δ' ἂν τύχῃ in Plat. (Symp. p. 199. B.) defendens," ubi omnes libri particulam δέ tenent. Scilicet cadentis graecitatis scriptores saepius δέ adiungunt relativis, ut ὅστις δέ, ὁποῖος δέ in sententiis indefinitis ad augendam notionem indefiniti (quicunque demum). Sed in superioribus scriptoribus praeter illum Platonicum nullum alium exagitare potui. Nam quos supra ad I, 1, 3. attuli locos: Commentar. I, 1, 15. Symp. II, 9. καὶ ὅστις δέ, nullo modo comparari possunt. In iis enim καί praemissum est; καὶ ὅστις δέ vertendum est et quicunque porro et δέ habet hic eandem vim copulativam, quam in reliquis exemplis, in quibus καὶ — δέ leguntur.

§. 44. τὸ ὅσα] Haec elegans Heindorfii coniectura confirmatur D et F. Vulgo τοι ὅσα.

vum τούτῳ. Sed etiam alias non raro apud Graecos negligitur attractio: cuius generis complura exempla contulit Borneman-nus ad Anab. I, 3, 18: ἔγωγε φημὶ ταῦτα μὲν φλυαρίας εἶναι. Cf. Rost. §. 99. e. Kühner. T. II. §. 421. not. 1. (Gr. schol. §. 367. not. 1.)

νομίσαν] Sic cum Herbstio et Sauppio pro vulgato ἐνόμισαν, quod etiam F habet, scripsi ex elegantissima Reiskii correctione, quam primus recepit Wolfius. Saepe enim nominativus participii ita ponitur, ut ex antecedenti vel sequenti oratione verbum finitum supplendum sit. Sympos. IV,53: αἰσθάνομαι γάρ τινας ἐπιβουλεύοντας διαφθεῖραι αὐτόν. Καὶ ὁ Σωκράτης ἀκούσας· Ἡράκλεις, ἔφη, τί τοσοῦτον νομίζοντες ἠδικῆσθαι ὑπὸ τοῦ σοῦ παιδός, ὥστε ἀποκτεῖναι αὐτὸν βούλεσθαι; ubi ex antecedenti responsione ἐπιβουλεύουσιν supplendum est (conf. ibid. §. 2.). V. ibi Bornemannum p. 146. Cf. infra II, 1, 23. ibique adnotata. Cyrop. VI, 3, 20. Cf. Hermannum ad Vig. p. 770, 215. Wannowskium De casib. absol. p. 213 sqq. Matthiae. Gr. II. §. 556. not. 1. 2. Kühner. II. §. 680. (Gr. schol. §. 586. not.)

§. 44. ἀνατίθεμαι γὰρ] H. e. retracto (muto, corri-

45 ραννος μὴ πείσας γράφει νόμον εἶναι. Ὅσα δὲ οἱ ὀλίγοι τοὺς πολλοὺς μὴ πείσαντες, ἀλλὰ κρατοῦντες γράφουσι, πότερον βίαν φῶμεν, ἢ μὴ φῶμεν εἶναι; Πάντα μοι δοκεῖ, φάναι τὸν Περικλέα, ὅσα τις μὴ πείσας ἀναγκάζει τινὰ ποιεῖν, εἴτε γράφων εἴτε μή, βία μᾶλλον ἢ νόμος εἶναι. Καὶ ὅσα ἄρα τὸ πᾶν πλῆθος κρατοῦν τῶν τὰ χρήματα ἐχόντων γράφει μὴ πεῖ-
46 σαν, βία μᾶλλον ἢ νόμος ἂν εἴη; Μάλα τοι, φάναι τὸν Περικλέα, ὦ Ἀλκιβιάδη· καὶ ἡμεῖς, τηλικοῦτοι

§. 45. τοὺς πολλοὺς] Sic Steph. cum M. et libris Par. pro τοῖς πολλοῖς, quod habent edd. pr. et Par. B. Dativus penderet a γράφουσι. — φῶμεν ἢ μὴ φῶμεν εἶναι;] F. φῶμεν εἶναι ἢ μὴ φῶμεν; — μοι δοκεῖ] Sic edd. pr., Steph. 2., Bessar., Vind. et Par. B. Vulgo omitt. μοι. — Dein F. βίαν

go) sententiam meam. Metaphora ducta est a calculorum (πεττῶν) ludo; ἀναθεῖναι πεττούς est retrahere calculos, i. e. alio loco ponere, scilicet postquam intellexeris calculum male positum esse, cui contrarium est θεῖναι πεττούς, ponere calculos. Hinc verbum ἀνατίθεσθαι translate dicitur pro: errorem corrigere, vel perperam facta retractare. Infra II, 4, 4: οὓς ἐν τοῖς φίλοις ἔθεσαν, πάλιν τούτους ἀνατίθεσθαι. Saepe apud Platonem hoc verbum hac vi usurpatum legitur, ut Gorg. p. 461. D. Protag. p. 211. E. Menon. p. 89. D. Charmid. p. 240. C. Phaedon. p. 87. A., ubi v. Wyttenbachium. Eadem vi μετατίθεσθαι legitur infra IV, 2, 18: μετατίθεμαι τὰ εἰρημένα. 4, 14., ubi paullo post sequitur: δεῖ γέ τοι — ἐξεῖναι μᾶλλον ἢ μὴ ὀρθῶς τιθέναι. De articulo infinitivo addito post ἀνατίθεμαι v. nos in Gr. T. II. §. 643. (Gr. schol. §. 553.)

§. 46. Μάλα τοι] Particula restrictiva τοί in responsione inservit assensioni confirmandae. V. nos in Gr. T. II. §. 840. p. 587. (Gr. schol. §. 701.) Cf. ad I, 6, 11. Infra II, 1, 11. 13. legitur in responsione formula obiiciendi: Ἀλλ' ἐγώ τοι — at ego quidem —. Ceterum Coraius colo post ὦ Ἀλκιβιάδη in comma mutato verba μάλα τοι cum sequentibus δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ἡμεν coniunxit: quam quidem distinctionem recepit Sauppius, ego vero reiiciendam censeo. Nam primum necessaria videtur responsio ad Alcibiadis interrogationem. Deinde etiam offendit collocatio vocabuli μάλα ab adiectivo δεινοί nimis remoti, quanquam probe scio adverbia μάλα, μᾶλλον, πάνυ, πολύ saepe pluribus interiectis vocabulis ab adiectivo vel adverbio suo cum vi quadam dirimi. V. ad II, 6, 35.

καὶ ἡμεῖς — δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ἦμεν] etiam nos, quum in iuvenili aetate constituti eramus, acriter incumbebamus in eiusmodi studia, qualia tu nunc mihi videris vehementer amplexari. De raro numeri plurativi primae personae modestiae causa pro singulari positi usu, ita ut scriptor sua quasi cum aliis communicet, cf. infra II, 7, 1. Cyrop. init. Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο. cf. §. 2. init. §. 3. init. V. Weiskium ad locum alla-

ὄντες, δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ἦμεν· τοιαῦτα γὰρ καὶ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα, οἷά περ καὶ σὺ νῦν ἐμοὶ δοκεῖς μελετᾶν. Τὸν δὲ Ἀλκιβιάδην φάναι· Εἴθε σοι, ὦ Περίκλεις, τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα. Ἐπεὶ τοίνυν τάχιστα τῶν πο- 47
λιτευομένων ὑπέλαβον κρείττονες εἶναι, Σωκράτει μὲν οὐκέτι προσῆεσαν· οὔτε γὰρ αὐτοῖς ἄλλως ἤρεσκεν, εἴ τε προσέλθοιεν, ὑπὲρ ὧν ἡμάρτανον ἐλεγχόμενοι ἤχθοντο· τὰ δὲ τῆς πόλεως ἔπραττον, ὥσπερ ἔνεκεν

μᾶλλον ἢ νόμον εἶναι.

§. 46. *δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα*] F. *δεινότερος ἐαυτοῦ ἦσθα*; unde Born. dedit: *δεινότατος ἐαυτοῦ ἦσθα.*

§. 47. *ὥσπερ ἕνεκεν καὶ*] V. adn.

tum, Krügerum ad Anabas. p. 57. Sauppium ad h. l. et nos in Gr. T. II. §. 430. d.

ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα] quum te ipse in his studiis superabas. Vide Matthiae. T. II. §. 460. Kühner. T. II. §. 750. g. Sic comparativus Venat. XII, 20: *ἅπας ἑαυτοῦ ἐστι βελτίων.* de Re eq. I, 14: *ἅπαντα βελτίω ἑαυτοῦ ἔσται*, ubi v. Sauppium in ed. Schn. Ceterum pro *δεινότατος* Fritzschius ad Aristoph. Thesmoph. 838. *δεινότερος* scribendum censet, quoniam Alcibiades cum magna acerbitate hoc dicat: Utinam tum, Pericle, tecum vixissem, quum in disserendi arte temet ipse vincebas (plus in ea quam nunc valebas): nam plus eum dici adolescentem in dialecticis, quam nunc senem profecisse. Verum haud facile quisquam viri doctissimi sententiae accedet.

§. 47. *Ἐπεὶ τοίνυν*] Particula *μεταβατικὴ τοίνυν* indicat interruptam orationem denuo resumi. Cf. ad §. 29.

οὔτε — εἴ τε] Saepe se excipiunt particulae *οὔτε* et *τέ*, ut apud Latinos nec (neque) — et (que). Significant hae particulae: einerseits nicht —, andererseits dagegen. Infra III, 4, 1. Anab. II, 2, 8: *ὤμοσαν — μήτε προδώσειν ἀλλήλους σύμμαχοί τε ἔσεσθαι*: ubi v. Krügerum. Ibid. V, 1, 6: *οὔτε γὰρ ἀγορά ἐστιν ἱκανή —, ἥ τε χώρα πολεμία.* Cicero Tuscul. I, 29, 71: Socrates nec iudicibus supplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam. V. C. G. Krüger. ad Dionys. Hal. historiogr. p. 269, qui multa exempla collegit, in quibus *οὔτε — εἴ τε, οὔτε — ἤν τε* sibi invicem respondent. Rost. Gr. p. 695. Kühner. T. II. §. 743. *α.* p. 441. (Gr. schol. §. 620, 3.) et ad Cicer. Tusc. I, 4, 8.

ἐλεγχόμενοι ἤχθοντο] II, 1, 33: *ἀπολείποντες αὐτὸν ἄχθονται.* III, 13, 3: *ἄχθονται πίνοντες.* Rost. §. 129. Kühner. T. II. §. 659. III. (Gr. schol. §. 569.)

ὥσπερ ἕνεκεν καὶ Σωκράτει προσῆλθον] In uno libro K. omittitur *καί*: quod licet prima specie otiosum esse videatur, tamen optime sese habet. Graeci enim saepissime post pronomina relativa inferunt particulam *καί* (etiam) gradatio-

48 καὶ Σωκράτει προσῆλθον. Ἀλλὰ Κρίτων τε Σωκράτους ἦν ὁμιλητὴς καὶ Χαιρεφῶν, καὶ Χαιρεκράτης, καὶ Ἑρμοκράτης, καὶ Σιμμίας, καὶ Κέβης, καὶ Φαιδώνδης, καὶ ἄλλοι, οἳ ἐκείνῳ συνῆσαν, οὐχ ἵνα δημηγορικοὶ ἢ δικανικοὶ γένοιντο, ἀλλ' ἵνα, καλοί τε κἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ οἴκῳ καὶ οἰκέταις καὶ οἰκείοις καὶ φίλοις καὶ πόλει καὶ πολίταις δύναιντο καλῶς

§. 48. *Χαιρεκράτης*] Bess., margo Steph. et H. *Χαιρεσικράτης*. V. adn. *καὶ Ἑρμοκράτης* Schneid. e Par. D. et F. inseruit. — *Φαιδώνδης*] Sic liber Leid., Par. A B C D H, Bess. et Wolf.; M. *Φαιδώνδας* Dorica terminatione, male; F. *Φενδώρδης*; K L. *Φαιδωνίδης*. Vulgo *Φαίδων δέ*. V. adn. — *γένοιντο*] F. *γένωνται*, uti mox *δύνωνται*. — Denique post *κακόν* F.

nem quandam significantem. Supra I, 2, 31: *ἐξ ὧν δὴ καὶ ἐμίσει τὸν Σωκράτην ὁ Κριτίας*. III, 8, 2: *ἥπερ καὶ ποιεῖν κράτιστον*. V. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 136. Cf. nos in Gr. T. II. §. 728, 2.

§. 48. *Κρίτων*] De Critone v. Cobetum Prosop. p. 58, de Chaerephonte ibid. p. 61 sq., de Chaerecrate p. 62, de Hermocrate p. 50, de Simmia, Cebete et Phaedonde p. 32. Hermocrates fuit clarus bello Peloponnesiaco Syracusanorum dux; qui quum, licet apud Platonem (in Critia et Timaeo) inter personas cum Socrate loquentes nominetur, tamen non apte in Socrati deditissimorum virorum numero referri possit, neque alius cognitus sit, G. G. van Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 225 sq. Hermogenis, amici et discipuli Socratis, nomen legendum suspicatur.

οἰκέταις καὶ οἰκείοις] Saepe iuncta leguntur haec vocabula. *Οἰκεῖοι* sunt propinqui, cognati, *οἰκέται* autem, ubi opponuntur *τοῖς οἰκείοις*, servi. Infra IV, 4, 17: *παρὰ τίνος δ' ἂν μᾶλλον τῶν δικαίων τύχοιεν ἢ γονεῖς ἢ οἰκεῖοι ἢ οἰκέται ἢ φίλοι ἢ πολῖται ἢ ξένοι*; ubi v. Bornemannum.

§. 49. *Ἀλλὰ Σωκράτης γε*] V. ad §. 12.

τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε] V. Apolog. §. 20. Aristoph. Nub. 1407, ubi Phidippides, tanquam Socratis discipulus, in scenam inducitur patrem fustibus permulcens demonstransque id iustum esse. *Προπηλακίζειν* proprie est stercore aliquem inquinare: cui contumeliae obnoxii erant qui *ἀτιμίας* damnati erant. Deinde transfertur ad quodvis genus contumeliae. V. Bremium ad Demosth. de Cor. p. 229, 12.

τοὺς συνόντας αὐτῷ] Bornemannus cum Prisciano II. p. 69. legit *ἑαυτῷ*, uti §. 51: *τοὺς ἄλλους συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσι*, ubi unus cod. H. cum Prisciano l. d. habet *αὑτῷ*. Cf. supra §. 8: *ἐπίστευε δὲ τῶν ξυνόντων ἑαυτῷ τοὺς ἀποδεξαμένους ἅπερ αὐτὸς ἐδοκίμαζεν εἰς τὸν πάντα βίον ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις φίλους ἀγαθοὺς ἔσεσθαι*. §. 52. IV, 5, 1: *τοὺς συνόντας ἑαυτῷ* (A H *αὑτῷ*). Contra IV, 7, 1: *τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀπεφαίνετο Σ. πρὸς τοὺς ὁμι-*

χρῆσθαι· καὶ τούτων οὐδεὶς, οὔτε νεώτερος οὔτε πρεσβύτερος ὤν, οὔτ' ἐποίησε κακὸν οὐδὲν, οὔτ' αἰτίαν ἔσχεν.

Ἀλλὰ Σωκράτης γ', ἔφη ὁ κατήγορος, τοὺς πα- 49
τέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε, πείθων μὲν τοὺς συνόντας αὐτῷ σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων, φάσκων δὲ κατὰ νόμον ἐξεῖναι παρανοίας ἑλόντι καὶ τὸν πατέρα δῆσαι, τεκμηρίῳ τούτῳ χρώμενος, ὡς τὸν ἀμα-

omitt. *οὐδέν*.

§. 49. *συνόντας αὐτῷ*] V. adn. — *σοφωτέρους*] Schneid. e Voss. l., qui *σοφ. ἑαυτοὺς π.*, inseruit *αὐτούς*. — *ἑλόντι*] Brodaei coniecturam, a Schneid. et Born. receptam, *ἑλόντα* confirmat F. At vulgata *ἑλόντι* optime sese habet. V. ad I, 1, 9.

λοῦντας αὐτῷ (sine var.) et paullo post *ἔμελεν αὐτῷ εἰδέναι, ὅτου τις ἐπιστήμων εἴη τῶν συνόντων αὐτῷ* (sine var.). Quare, quum utrumque recte dici possit, nulla est causa, cur lectionem vulgatam *αὐτῷ* deseramus. Scilicet discrimen in eo positum est, ut pronomen reflexivum referatur ad cogitationem eius, de quo sermo est, pronomen *αὐτός* ad cogitationem eius, qui loquitur. Eadem ratio est in lingua Latina, sed in Graeca pronominis *αὐτός* usus frequentior est quam pronominis reflexivi, quod contra se habet in lingua Latina. Multis locis pronomen reflexivum ponitur, ubi oppositio cum vi quadam efferenda est. Praeter locos allatos confer I, 2, 52: *πρὸς ἑαυτόν* (sine var.). Var. Lectt. I, 2, 3. 6. 49. II, 1, 22: *ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ, εἴ τις αὐτὴν θεᾶται* (ubi v. adn.). II, 3, 1. 6, 5 extr. 13. Cf. Ludolphum Dissenium ad Demosth. de Coron. p. 276, 148. Buttmann. Gr. §. 127. Rost. §. 99, 2. Kühner. T. II. §. 628, 1. (Gr. schol. §. 354.)

σοφωτέρους ποιεῖν] Ernestius e Vossiano libro post *αὐτῷ* addidit *αὐτούς*: quod recte ab editoribus reiectum est. Nihil est enim frequentius omissione pronominis post praegressum nomen, ad quod referendum erat. Infra I, 7, 1: *εἰ καὶ ἀλαζονείας ἀποτρέπων τοὺς συνόντας ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι προέτρεπεν*. II, 6, 1: *εἰπέ μοι —, εἰ δεοίμεθα φίλου ἀγαθοῦ, πῶς ἂν ἐπιχειροίημεν σκοπεῖν*; sc. *αὐτόν*. V. nos in Gr. T. II. §. 852. b.

παρανοίας ἑλόντι] ei qui dementiae convicisset patrem. Plato de Legg. XI, 3. p. 928. E: *πατέρας ὑπὸ νόσων ἢ γήρως διατιθεμένους αἰσχρῶς ἐξεῖναι παρανοίας γράφεσθαι*. De verbo *αἱρεῖν* cf. Aeschin. c. Ctesiph. §. 156: *μηδ' αἱρεῖτε παρανοίας ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων*: ubi v. Bremium. V. Rost. §. 109. d. Kühner. T. II. §. 536. b. De re ipsa exposuerunt Meierus et Schoemannus: Der Attische Procefs. III, 1. p. 296.

τεκμηρίῳ τούτῳ χρώμενος] H. e. *τοῦτό ἐστι τεκμήριον, ᾧ ἐχρῆτο*. Cf. §. 56: *τούτοις μαρτυρίοις χρώμενον διδάσκειν*. V. Haasium et Sauppium ad de Rep. Lac. XV. (XIII.), 1. Bremium in Excurs. II. ad Lysiae oratt. p. 436 sq. Rost. Gramm. §. 98. not. 3.

θέστερον ὑπὸ τοῦ σοφωτέρου νόμιμον εἴη δεδέσθαι.
50 Σωκράτης δὲ τὸν μὲν ἀμαθίας ἕνεκα δεσμεύοντα δικαίως ἂν καὶ αὐτὸν ᾤετο δεδέσθαι ὑπὸ τῶν ἐπισταμένων, ἃ μὴ αὐτὸς ἐπίσταται· καὶ τῶν τοιούτων ἕνεκα πολλάκις ἐσκόπει, τί διαφέρει μανίας ἀμαθία· καὶ τοὺς μὲν μαινομένους ᾤετο συμφερόντως ἂν δεδέσθαι καὶ αὐτοῖς καὶ τοῖς φίλοις, τοὺς δὲ μὴ ἐπισταμένους τὰ δέοντα δικαίως ἂν μανθάνειν παρὰ τῶν ἐπισταμένων.
51 Ἀλλὰ Σωκράτης γε, ἔφη ὁ κατήγορος, οὐ μόνον τοὺς πατέρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσι, λέγων, ὡς οὔτε τοὺς κάμνοντας οὔτε τοὺς δικαζομένους οἱ συγγενεῖς

§. 50. ᾤετο] Par. B. ᾠετο ἄν, ut ἄν bis positum sit, ut saepe.
§. 51. ἑαυτῷ] H. c. Prisc. αὐτῷ. V. ad §. 49. — μὲν οἱ ἰατροί] F. μὲν ἰατροί.
§. 52. δυνήσονται] Edd. pr. praeter Castal. δυνήσον-

Kühner. T. II. §. 488. not. (Gr. schol. §. 424.) Infra quidem IV, 6, 15. legitur: ταύτην τὴν ἀσφάλειαν εἶναι, sed v. adnotata. Per τούτῳ intelligenda sunt antecedentia verba: κατὰ νόμον ἐξεῖναι παρανοίας ἑλόντι καὶ τὸν πατέρα δῆσαι. Scilicet hac lege Socrates tanquam argumento utebatur ad demonstrandum, ius esse imperitiorem a sapientiore vinciri.

δεδέσθαι] vinciri vinctumque teneri.

§. 50. ἐσκόπει, τί διαφέρει] V. ad I, 1, 1. et 13. De discrimine τῆς μανίας et τῆς ἀνεπιστημοσύνης infra III, 9, 6. fusius exponitur.

§. 52. ὡς οὐδὲν ὄφελος] Scil. ἐστί. Socratis de amicitia opinio, h. l. breviter commemorata, uberius infra II, 4, 5 sqq. explanatur. V. Prolegomen. III.

ἑρμηνεῦσαι] quod idem Pericles de sese praedicat apud Thucyd. II, 60: οὐδενὸς οἶομαι ἧσσον εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα.

ὥστε μηδαμοῦ εἶναι] ut ceteros nullo numero et loco esse censerent. Sic dicitur οὐδαμοῦ τινα τιθέναι, λέγειν. Ceterum recte monet Weiskius ad voc. μηδαμοῦ non τόπου, sed λόγου vel τιμήματος supplendum esse, ut in πολλοῦ, ὀλίγου εἶναι.

πρὸς ἑαυτόν] prae se, ad se, h. e. comparati cum ipso. Infra I, 3, 4. III, 5, 4: ἡ τῶν Ἀθηναίων δόξα (τεταπείνωται) πρὸς τοὺς Βοιωτούς, i. e. comparata cum Boeotorum gloria. IV, 8, 7. Cyrop. III, 3, 20. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 591. δ. Kühner. T. II. §. 616. p. 308. (Gr. schol. §. 536.) Sic etiam ad praepositio inservit comparationi. V. Ruhnkenium in Dictat. ad Terent. Eun. II, 3, 69. et nos ad Cicer. Tusc. I, 17, 40.

§. 53. περὶ πατέρων τε καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν τε καὶ περὶ φίλων] Voculam τέ post συγγενῶν auctore Moro Schneiderus seclusit; Bornemannus retinuit quidem eam, sed neque quam attulit rationem, ea est, quae cuiquam satisfacere possit, et quem comparavit locum (III, 10, 5.), a nostro vehementer discrepat.

ὠφελοῦσιν, ἀλλὰ τοὺς μὲν οἱ ἰατροί, τοὺς δὲ οἱ συνδικεῖν ἐπιστάμενοι. Ἔφη δὲ καὶ περὶ τῶν φίλων αὐ- 52
τὸν λέγειν, ὡς οὐδὲν ὄφελος εὔνους εἶναι, εἰ μὴ καὶ ὠφελεῖν δυνήσονται· μόνους δὲ φάσκειν αὐτὸν ἀξίους εἶναι τιμῆς τοὺς εἰδότας τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους· ἀναπείθοντα οὖν τοὺς νέους αὐτὸν, ὡς αὐτὸς εἴη σοφώτατός τε καὶ ἄλλους ἱκανώτατος ποιῆσαι σοφούς, οὕτω διατιθέναι τοὺς ἑαυτῷ συνόντας, ὥστε μηδαμοῦ παρ' αὐτοῖς τοὺς ἄλλους εἶναι πρὸς ἑαυτόν. Ἐγὼ δ' αὐτὸν οἶδα μὲν καὶ περὶ πατέρων 53
τε καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν τε καὶ περὶ φίλων ταῦτα λέγοντα· καὶ πρὸς τούτοις γε δή, ὅτι τῆς ψυχῆς ἐξ-

ται. — σοφώτατος] F. σοφώτερος. — ἑαυτῷ συν.] Sic Iunt. Ald. ed. Par. HFL pro αὐτῷ σ.

§. 53. τε] V. adn. — γε δή, ὅτι] V. adn.

Nam ibi quatuor vocabulorum paria per καί quater repetitum consociantur, singulorum autem parium membra per τέ καί connectuntur. Prius τέ post πατέρων omittunt quidem codd. A. H. et Guelf.; sed inde ad alterum τέ explicandum nihil lucramur. Equidem verba συγγενῶν τε καὶ περὶ φίλων vocabulo τῶν ἄλλων appositionis loco addita esse credo: de patribus ceterisque, et propinquis et amicis. Molesta quidem videtur esse praepositio περί ante φίλων repetita; nam exspectamus orationem sic continuatam: περὶ πατέρων τε καὶ τῶν ἄλλων, συγγ. τε καὶ φίλων vel περὶ πατέρων καὶ περὶ τῶν ἄλλων, σ. τε καὶ φίλων; sed omnis difficultas sublata videtur, si statuimus ante vocabulum φίλων propterea repetitam esse praepositionem περί, quod nomen φίλων notionem designet a notione πατέρων et συγγενῶν diversam. Cf. Sympos. V, 3: Ἐγὼ μὲν ναὶ μὰ Δί', ἔφη, (νομίζω τὸ καλὸν εἶναι) καὶ ἐν ἵππῳ καὶ βοῒ καὶ ἐν ἐφύχοις πολλοῖς. Infra I, 3, 3: πρὸς φίλους δὲ καὶ ξένους καὶ πρὸς τὴν ἄλλην δίαιταν: ubi cf. adnotata.

καὶ πρὸς τούτοις γε δή, ὅτι] Sic legendum acute coniecit Weiskius pro vulgato καὶ πρὸς τούτοις γε διότι. Vossianus l. exhibet γε ὅτι omisso δή. Nam licet negari non possit coniunctionem διότι pro simplici ὅτι, dafs, apud oratores et posteriores scriptores nonnunquam usurpatam reperiri, tamen a veteribus Atticis hic usus abiudicandus videtur. V. Popponem ad Thucyd. Part. III. Vol. 1. p. 425. Certe apud Xenophontem loci, in quibus διότι pro ὅτι, dafs, legitur, et paucissimi sunt et incerti, ut recte commemoraverunt Sauppius ad h. l. et Bornemannus ad IV, 1, 1., ubi tres codd. Paris. pro vulg. διότι praebent ὅτι. Praeterea in libro de Rep. Ath. III, 3. legitur ἐὺ οἶδα διότι cum var. lect. ὅτι. Ab his locis diligenter separandi sunt ii, in quibus διότι significat propterea quod, ut Oecon. VIII, 8. Symp. VIII, 19. infra IV, 2, 9.

ελθούσης, ἐν ᾗ μόνῃ γίγνεται φρόνησις, τὸ σῶμα τοῦ οἰκειοτάτου ἀνθρώπου τὴν ταχίστην ἐξενέγκαντες ἀφα-
54 νίζουσιν. Ἔλεγε δὲ, ὅτι καὶ ζῶν ἕκαστος ἑαυτοῦ ὃ πάντων μάλιστα φιλεῖ, τοῦ σώματος ὅ τι ἂν ἀχρεῖον ᾖ καὶ ἀνωφελές, αὐτός τε ἀφαιρεῖ καὶ ἄλλῳ παρέχει· αὐτοί τέ γε αὐτῶν ὄνυχάς τε καὶ τρίχας καὶ τύλους ἀφαιροῦσι, καὶ τοῖς ἰατροῖς παρέχουσι μετὰ πόνων τε καὶ ἀλγηδόνων καὶ ἀποτέμνειν καὶ ἀποκάειν, καὶ τούτων χάριν οἴονται δεῖν αὐτοῖς καὶ μισθὸν τίνειν· καὶ

τὸ σῶμα τοῦ οἰκ.] F. post σῶμα inserit καί; Par. C. καί verbis τὸ σῶμα praeposuit. Quare contra reliquorum librorum auctoritatem nihil mutandum censui. — ἀφανίζουσιν] Sic Iunt. Par. Steph. 2. Voss. 1. Ald. ἀφανίσουσι, Leuncl. ἀφανίσουσιν.

§. 54. αὐτοί τέ γε] V. adn. Dein F. καὶ ἀποτέμνειν τε

— Particulae καὶ — γέ saepe in plurium membrorum enumeratione ita usurpantur, ut ultimum membrum cum vi quadam efferant (v. nos in Gr. T. II. §. 704, 1. p. 399.). Cf. infra III, 5, 10. 8, 6., ubi v. adnotata. 11, 10. 14, 3. Hieron. II, 1. Sympos. II, 5., ubi v. Herbstium p. 26. Adde Bornemannum ad Sympos. I, 6. p. 49. His particulis non raro additur δή particula tanquam fulcrum, quo illarum vis magis stabiliatur et confirmetur. Aptissimum locum affert Weiskius ex Oecon. V, 20: ὑπὲρ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν καρπῶν, καὶ βοῶν — καὶ ὑπὲρ πάντων γε δὴ τῶν κτημάτων.

ἐξενέγκαντες] Pro hac participii forma Attici uti solent forma aoristi II. ἐνεγκών. Tamen forma aor. I. etiam reperitur II, 2, 5. διενέγκασα (F. c. Stob. διενεγκοῦσα exhibet). III, 6, 18. διενέγκας (c. var. lect. διενεγκών). IV, 8, 1. pro vulgata ἐνεγκών Iunt. et Par. G. praebent ἐνέγκας. Anab. VI, 5, 6. συνενέγκαντες (vulgo συνενεγκόντες): ubi v. Bornemannum. Hellen. II, 1, 5. οἱ δὲ εἰσήνεγκαν. IV, 1, 27. ἤνεγκαν. V, 1, 21. εἰσήνεγκαν. VI, 5, 36. ἐπήνεγκαν. VII, 2, 5. προσήνεγκαν. Oecon. IX, 8. διηνέγκαμεν (c. var. trium codd. διηνέγκομεν). XX, 18. διήνεγκαν. Symp. V, 2. προσενεγκάτω. Cyrop. VII, 1, 1. προσήνεγκαν.

ἀφανίζουσιν] de sepultura, ut saepe. Fr. Iacobsius comparat Soph. Antig. 261. Aelian. H. An. II, 7.

§. 54. ἑαυτοῦ ὃ πάντων κτλ.] H. e. ἕκαστος ἀφαιρεῖ τοῦτον, ὃ πάντων μάλιστα ἑαυτοῦ φιλεῖ (τοῦ σώματος λέγω), ὅτι ἂν ἀχρεῖον ᾖ. De genitivo ἑαυτοῦ relativo praemisso cf. infra III, 11, 1: ἑαυτῆς ὅσα καλὰς ἔχοι. Saepe enuntiatio relativa vel cum pronomine demonstrativo, vel etiam, ut h. l., sine eo praemittitur substantivo, ut id explicationis causa additum videatur. Neque aliter apud Latinos, ut Cicer. Tuscul. I, 13, 29: qui nondum ea, quae multis post annis tractare coepissent, physica didicissent. V. nos ad Tuscul. I, 3, 5. p. 53.

παρέχει] Scil. ἀφαιρεῖν.

αὐτοί τέ γε] Sic legebatur ante Ernestium, qui e Vos-

τὸ σίαλον ἐκ τοῦ στόματος ἀποπτύουσιν ὡς δύνανται ποῤῥωτάτω, διότι ὠφελεῖ μὲν οὐδὲν αὐτοὺς ἐνόν, βλάπτει δὲ πολὺ μᾶλλον. Ταῦτ' οὖν ἔλεγεν οὐ τὸν μὲν 55
πατέρα ζῶντα κατορύττειν διδάσκων, ἑαυτὸν δὲ κατατέμνειν, ἀλλ' ἐπιδεικνύων, ὅτι τὸ ἄφρον ἄτιμόν ἐστι, παρεκάλει ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ὡς φρονιμώτατον εἶναι καὶ ὠφελιμώτατον, ὅπως, ἐάν τε ὑπὸ πατρός, ἐάν τε ὑπὸ ἀδελφοῦ, ἐάν τε ὑπὸ ἄλλου τινὸς βούληται τιμᾶσθαι,

καὶ ἀπ. — καὶ τούτων] D. F. καὶ τούτου. — διότι] K. M. ὅτι. — αὐτοὺς ἐνόν] F. αὐτοῖς ἐνόν.

§. 55. Ταῦτ' οὖν] V. adn. — ἐστι, παρεκάλει] V. adn. — βούληται τιμ.] Vat. 1. Flor. E. Par. D. βούλοιτο. Male. Mox ἂν βούληται ed. Par., codd. Par. ABFL et Flor. C. pro ἂν βούλοιτο.

siano l. scripsit αὐτοί τε γάρ. Ego rescripsi vulgatum αὐτοί τέ γε, etiam codicum ABCDEF auctoritate suffultum. Buttmannus quidem ad Demosth. Midian. §. 21. not. 7. p. 46. probat Ernestii correctionem, quia revera non argumentum vel exemplum afferatur, sed id ipsum, quod in universum antea loquens Socrates solum in animo habet, diserte statim subiiciat idem. Scilicet vir doctus: Quum quis, inquit, uno argumento vel exemplo aliquid probat, potest hoc ut sufficiens afferre: quod fit particula γάρ; potest etiam significare plura quidem posse desiderari, sed hoc unum satis grave esse: quod fit addito γέ, certe, saltem. Ego vero fateor sanam qua hoc praeceptum nitatur rationem indagare me non posse; nam quum γάρ ex γέ et ἄρα natum sit, utriusque particulae usus argumentativus vel suppletivus adeo conspirat, ut usquequaque fere generalioris notionis particula γέ gravioris particulae γάρ vices sustinere possit. Neque vero discrimen illud constitutum confirmatur veterum scriptorum usu. Infra III, 14, 5. γέ legitur, quanquam res uno argumento conficitur. IV, 2, 5. V. Frotscherum ad Xen. Hieron. VIII, 9. p. 60 sq. De γέ argumentativo v. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 388 sq. Cf. nos in Gr. T. II. §. 704, 1. et Gr. schol. §. 596.

παρέχουσι — ἀποτέμνειν] De infinitivo activi, qui pro infinitivo passivi positus videtur, v. nos in Gr. T. II. §. 642. not. 2. et Gr. schol. §. 550. not. 3.

§. 55. ἄτιμόν ἐστι, παρεκάλει] Sic ADHFK pro lectione vulgata: ἄτιμόν ἐστι· καὶ παρεκάλει: quae nata est ex eo, quod negatio οὐ non ad verbum finitum ἔλεγεν, sed ad participium διδάσκων relata est. Oratio enim e vulgari ratione sic conformata esse debebat: ταῦτ' οὖν οὐκ ἔλεγε τὸν μὲν πατέρα — διδάσκων —, ἀλλ' ἐπιδεικνύων — παρεκάλει.

βούληται] Dictum est, quasi antecesserit: παρεκάλει ἕκαστον ἐπιμελεῖσθαι. V. de hac subiecti ellipsi Rost. §. 100. not. 2. Kühner. T. II. §. 414, 5. (Gr. schol. §. 361, 4.) III, 9, 6: τὸ δὲ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν, καὶ μὴ ἃ οἶδε (sc. τις) δοξάζειν τε καὶ οἴε-

μὴ τῷ οἰκεῖος εἶναι πιστεύων ἀμελῇ, ἀλλὰ πειρᾶται, ὑφ' ὧν ἂν βούληται τιμᾶσθαι, τούτοις ὠφέλιμος εἶναι.

56 Ἔφη δ' αὐτὸν ὁ κατήγορος καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ποιητῶν ἐκλεγόμενον τὰ πονηρότατα καὶ τούτοις μαρτυρίοις χρώμενον διδάσκειν τοὺς συνόντας κακούργους τε εἶναι καὶ τυραννικούς, Ἡσιόδου μὲν τό·

Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.

Τοῦτο δὴ λέγειν αὐτὸν, ὡς ὁ ποιητὴς κελεύει μηδενὸς ἔργου μήτε ἀδίκου μήτε αἰσχροῦ ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ

57 καὶ ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει. Σωκράτης δ' ἐπειδὴ ὁμολογήσαιτο τὸ μὲν ἐργάτην εἶναι ὠφέλιμόν τε ἀνθρώπῳ καὶ ἀγαθὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀργὸν βλαβερόν τε καὶ κακόν, καὶ τὸ μὲν ἐργάζεσθαι ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀργεῖν κακόν, τοὺς μὲν ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἐργάζεσθαί τε ἔφη καὶ ἐργάτας ἀγαθοὺς εἶναι· τοὺς δὲ κυβεύον-

§. 56. κακούργους τε] τε addidit Schneid. e Par. ABCDF. — Ἔργον δ' οὐδέν] Iunt. Ald. ABCEH, uti §. 57., omitt. δ'. Dein pro ἀεργίη F. habet ἀεργείη, neque aliter §. 57. Optime sese habet forma in ίη. V. quem Sauppius laudat Hermannum Elem. doctr. metr. p. 56. — Τοῦτο δὴ] Sic edd. pr. Vind. F.

σθαι γιγνώσκειν, ἐγγυτάτω μανίας ἐλογίζετο εἶναι: ubi v. adnotata. De coniunctivis post praeteritum pro optativis illatis v. adnot. I, 2, 2.

ἀλλὰ πειρᾶται — ὠφέλιμος εἶναι] Cf. II, 5, 4.

§. 56. τούτοις μαρτυρίοις] V. ad §. 49.

Ἡσιόδου] Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. 311., ubi Hesiodus de opere rustico loquitur; sed Socratis calumniatores versus sententiam detorquentes accipiebant de cuiuscunque generis factis, etiam pravis ac scelestis. Vocabulum οὐδέν, quod cohaeret cum ὄνειδος, coniunxisse videntur cum voce ἔργον; conf. sqq. μηδενὸς ἔργου.

Τοῦτο δὴ] De particula δή interruptam orationem resumente v. ad §. 24. Cf. §. 58: ταῦτα δὴ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι.

§. 57. ἐπειδὴ ὁμολογήσαιτο] De optativo iteratam actionem significante v. Hermannum ad Viger. p. 786, 243. Rost. §. 121, 5. p. 597 sq. Kühner. T. II. §. 809. b. et §. 797, 3. (Gr. schol. §. 671.) Cf. I, 3, 4., ubi v. adnotata. 4, 19. II, 9, 4. et saepe. Eadem vi optativus post relativum positus est in sqq. versibus Homericis. — Pro ἐπειδὴ ὁμολογήσαιτο in cod. F. habetur ἐπεὶ διομολογήσαιτο, quod recepit Sauppius; vereor ut recte. Nam quod dicit διομολογεῖσθαι esse persequendo et perlustrando singulas alicuius rei partes et rationes efficere, ut de ea conveniat: quod quum omnino duorum sit, quorum communis est disputatio, si de uno dicatur, id certe, ubi impares sint partes disputationis, proprie in eum cadere, ex quo omnis disputandi ratio pendeat; id quidem per se egregie sese habet, sed huic loco alienum videtur esse. Longe alia ratio est Plat.

τας ἤ τι ἄλλο πονηρὸν καὶ ἐπιζήμιον ποιοῦντας ἀργοὺς ἀπεκάλει. Ἐκ δὲ τούτων ὀρθῶς ἂν ἔχοι τό·

Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.

Τὸ δὲ Ὁμήρου ἔφη ὁ κατήγορος πολλάκις αὐτὸν λέ- 58
γειν, ὅτι Ὀδυσσεὺς

Ὄντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη,
Τὸν δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς·
Δαιμόνι', οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι,
Ἀλλ' αὐτός τε κάθησο, καὶ ἄλλους ἵδρυε λαούς.
Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοόωντά τ' ἐφεύροι,
Τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν, ὁμοκλήσασκέ τε μύθῳ·
Δαιμόνι', ἀτρέμας ἧσο, καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουε,
Οἳ σέο φέρτεροί εἰσι· σὺ δ' ἀπτόλεμος καὶ ἄναλκις,
Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

Ταῦτα δὴ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι, ὡς ὁ ποιητὴς ἐπαινοίη 59
παίεσθαι τοὺς δημότας καὶ πένητας. Σωκράτης δ' οὐ ταῦτ' ἔλεγε· καὶ γὰρ ἑαυτὸν οὕτω γ' ἂν ᾤετο δεῖν

pro τοῦτο δέ. — Par. B. καὶ τοῦτο δή. — κελεύει] Vind. 2. κελεύον, unde Zeun. scripsit κελεύοι. Frustra.

§. 57. ἐπειδὴ ὁμολ.] V. adn. — ἤ τι ἄλλο] Stob. c. Par. AH. ἢ ἄλλο τι.

Phil. p. 14. E. et de Rep. V. p. 472. E. Nostri loci ratio nihil aliud requirit, nisi verbi simplicis ὁμολογεῖσθαι, i. e. disputando sibi cum aliquo convenire (sich verständigen), notionem. Res, quae commemoratur, vel per se tam aperta erat, ut ad alterius assensum impetrandum opus non esset eam ab omni parte (s. diligenter) perpendi atque excuti. Verbi simplicis ὁμολογεῖσθαι exempla larga manu suppeditat Dindorfius ad Symp. IV, 56: Ὁμολογησώμεθα πρῶτον, ποῖά ἐστιν ἔργα τοῦ μαστροποῦ.

ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἐργάζεσθαι] Plat. Charmid. p. 163. C: τὰ γὰρ καλῶς τε καὶ ὠφελίμως ποιούμενα ἔργα ἐκάλει, καὶ ἐργασίας τε καὶ πράξεις τὰς τοιαύτας ποιήσεις.

ἐργάτας ἀγαθοὺς] Vocabulum ἀγαθούς auctore Weiskio seclusit Schneiderus. Nam e Socratis mente notio boni inest in ipsis vocabulis ἐργάζεσθαι et ἐργάτης. Tamen ego genuinum puto ἀγαθούς, cum ἐνεργείᾳ quadam, ut mihi videtur, additum: Von denen, die etwas Gutes thäten, sagte er, sie arbeiteten und wären wackere Arbeiter. — Ad huius loci sententiam cf. III, 9, 9.

§. 58. Ὁμήρου] Iliad. II, 188 sqq. et 198 sqq.

δημότας] H. e. δημοτικούς, plebeios. Hic usus Ionum et ex Atticis scriptoribus unius Xenophontis proprius est. V. Lexic. Seg. p. 236, 26. Cf. Cyrop. II, 3, 7., ubi τῶν δημοτῶν opp. §. 5. εἷς τῶν ὁμοτίμων. Ibid. §. 15. VIII, 3, 5. de Rep. Ath. I, 4. δημόται et δημοτικοί eadem significatione (plebeii) usurpantur. Infra autem §. 60. δημοτικός componitur cum φιλάνθρωπος, ut sit popularis.

§. 59. ἂν ᾤετο] De hoc im-

παίεσθαι· ἀλλ' ἔφη δεῖν τοὺς μήτε λόγῳ μήτ' ἔργῳ ὠφελίμους ὄντας, μήτε στρατεύματι μήτε πόλει μήτε αὐτῷ τῷ δήμῳ, εἴ τι δέοι, βοηθεῖν ἱκανούς, ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι, πάντα τρόπον κωλύεσθαι, κἂν πάνυ πλούσιοι τυγχάνωσιν ὄντες.
60 Ἀλλὰ Σωκράτης γε τἀναντία τούτων φανερὸς ἦν καὶ δημοτικὸς καὶ φιλάνθρωπος ὤν· ἐκεῖνος γὰρ πολλοὺς ἐπιθυμητὰς καὶ ἀστοὺς καὶ ξένους λαβὼν οὐδένα πώποτε μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο, ἀλλὰ πᾶσιν

§. 59. *μήτε στρατ.*] Ern. coniicit *καὶ μήτε στρ.* — Idem paulo post coniecit *ἄλλως τε κἄν.* V. adn.

§. 61. *πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους*] F. *πρ. τοῖς ἄλ-*

perfecto conditionali, quod pro aoristo positum videtur, v. ad I, 1, 5.

ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι] praetereaque s. insuperque (eiusmodi homines coercendos esse dicit), si ad hoc etiam insolentes sint, hoc est et praecipue s. praesertim, si. Si dictum esset *ἄλλως τε καὶ ἐάν*, loci sententia quidem eodem fere rediret, sed orationis forma diversa esset. V. Hermann. ad Viger. p. 780 sqq. *Καί* pertinet ad *θρασεῖς*. Cf. nos in Gr. T. II. §. 726, 3. (Gr. schol. §. 613, 4.) Hipparch. VIII, 14: *οἱ δ' ἀγαθοὶ ἵπποι καὶ ἱππεῖς δυνατοὶ καὶ ἐξ αὐτῶν διαφεύγειν, ἄλλως τε ἂν καὶ μηχανᾶταί τις τοῖς διώκουσι φόβον ἀπὸ τῶν περιττῶν ἱππέων.* Isocr. Paneg. 54. §. 66. (Bremi): *δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους τῇ πόλει πεπραγμένων προσήκειν εἰπεῖν, ἄλλως τ' ἐπειδὴ καὶ τὸν λόγον κατεστησάμην περὶ τῆς ἡγεμονίας τῆς ἐπ' ἐκείνους.* Contra infra II, 6, 30: *τούτων ἐγὼ τῶν μαθημάτων πάλαι ἐπιθυμῶ, ἄλλως τε καὶ εἰ ἐξαρκέσει μοι ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη ἐπὶ τοὺς ἀγαθούς.* 8, 1: *δοκεῖ δέ μοι τοῦτο κρεῖττον εἶναι, ἢ δέεσθαί τινος ἀνθρώπων, ἄλλως τε καὶ μηδὲν ἔχοντα, ἐφ' ὅτῳ ἂν δανειζοίμην.*

§. 60. *Ἀλλὰ Σωκράτης γε*] Particulae *ἀλλὰ — γέ* h. l. non eandem vim habent, quam supra §. 12. (ubi v. adn.), 49. et 51., ubi significabant at enim, aber freilich, sed *ἀλλά* referendum est ad antecedentem negationem: *Σωκράτης δ' οὐ ταὐτ' ἔλεγε*, et *γέ* ad nomen *Σωκράτης* (sed Socrates, si quis alius). Cf. §. 81.

τἀναντία τούτων] Infra II, 6, 5: *ὃς τἀναντία τούτων* (contra atque illi) *ἐγκρατὴς μέν ἐστι τῶν διὰ τοῦ σώματος ἡδονῶν.* 7, 8. *τοὐναντίον.* IV, 2, 22. *τοὐναντίον.* Aliter statuendum est de IV, 2, 4., ubi v. adn. De genitivo v. Haasium ad Rep. Lac. I, 7. Rost. §. 108. not. 7. Kühner. II. §. 522. dd. p. 176. (Gr. schol. §. 450. dd.)

ἐπιθυμητὰς] studiosos sui, eleganter dicitur de discipulis. Apolog. 28: *Ἀπολλόδωρος ἐπιθυμητὴς μὲν ἰσχυρῶς αὐτοῦ.* Supra I, 2, 5: *τοὺς δὲ ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα.*

ἐπήρκει τῶν ἑαυτοῦ] de suis, sc. doctrinis. Infra II, 1, 31: *τίς δ' ἂν δεομένῃ* (scil. *σοί*) *τινὸς ἐπαρκέσειεν.* Vide

ἀφθόνως ἐπήρκει τῶν ἑαυτοῦ· ὧν τινες μικρὰ μέρη παρ' ἐκείνου προῖκα λαβόντες πολλοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπώλουν, καὶ οὐκ ἦσαν, ὥσπερ ἐκεῖνος, δημοτικοί· τοῖς γὰρ μὴ ἔχουσι χρήματα διδόναι οὐκ ἤθελον διαλέγεσθαι. Ἀλλὰ Σωκράτης γε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀν- 61
θρώπους κόσμον τῇ πόλει παρεῖχε πολλῷ μᾶλλον ἢ Λίχας τῇ Λακεδαιμονίων, ὃς ὀνομαστὸς ἐπὶ τούτῳ γέγονε. Λίχας μὲν γὰρ ταῖς γυμνοπαιδίαις τοὺς ἐπιδημοῦντας ἐν Λακεδαίμονι ξένους ἐδείπνιζε· Σωκρά-

λοις ἀνθρώποις. Male; v. adn. — γυμνοπαιδίαις] Alii γυμνοπαιδιαῖς, alii (edd. vett. G. H.) — εἰαις. Dein A C D F συγγινομένους. V. Exc. I.

Rost. §. 108. c. p. 516. Kühner. T. II. §. 519. a. — Hanc Socratis in docendo liberalitatem eleganter praedicat Antisthenes in Xen. Sympos. IV, 43. Cf. supra I, 2, 5. 6, 3. et 11. Apolog. 16. Plat. Hipp. M. p. 300. D. Apolog. p. 19. E. V. Bornemannum ad Xen. Apolog. p. 342. ed. 1829

ὧν τινες] „Oblique carpit tum (quum) alios Socratis discipulos, tum imprimis Aristippum, qui primus Socraticorum philosophiam mercede docere instituit." RUHNKEN. V. Diog. Laert. II, 65.

§. 61. Ἀλλὰ Σωκράτης γε] Licet Socrates in re tenui constitutus esset, tamen, si quis alius, summum apud exteros civitati conciliavit ornamentum. Cf. §. 60.

πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κόσμον — παρεῖχε] Infra I, 3, 3: καὶ πρὸς φίλους δὲ καὶ ξένους καλὴν ἔφη παραίνεσιν εἶναι. Accusativus praepositioni iunctus eleganter significat gloriae propagationem. Plat. Tim. p. 25. B: εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανῆ εἶναι τῇ ἀρετῇ. V. Sauppium ad h. l. Nitzschium ad Od. I. p. 52. Plat. Ion. p. 83 sq. Kühner. Gr. T. II. §. 603. p. 279. et §. 613. p. 299. (Gr. schol. §. 523. et 533.)

Λίχας] Plutarch. Cimon. p. 284. C. (c. 10.): Λίχαν γε τὸν Σπαρτιάτην ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου γινώσκομεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὀνομαστὸν γενόμενον ἢ ὅτι τοὺς ξένους ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις ἐδείπνιζεν. Fuit filius Arcesilai et Socratis aequalis. V. Thucyd. V, 50. Cf. Popponem ad Thuc. P. I. Vol. 2. p. 116. Commemoratur etiam in Xen. Hellen. III, 2, 21., ubi plerique codd. habent Λείχας: quam scripturam reprobat C. Gu. Krügerus ad Dionys. historiogr. p. 281.

ἐπὶ τούτῳ] Οὗτος pronomen plerumque quidem ad antecedentia, saepe tamen etiam ad sequentia refertur. V. ad I, 2, 3. De ἐπί praepositionis usu cf. Demosth. Ol. II. (v. III.) p. 35 extr.: τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν. V. nos in Gr. T. II. §. 612. p. 298. (Gr. schol. §. 532.) Infra II, 1, 27. 28: ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι. III, 6, 16: δοκοῦσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπαίνου μᾶλλον ἢ ψόγου τυγχάνειν.

ταῖς γυμνοπαιδίαις] Dies festi erant Spartae mense Hecatombaeone celebrati, quibus pueri nudi in honorem eorum, qui ad Thyream cecide-

της δὲ διὰ παντὸς τοῦ βίου τὰ ἑαυτοῦ δαπανῶν τὰ μέγιστα πάντας τοὺς βουλομένους ὠφέλει· βελτίους γὰρ ποιῶν τοὺς συγγιγνομένους ἀπέπεμπεν.

62 Ἐμοὶ μὲν δὴ Σωκράτης τοιοῦτος ὢν ἐδόκει τιμῆς ἄξιος εἶναι τῇ πόλει μᾶλλον ἢ θανάτου. Καὶ κατὰ τοὺς νόμους δὲ σκοπῶν ἄν τις τοῦθ' εὕροι. Κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων ἢ λωποδυτῶν ἢ βαλαντιοτομῶν ἢ τοιχωρυχῶν ἢ ἀνδραποδιζόμενος ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ

§. 62. τοὺς νόμους] C. F. omitt. τούς.

rant, circa Apollinis *Καρνείου* statuam choreas ducebant. Herbstius in partes vocat Mansonis Spart. I, 2. p. 211. C. O. Müller i Dorier. T. I. p. 158. II. p. 312. Ruhnken. ad Timaeum p. 73 sq. — De dativo temporis cf. Plat. Symp. p. 174. A: *διέφυγον τοῖς ἐπινικίοις*; sic legitur *Παναθηναίοις*, *Διονυσίοις*, *Ἐλευσινίοις*, *Θεσμοφορίοις* cett. V. Wannowski de cas. absol. p. 86. Matthiae. T. II. §. 406. a. Rost. §. 106, 1. d. p. 508. Kühner. T. II. §. 569. (Gr. schol. §. 493.)

τὰ μέγιστα πάντας — ὠφέλει] Infra IV, 1, 1: *οὐ μικρὰ ὠφέλει τοὺς εἰωθότας αὐτῷ συνεῖναι*. Passive dicitur *πολλά*, *μεγάλα ὠφελεῖσθαι*, ut III, 11, 3: *πλείω ὠφελήσεται*. Eadem ratio III, 5, 26: *πολλὰ τὴν χώραν κακοποιεῖν*. V. nos in Gr. T. II. §. 558. b. et not. 2. (Gr. schol. §. 484.) De addito articulo cf. Cyrop. I, 6, 8: *ὅτε τὰ ἄριστα πράττοι* (pro vulgari *ὅτε ἄριστα πράττοι*, quum felicissimus esset), quod plures codd. habent. Apolog. §. 18: *ὅτε τὰ μάλιστα ἡ πόλις εὐδαιμονεῖ*: ubi v. Bornemannum p. 59.

§. 62. *Ἐμοὶ μὲν δὴ*] *Μὲν δή* particulae saepe usurpantur in conclusionibus, ita quidem, ut res, de qua actum est, tanquam absoluta ad certumque exitum perducta et extra omnem dubitationem posita significetur. Cf. IV, 3, 18. Ubi post *μὲν δή* sequitur *δέ* vel *δὲ δή*, indicatur rem, de qua oratio instituta fuerat, esse conclusam et transactam, iamque transitum fieri ad rem novam. Cf. I, 3, 15. Supra I, 2, 14: *ἐγενέσθην μὲν γὰρ δὴ τὼ ἄνδρε τούτω φύσει φιλοτιμοτάτω —· ᾔδεσαν δὲ Σωκράτην — αὐταρκέστατα ζῶντα*. *Μὲν δή* particulae novam sententiam inchoant; Xenophon enim se accingit ad Alcibiadis et Critiae cum Socrate consuetudinem describendam; at non absolute, sed ita, ut prius quaedam iam praemissa sint, quae respiciantur, tum, ubi ad rem ipsam perventum sit, eam inchoent. Cf. Apolog. §. 31 extr. et 32 princ. et §. 34. Hieron. I, 16: *τοῦτο μὲν δὴ — πάνυ συγχωρῶ —, ἀλλ' ὁρᾷς κτλ.* Neque aliter locus, qui infra IV, 3, 2. legitur, explicandus: *πρῶτον μὲν δὴ περὶ θεοὺς ἐπειρᾶτο σώφρονας ποιεῖν τοὺς συνόντας*: ubi etiam his particulis transitus fit ad rem ipsam, antecedenti oratione praeparatam. V. de his particulis Hoogeveen. doctr. part. gr. ed. Schütz. p. 460 sqq. Schaeferum in Appar. Demosth. T. II. p. 205. Hartung. gr. Part. T. I. p. 262 sq. Kühner. Gr. T. II. §. 691. B. c. p. 387 sq.

ζημία· ὧν ἐκεῖνος πάντων ἀνθρώπων πλεῖστον ἀπεῖχεν. Ἀλλὰ μὴν τῇ πόλει γε οὔτε πολέμου κακῶς 63
συμβάντος, οὔτε στάσεως, οὔτε προδοσίας, οὔτε ἄλλου κακοῦ οὐδενὸς πώποτε αἴτιος ἐγένετο. Οὐδὲ μὴν ἰδίᾳ γε οὐδένα πώποτε ἀνθρώπων οὔτε ἀγαθῶν ἀπεστέρησεν, οὔτε κακοῖς περιέβαλεν· ἀλλ' οὐδ' αἰτίαν τῶν εἰρημένων οὐδενὸς πώποτ' ἔσχε. Πῶς οὖν ἔνο- 64
χος ἂν εἴη τῇ γραφῇ; ὃς ἀντὶ μὲν τοῦ μὴ νομίζειν θεούς, ὡς ἐν τῇ γραφῇ γέγραπτο, φανερὸς ἦν θερα-

§. 64. γέγραπτο] V. adn.

τιμῆς ἄξιος εἶναι τῇ πόλει] V. adnotata in I, 1, 1.

Καὶ κατὰ τοὺς νόμους δὲ] V. ad I, 1, 3.

κλέπτων κτλ.] Eadem crimina tanquam gravissima coniuncta leguntur apud Platon. de Rep. IX. p. 575. B. Cf. Gorg. p. 508. E. Xen. Symp. IV, 36. Apol. 25. Etiam furibus balneatoriis mortis poena constituta erat, si res furto ablata 10 drachmarum pretium haberet. Vide Meierum et Schoemann. Attisch. Procefs. III, 1. p. 229. et p. 359—361.

τούτοις] De numero plurativo post collectivum τὶς posito v. Rost. §. 100. b. Kühner. T. II. §. 419. 6. (Gr. schol. §. 365.) Cf. infra II, 3, 2. 8, 6. III, 10, 1. Cyrop. VII, 4, 5. VIII, 8, 4. V. Bornemannum et Herbstium ad Sympos. IV, 50.

§. 63. Οὐδὲ μὴν ἰδίᾳ γε] V. ad I, 2, 5. De ἀλλὰ μήν v. ad I, 1, 6.

κακοῖς περιέβαλεν] Isocrat. Paneg. p. 67. B: περιβάλλειν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς. Sic infra III, 10, 2: ἀνθρώπῳ περιτυχεῖν. 13, 1: τὴν ψυχὴν ἀγροικοτέρως διακειμένῳ περιέτυχες. IV, 2, 27: τοῖς κακοῖς περιπίπτουσι. Cf. nos in Gr. T. II. §. 610. not.

§. 64. ὃς — φανερὸς ἦν] Post enuntiationem interrogativam pronomen relativum pro οὗτος vel αὐτὸς γάρ cum ἐνεργείᾳ quadam infertur, ut apud nos: er der. Infra I, 4, 11: Ἔπειτ' οὐκ οἶει (θεοὺς) φροντίζειν; οἳ πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον ὀρθὸν ἀνέστησαν κτλ. III, 5, 15. V. Ios. Strangium in Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 368. Matthiae. Gr. T. II. §. 477. c. Kühner. T. II. §. 800. a. Maiore vi relativum effertur addita particula γέ, ut III, 5, 16. Hellen. II, 4, 41. Etiam sine praegressa enuntiatione interrogativa ὅς pro οὗτος γάρ dici potest, ut infra III, 5, 11.

γέγραπτο] Sic Bornemannus codicis F. auctoritate nisus rescripsit pro vulg. ἐγέγραπτο. Carolus Grashofius in Darmstad. Ephem. schol. anni 1832. p. 428 sqq. clare docet plusquamperfecti augmentum syllabicum non solum a poetis, sed etiam a pedestris orationis scriptoribus saepe euphoniae causa omitti, idque in simplicibus verbis fieri, ubi vocalis, quae elidi non possit, antecedat, in compositis autem, ubi praepositio in vocalem desinat; quanquam nonnulla etiam, imprimis in compositis, reperiantur exempla, quae cum hac lege conciliari non possint. Cyrop. III, 2, 24. αἱ συνθῆκαι γεγένηντο (ex ABG pro vulg. ἐγένοντο): ubi v. Poppo-

πεύων τοὺς θεοὺς μάλιστα τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· ἀντὶ δὲ τοῦ διαφθείρειν τοὺς νέους, ὃ δὴ ὁ γραψάμενος αὐτὸν ᾐτιᾶτο, φανερὸς ἦν τῶν συνόντων τοὺς πονηρὰς ἐπιθυμίας ἔχοντας τούτων μὲν παύων, τῆς δὲ καλλίστης καὶ μεγαλοπρεπεστάτης ἀρετῆς, ἣ πόλεις τε καὶ οἴκους εὖ οἰκοῦσι, προτρέπων ἐπιθυμεῖν· ταῦτα δὲ πράττων πῶς οὐ μεγάλης ἄξιος ἦν τιμῆς τῇ πόλει;

οἴκους] V. adn.

nem. Ibid. IV, 1, 9. *καταλέλειπτο*. VII, 2, 5. *καταδεδραμήκεσαν*. Hellen. II, 2, 11. *ἐπιλελοίπει*. Anab. IV, 5, 15. *καὶ τετήκει* (sic legunt praestantissimi libri F. et H.): ubi v. Bornemannum. Ibid. V, 4, 13. cod. F. exhibet *ἐνδεδύκεσαν*, quod non probo, quia praepositio in consonantem exit. VII, 3, 20. *διαβεβήκει*. c. 5, 8. *διαβεβλήκει* (at F. et H. *διεβεβλ*.). §. 15. *καταβεβήκεσαν*. Alia dant Grammaticae.

ᾐτιᾶτο] Plusquamperfectum *ἐγέγραπτο* significat: ut in accusationis libello perscriptum erat; imperfecto *ᾐτιᾶτο* res apte refertur ad illud ipsum tempus, quo accusatio fiebat.

οἴκους εὖ οἰκοῦσι] Codex F. exhibet elegantem lectionem: *οἶκοι εὖ οἰκοῦσι*, a Bornemanno aliisque receptam. Saepe enim forma activa *οἰκεῖν* intransitiva potestate usurpatur, ut significet et habitari, et habitare in aliquo loco, et administrari, institutum esse. Cf. Hellen. IV, 8, 5: *καὶ Τῆμνος — καὶ Αἶγαι καὶ ἄλλα γε χωρία δύνανται οἰκεῖν* (habitari). VII, 5, 5. Cyrop. VIII, 1, 2. E Platone plura contulit Stallbaum. ad Reip. V. p. 462. D. et VIII. p. 543. princ. Cf. nos in Gr. T. II. §. 392. p. 10. (Gr. schol. §. 338. b.) Verum quum praeter cod. F. reliqui omnes libri mordicus teneant lectionem *οἴκους*, et Xenophon etiam alibi (v. adnot. in I, 1, 7.) *οἰκεῖν οἴκους, πόλεις* dicat, retinendam putavi vulgatam.

προτρέπων ἐπιθυμεῖν] Supra §. 32. formam medii *προτρέπεσθαι* legimus: *πολλοὺς δὲ προετρέποντο ἀδικεῖν*, neque aliter II, 3, 12: *προτρέψαιτο ἐπιμελεῖσθαι*. III, 3, 8. 5, 3. IV, 5, 1. 8, 11. Contra forma activa legitur I, 7, 1: *ἀλαζονείας ἀποτρέπων τοὺς συνόντας ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι προετρεπεν*, ubi forma activa respondet opposito *ἀποτρέπων*. II, 1, 1. et 5, 1. IV, 7, 9. c. inf. III, 3, 15: *προτρέπειν ἐπὶ ταῦτα*. Thom. Mag. p. 275. ed. Ritsch.: *καὶ προὔτρεψε καὶ προὐτρέψατο*. Mire Moeris p. 302: *προὔτρεψεν, οὐ προετρέψατο*; sed v. Piersonum ad h. l. E quibus exemplis luculenter apparet utriusque formae sententiam esse eandem, nec differre nisi eo, quod forma activa simplicem adhortandi notionem designet, media contra simul adiunctam habeat relationem ad subiectum (sibi impellere).

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Prioribus duobus capitibus Socratis defensio contra adversariorum criminationes et insimulationes ad finem perducta videri potest. Quae sequuntur, eo consilio addita sunt, ut non solum superior defensio per singula magis confirmaretur Socratisque de gravissimis maximisque rebus cum amicis discipulisque suis disputationibus in clariore luce collocaretur et adversariorum pravitas ac malignitas manifestius declararetur, sed etiam omnis integerrimi atque sanctissimi viri vita tanquam illustrissimum omnis virtutis exemplum proponeretur.

Hoc tertio capite repetuntur ea, quae prioribus iam exposita sunt, ita tamen, ut, quum supra ad adversariorum criminationes diluendas deos coluisse Socratem virtutisque studiosissimum fuisse demonstratum esset, iam magis, quo modo deos coluerit, doceatur et de eius in victu amoreque temperantia fusius exponatur.

In cultu deorum patrium morem observabat aliisque, ut idem facerent, suadebat (§. 1); in precibus ad deos faciendis simpliciter bona ab iis expetenda docebat, quippe quum dii optime scirent, quae hominibus bona essent (§. 2); in sacrificiis non magnitudinem sacrorum oblatorum deos respicere, sed mentem, e qua profecta essent (§. 3); deorum significationes in rebus gerendis praeferendas esse hominum consiliis (§. 4). In cibo potuque et amore et ipse temperantissimus erat et alios eandem temperantiam docebat (§. 5—15).

Ὡς δὲ δὴ καὶ ὠφελεῖν ἐδόκει μοι τοὺς ξυνόντας 1
τὰ μὲν ἔργῳ δεικνύων ἑαυτὸν οἷος ἦν, τὰ δὲ καὶ δια-

Cap. III. §. 1. οἷος ἦν] F. ὅστις ἦν.

Cap. III. §. 1. καὶ ὠφελεῖν] Socrates discipulis suis non solum non nocuit, ut vidimus, sed etiam profuit. Sic καί, etiam, explicandum est e suppresso orationis membro, ad quod referendum est. Sic II, 7, 14. καὶ ὑμᾶς αὐτάς. III, 6, 11. 11, 13. Cf. ad I, 1, 6. IV, 1, 5. 6, 1. Pari modo καί totis enuntiationibus praemittitur, ut Apol. 1: Σωκράτους δὲ ἄξιόν μοι δοκεῖ εἶναι μεμνῆσθαι καὶ ὡς — ἐβουλεύσατο περί τε τῆς ἀπολογίας καὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βίου (quum alia, tum quomodo). 3: οὐκ ἐχρῆν μέντοι σκοπεῖν, ὦ Σ., καὶ ὅτι ἀπολογήσῃ; quae Bornemannus in ed. 1824. recte interpretatur: de rebus aliis

λεγόμενος, τούτων δὴ γράψω, ὁπόσα ἂν διαμνημονεύσω. Τὰ μὲν τοίνυν πρὸς τοὺς θεοὺς φανερὸς ἦν καὶ ποιῶν καὶ λέγων, ἥπερ ἡ Πυθία ὑποκρίνεται τοῖς ἐρωτῶσι, πῶς δεῖ ποιεῖν ἢ περὶ θυσίας ἢ περὶ προγόνων θεραπείας ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων· ἥ τε γὰρ Πυθία νόμῳ πόλεως ἀναιρεῖ ποιοῦντας εὐσεβῶς ἂν ποιεῖν, Σωκράτης τε οὕτως καὶ αὐτὸς ἐποίει καὶ τοῖς ἄλλοις παρήνει, τοὺς δὲ ἄλλως πως ποιοῦν-

ὁπόσα ἂν] Flor. A. Par. A B C et Vict. K. *ὁπόσων ἄν.* — *ὑποκρίνεται*] V. adn. — *οὕτως καὶ*] V. adn.

§. 2. *Καὶ εὔχετο δὲ*] A C H om. *καί.* Voss. 2. *ηὔχετο.* V. adn. — *πρὸς τοὺς θεοὺς*] F. *καὶ τοὺς θεούς.* Idem *τὰ ἀγαθά.* — *ὁποῖα ἀγαθά*] Voss. 2. *ὁπ. τἀγαθά*, h. e. qualia sint illa bona, sc. quae Socr. precari solebat, ut recte

quo minus loquaris, nihil impedio; sed hoc etiam deliberare oportet, quid tui defendendi causa sis prolaturus. Cf. nos in Gr. T. II. §. 728. 729. (Gr. schol. §. 614.)

Τὰ μὲν τοίνυν] *Μέν* particulae respondet §. 5. *διαίτῃ δέ. Τοίνυν* indicat transitum ad rem. V. ad I, 2, 29.

ὑποκρίνεται] Reduxi hanc lectionem, Iuntinae, Vind. 1. Vat. 1. et Par. A B C E F H et pr. m. G. auctoritate satis communitam, pro *ἀποκρίνεται*, quod recentiores editores receperunt. Nam verbo *ὑποκρίνεσθαι* respondendi significatione non solum Iones usi sunt (ut Herod. I, 78. 91: *ἡ Πυθίη ὑπεκρίνατο τοῖσι Δυδοῖσι*, et alibi. V. Schweighäuseri Lex. p. 346.), sed etiam Thucydides VII, 44, 5 (a Sauppio comp.), ubi v. Goellerum et Popponem. Quod autem infra IV, 3, 16. Xenophon in eadem re usus est verbo *ἀποκρίνεσθαι*, ex eo argumentum ad reiiciendam illam lectionem repeti potest nullum.

ἥ τε — Σωκράτης τε] V. ad I, 1, 14. — *νόμῳ πόλεως.* Apte comparant editores Cicer. de Legg. II, 16. — Verbum *ἀναιρεῖ* de oraculorum responsis proprium est ac legitimum. V. Koenium ad Greg. Cor. p. 493 sq. Lex. Segner. p. 214. (Bekker.). Cf. Apol. 14. Anab. III, 1, 6. V, 3, 7.

οὕτως καὶ] Sic recte Bornemannus cum Iunt. Ald. ed. Par. et C D E G H rescripsit pro *οὕτω καί.* Constat enim *οὕτως* etiam ante consonam ab Atticis usurpari solere, ubi notio sic, hoc modo maiore vi efferenda sit. Cf. I, 5, 5., ubi v. Var. Lectt. II, 1, 12. 7, 11., ubi v. adnotata. III, 3, 4. 6, 9: *οὕτως γε*, sic statim. 9, 8: *πολλοὶ οὕτως πρός τινας ἔχουσιν* (uti cum 5 codd. legendum). 11, 7: *οὕτως γε ἀτεχνῶς* (Vind. et A. male *οὕτω*). IV, 4, 5., ubi v. Varr. Lectt. At vero huius cap. §. 15. male in nonnullis libris legitur: *οὕτως κατεσκευάσμένος ἦν*; nam ibi nulla vis posita est in vocabulo *οὕτω*. Idem statuendum est de II, 6, 38. Cf. Bornemannum ad h. l. et ad Cyrop. I, 2, 15. p. 29. ed. Lips. Maetznerum ad Antiphont. p.

τας περιέργους καὶ ματαίους ἐνόμιζεν εἶναι. Καὶ εὔ- 2
χετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι, ὡς
τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας, ὁποῖα ἀγαθά ἐστι· τοὺς
δ' εὐχομένους χρυσίον ἢ ἀργύριον ἢ τυραννίδα ἢ
ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν διάφορον ἐνόμιζεν εὔ-
χεσθαι, ἢ εἰ κυβείαν ἢ μάχην ἢ ἄλλο τι εὔχοιντο τῶν
φανερῶς ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο. Θυσίας δὲ θύων 3
μικρὰς ἀπὸ μικρῶν οὐδὲν ἡγεῖτο μειοῦσθαι τῶν ἀπὸ

vertit Herbst. — *οὐδὲν διάφορον*] F. *οὐδέν τι διαφ.*: quod recepit Born. Dein idem F. *ἢ εἰ ἄλλο τι*, in sequentibus huius cod. lectio obscure tradita est a Gailio. — *ἀποβήσοιτο*] Vat. 1. Flor. E. *ἀποβήσοιντο*; G. *ἀποβήσητο* et Iunt. *ἀποβήσετο*. V. I, 1, 6.

192. Popponem ad Thucyd. Part. I. Vol. 1. p. 216. et p. 418. Rost. Gr. §. 22. not. 5. Kühner. T. II. §. 36. not. 1.

παρήνει οὕτω ποιεῖν. Anab. III, 1, 44: *αὐτούς τε ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν* (sc. *ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι*): ubi v. Krügerum. Ibid. IV, 3, 17: *καὶ ἀποδὺς ἐλάμβανε τὰ ὅπλα καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλε* (sc. *ἀποδύντας λαμβάνειν τὰ ὅπλα*).

§. 2. *Καὶ εὔχετο δὲ*] De particulis *καὶ — δέ* (und ferner) v. ad I, 1, 3. — Pro *εὔχετο* Voss. 2. exhibet *ηὔχετο*, quae quidem forma paucis tantum locis scriptoris nostri codicum auctoritate munita reperitur, ut Cyrop. II, 1, 1. in Guelph. *προσηύξαντο*, in ceteris *προσηὔχοντο*. Ibid. IV, 2, 12. *ἐπηύξατο* (sine v. l.). Agesil. XI, 2. *ηὔχετο* (sine v. l.). Contra Hellen. IV, 4, 12. *εὔξαντο*. V, 1, 3. *εὔχοντο* (Bryl. Castal. *ηὔχ.*). Cyrop. III, 2, 15. recte Born. cum Guelf. et Par. A B recepit *εὐχόμην*. Idem statuendum de VIII, 7, 7. At non recte idem Born. VII, 5, 42. e Vat. ambiguitatis evitandae causa lectioni vulgatae *εὐχόμεθα* praetulit *ηὐχ.* Cyrop. V, 1, 29. *ἐπεύξατο* (v. l. minoris momenti *ἐπηύξ.*). 4, 14. eadem forma (sine v. l.). 5, 44. *εὐξάμεθα* (sine v. l.). Oecon. VII, 7. *εὐξάμην* (sine v. l.). 8. *συνεύχετο* (cod. Lips. *συνηύχ.*). Cf. praeterea Popponem ad Cyrop. p. XXXVIII. Sauppium ad h. l. Krügerum ad Anab. I, 4, 17. Bornemannum ad Anab. IV, 8, 25. p. 312.

ὡς τοὺς θεοὺς — εἰδότας] V. ad I, 2, 20. De Socratico autem praecepto simpliciter bona a diis esse precanda v. Platon. Alcib. II. p. 142 extr. et 143. A., ubi elegantes poetae versus proferuntur:

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν.

Totus Platonis dialogus, qui agit de precibus ad deos faciendis, consentit cum huius loci praecepto. Ceterum pro *τοὺς θεούς* exspectes pronomen *αὐτούς*. Sed apud Graecos haec antecedentis substantivi repetitio frequentissima est. V. ad I, 6, 1.

§. 3. *ἀπὸ μικρῶν — ἀπὸ πολλῶν*] V. ad I, 2, 14.

πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὰ καὶ μεγάλα θυόντων· οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς ἔφη καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον· πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν εἶναι κεχαρισμένα· οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν, εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν· ἀλλ' ἐνόμιζε τοὺς θεοὺς ταῖς παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων τιμαῖς μάλιστα χαίρειν. Ἐπαινέτης δ' ἦν καὶ τοῦ ἔπους τούτου·

§. 3. *οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς*] Schn. ob seqq. *οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι*, ubi Reiskius acute *αὖ* pro *ἄν* legendum coniicit, scribendum censet *οὔτε γὰρ ἂν τοῖς θεοῖς*. V. adn. — *κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς*] F. *τοῖς θεοῖς κεχ.*, quod recepit Born. — *μάλιστα χαίρειν*] Sic ABMY pro *μάλα*. Dein F. *καλῶς ἔχειν, εἰ — ἔχαιρον*] H. e. rem pulchre se habituram esse, si — gauderent. Quemadmodum in oratione recta *καλῶς εἶχε, καλὸν ἦν, αἰσχρὸν ἦν, εἰκὸς ἦν, ἐξῆν, προσῆκε* cett. sine particula *ἄν* dicuntur; sic h. l. in oratione obliqua infinitivus sine *ἄν* positus est. V. nos in Gr. II. §. 821, 3. p. 557. (Gr. schol. §. 683, 2.) In sqq. *οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν* pari iure omitti potuit *ἄν*; nam in oratione recta sententia sic efferenda erat: *οὔτε τοῖς ἀνθρ. ἄξιον ἦν ζῆν*. De loci sententia Weiskius bene contendit Plat. Alcib. II. p. 149. E.

οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν] In his verbis Weiskius miras excitavit turbas. At omnia egregie sese habent, uti luculenter apparet e Voigtlaenderi huius loci explicatione, in Observatt. ad hos libros p. 3 sq. consignata: „Voluit Socrates sine dubio hoc indicare, omnino hominum vitam miseram reddi et omnes humanae societatis leges tolli, si diis magis improborum, quam proborum hominum sacrificia placerent. Illorum enim sacra si dii praeferunt, necessario sequitur eos etiam beneficiis suis malos ornare et omnino bonis praeponere. Ex quo exsisterent miseri et dii et homines; illi, quod aut eos amare deberent homines, quos propter iustitiam suam et sanctitatem amare nequeunt, aut ipsi mali essent; hi, quod aut probi homines omnino cedere deberent pravis, aut omnis omnino inter homines probitas evanesceret. Quo ipso illud efficeretur, ut summa imis miscerentur et neminem omnino creatum esse praestaret." Unde patet sententiam *οὔτ' ἂν ἄξιον εἶναι ζῆν* ad universum genus humanum recte esse relatam.

Κὰδ δύναμιν] Hesiod. Ἔργ. κ. Ἡμέρ. 336. — Deinde in *καὶ πρὸς φίλους δέ* particularum *καὶ — δέ* iunctura non est confundenda cum ea, quam ad I, 1, 3. attigimus. Nam h. l. *καί* respondet sequenti *καὶ πρὸς τὴν ἄλλην δίαιταν*, nec quicquam habet communionis cum particula *δέ*. — Praepositio *πρός* ad vocabulum *ξένους* non est re-

Κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσι·

καὶ πρὸς φίλους δὲ καὶ ξένους καὶ πρὸς τὴν ἄλλην δίαιταν καλὴν ἔφη παραίνεσιν εἶναι τὴν Κὰδ δύναμιν ἔρδειν. Εἰ δέ τι δόξειεν αὐτῷ σημαίνεσθαι παρὰ τῶν 4
θεῶν, ἧττον ἂν ἐπείσθη παρὰ τὰ σημαινόμενα ποιῆσαι, ἢ εἴ τις αὐτὸν ἔπειθεν ὁδοῦ λαβεῖν ἡγεμόνα τυφλὸν καὶ μὴ εἰδότα τὴν ὁδὸν ἀντὶ βλέποντος καὶ εἰδότος· καὶ τῶν ἄλλων δὲ μωρίαν κατηγόρει, οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα ποιοῦσί τι φυλαττόμενοι τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀδοξίαν. Αὐ-

τούτου τοῦ ἔπους.

§. 4. *παρὰ τῶν θεῶν*] Sic A. H. pro *παρὰ θεῶν*. Deinde F. *εἴ τις ἔπειθεν* sine *αὐτόν*. — *παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν*] Sic Steph. Ern. Zeun.; D. F. *π. τ. ὑπὸ τ. θ.*; Iunt. Ald. E. *τὰ παρὰ τῶν θ.*; ed. Par. cum ABGKL *παρὰ τὰ τῶν θ.* V. adn.

petita, quia *φίλοι* et *ξένοι* in unam notionem coniuncti opponuntur *τῇ ἄλλῃ διαίτῃ*. I, 4, 17: *περὶ τῶν ἐνθάδε καὶ περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Σικελίᾳ*, ubi ex eadem causa non solum praepositio, sed etiam articulus (*καὶ περὶ τῶν ἐν Σικ.*) non est repetitus. II, 1, 6: *ἀγυμνάστως ἔχειν πρός τε ψύχη καὶ θάλπη*. III, 10, 13: *ὑπὸ τῶν κλειδῶν καὶ ἐπωμίδων*. Cf. adnot. in I, 2, 53.

τὴν Κὰδ δύναμιν] Per attractionem quandam pro *τὸ Κὰδ δ.* dictum. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 280. Kühner. T. II. §. 492, 3.

§. 4. *Εἰ δέ τι δόξειεν —, ἧττον ἂν ἐπείσθη*] H. e. quotiescunque — videretur, minus ei persuaderi poterat. Eadem enuntiationis forma, sed sine *ἄν* in apodosi §. 6. et cum *ἄν* in apodosi et imperfecto IV, 6, 13: *εἰ δέ τις αὐτῷ — ἀντιλέγοι —, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα τὸν λόγον*. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 599. a. Rost. §. 120. p. 586. Kühner. T. II. §. 819. *β*. (Gr. schol. §. 681. *β*.)

παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα] Cyrop. I, 6, 2: *ἕτερα λέγοντες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα*, quod recte Poppo restituit. Altera lectio, a Bornemanno retenta, *ὑπὸ τῶν θεῶν*, aperte sapit glossatoris manum. Repetitio eiusdem praepositionis morari nos non potest. Hellen. V, 6, 24: *προπετεῖς ἦσαν εἰς τὸ ἰέναι εἰς τὴν Λακεδαίμονα*. Cyrop. I, 5, 1: *ἐν Πέρσαις ἐνιαυτὸν λέγεται ἐν τοῖς παισὶν ἔτι γενέσθαι*, ubi Bornemannus comparat Anab. IV, 3, 11: *ἐν τῷ πέραν ἐν πέτραις καθηκούσαις*. V, 3, 8: *ἐν δὲ τῷ ἐν Σκιλλοῦντι χωρίῳ*. Adde Isocr. Archid. p. 113, 4: *εἰς τοὺς Ἕλληνας εἰς πολλὴν ταραχήν*. Areopag. p. 129, 6: *εἰς τὰς ἑορτὰς εἰς ἄστυ*. V. I. Strangium Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 343. Huc accedit, quod praepositio *παρά* c. genitivo coniuncta consociari solet cum verbis *σημαίνεσθαι, ἀγγέλλεσθαι*, similibus, itemque solemnis est loquutio *τὰ παρὰ θεῶν*, ut II, 6, 8. Apol. 12: *τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ διαγγέλλει*.

τὸς δὲ πάντα τἀνθρώπινα ὑπερεώρα πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν ξυμβουλίαν.

Διαίτῃ δὲ τήν τε ψυχὴν ἐπαίδευσε καὶ τὸ σῶμα, ᾗ χρώμενος ἄν τις, εἰ μή τι δαιμόνιον εἴη, θαῤῥαλέως καὶ ἀσφαλῶς διάγοι, καὶ οὐκ ἂν ἀπορήσειε τοσαύτης δαπάνης. Οὕτω γὰρ εὐτελὴς ἦν, ὥστ' οὐκ οἶδ', εἴ τις οὕτως ἂν ὀλίγα ἐργάζοιτο, ὥστε μὴ λαμβάνειν τὰ Σωκράτει ἀρκοῦντα· σίτῳ μὲν γὰρ τοσούτῳ ἐχρῆτο, ὅσον ἡδέως ἥσθιε· καὶ ἐπὶ τούτῳ οὕτω πα-

τἀνθρώπινα] Sic ed. Par. A. B.; F. K. τὰ ἀνθρ. Reliqui ἀνθρ.

§. 5. θαῤῥαλέως καὶ] F. inserit τε: quod receperunt recentiores editores. Dein idem F. ὡς οὐκ οἶδ' εἰ. — ἐπὶ τούτῳ] V. adn. — εἰ μὴ διψώη] Par. A. et Vict. K. ἦν μὴ διψῇ. Male.

πρὸς τὴν — ξυμβουλίαν] V. ad I, 2, 52. Ceterum Schneiderus post haec verba clausulam desiderat similem ei, qua Xenophon usus est §. 15. Nam has primas quatuor §§., in quibus de Socratis pietate agitur, per se esse spectandas apparet e §. 15., ubi in argumenti repetitione nulla fit pietatis mentio. Neque negari potest laxius esse vinculum, quo haec cum sequentibus copulata sint. Sed credo talia in his libris non esse ad vivum resecanda. Transitus a pietate in deos ad victum durior nobis videtur. At omnis duritiies sublata erit, si nobiscum reputaverimus Xenophontem hic ab hominum in deos officiis transire ad hominum et in se et in alios homines officia. Bornemannus suspicatur verba §. 1. Τὰ μὲν τοίνυν usque ad §. 4 extr. eorum omnium clausulam esse Xenophontem voluisse, quae ab initio libri hucusque tractavisset.

§. 5. εἰ μή τι δαιμόνιον εἴη] Cyrop. I, 6, 18: ἢν μή τις θεὸς βλάπτῃ. V. Bornemannum et Herbstium ad Symp. VIII, 43.

τοσαύτης δαπάνης] „quanta opus est ad victum Socraticum." SCHNEIDERUS.

οὐκ οἶδ', εἴ τις — ἐργάζοιτο] V. ad I, 1, 8. De v. ἐργάζεσθαι v. ad II, 8, 2. De structura optativi cum ἄν in interrogatione cf. infra IV, 2, 30. Cyrop. I, 6, 41: εἰ τοιαῦτα ἐθελήσαις καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις μηχανᾶσθαι, οὐκ οἶδ' ἔγωγε, εἴ τινας λίποις ἂν τῶν πολεμίων: ubi enuntiatio conditionalis, ad quam referendum est ἄν, addita est. Ibid. §. 10. Cf. Bornemannum ad Conviv. IV, 3. p. 102. et ad Cyrop. I, 6, 10. ed. Goth. Kühner. Gr. T. II. §. 839. (Gr. schol. §. 700.)

ἐπὶ τούτῳ] Hanc lectionem, omnium fere librorum auctoritate munitam, acute defendit C. H. Funkhaenel. in Quaest. Demosth. p. 26., dicens ἐπί c. dat. iunctum illud ipsum significare, propter quod aliud fiat, ut sit: ut cibo frueretur. Vel potius sic loci sententiam constituendam censeo: Cibi enim Socrates tantum sumebat, quantum cum suavitate (mit Appetit) comederet; ad id autem assequendum (ἐπὶ τούτῳ δέ), sc. ut cum suavitate ederet, ad cibum sic paratus accedebat, ut etc.

ρεσκευασμένος ᾖει, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι· ποτὸν δὲ πᾶν ἡδὺ ἦν αὐτῷ διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψῴη. Εἰ δέ ποτε κληθεὶς ἐθε- 6
λήσειεν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, ὃ τοῖς πλείστοις ἐργωδέστατόν ἐστιν, ὥστε φυλάξασθαι τὸ ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐμπίπλασθαι, τοῦτο ῥᾳδίως πάνυ ἐφυλάττετο· τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις τοῦτο ποιεῖν συνεβούλευε φυλάττεσθαι τὰ πείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, μηδὲ διψῶντας πίνειν· καὶ γὰρ τὰ λυμαινόμενα γαστέρας καὶ κεφα-

§. 6. καιρὸν] Voss. 2. Vind. 2. Vat. 1. Flor. E. Par. D. m. pr. L. G. et hic et §. 7. exhibent κόρον: quod recepit Ern. — ἐφυλάττετο] Voss. 2. Par. B. et Vict. K. ἐφύλαττε. — πείθαντα] V. adn.

Ad verbum ᾖει igitur supplendum est ἐπὶ σῖτον. In cod. Leidensi, Par. C. et a sec. manu D. habetur ἐπὶ τοῦτο: quae lectio ab huius loci sententia abhorrere videtur; nam non simpliciter ad cibum accedere dicitur S., sed eo consilio, ut cibum iucunde comederet. Quod autem Steph. sec. exhibet et Reiskius coniecit: ἐπὶ τοῦτον, nullius momenti est. Nam si lectio ἐπὶ τοῦτο vera esset, neutrum referendum est non ad σῖτον, sed ad verbum ἐσθίειν: de quo neutrius pronominis usu exposuimus in Gr. T. II. §. 421. not. 2.

ὄψον] dicitur quicquid ad panem (σῖτον) adhibetur; cf. I, 6, 5. Cyrop. I, 5, 12: λιμῷ δὲ ὅσαπερ ὄψῳ διαχρῆσθε; vel etiam id, quod sine pane editur, ut carnes, pisces; cf. III, 14, 2. et 3; omnino omnes cibi delicatiores (ἡδύσματα), condimenta, alia; cf. III, 14, 2. V. Bornemannum ad Symp. IV, 8. p. 108. Cf. Cicer. Tusc. V, 34, 97: Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse: se, quo melius coenaret, opsonare ambulando famem.

§. 6. Εἰ — ἐθελήσειεν —, ἐφυλάττετο] Cf. ad §. 4.

ὥστε φυλάξασθαι] Ut simplex infinitivus, sic, sed maiore cum vi, infinitivus cum ὥστε saepe ponitur ad antecedentem vocem vel enuntiationem accuratius explicandam. V. Matthiae. T. II. §. 531. not. 2. Kühner. T. II. §. 642.

τὰ πείθοντα] Cod. Stob. et Clemens Alex. Strom. II. p. 492. exhibent τὰ ἀναπείθοντα, quod verbum etiam apud Plutarchum T. II. p. 521. F. et de garrulitate c. 22., ubi noster locus imitando expressus est, legitur. Compositum, quod rem gravius significat, etiam reperitur infra I, 2, 52: ἀναπείθειν τοὺς νέους. III, 11, 10: οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ ἀναπείθεις. At recte Sauppius lectionem omnium fere librorum τὰ πείθοντα reduxit, coll. I, 2, 23: αἳ ἡδοναὶ πείθουσιν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) μὴ σωφρονεῖν, Oecon. XIX, 16, ubi simplex et compositum promiscue usurpantur.

γαστέρας καὶ κεφαλὰς καὶ ψυχάς] Attendant tirones ad numerum plurativum, quo Graeci et Latini scriptores in nominibus uti solent, ubi ea ad

7 λὰς καὶ ψυχὰς ταῦτ' ἔφη εἶναι. Οἴεσθαι δ' ἔφη ἐπισκώπτων καὶ τὴν Κίρκην ὗς ποιεῖν τοιούτοις πολλοῖς δειπνίζουσαν· τὸν δὲ Ὀδυσσέα Ἑρμοῦ τε ὑποθημοσύνῃ καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα, καὶ ἀποσχόμενον τὸ ὑπὲρ τὸν καιρὸν τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι, διὰ ταῦτα οὐδὲ γενέσθαι ὗν.

8 Τοιαῦτα μὲν περὶ τούτων ἔπαιζεν ἅμα σπουδάζων· ἀφροδισίων δὲ παρήνει τῶν καλῶν ἰσχυρῶς ἀπέχε-

§. 7. καὶ ἀποσχόμενον τὸ] Born. credit καί deberi librariis. Ego non credo. De vocula τό v. adn. — οὐδὲ γενέσθαι ὗν] D. F. et Stob. οὐ γεν. Male.

§. 8. ἰσχυρῶς ἀπέχεσθαι] ABH ἀπέχεσθαι ἰσχυρῶς. — τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν] Schneid. in Addendis hic et §. 10. legendum coniicit τὸν Ἀλκ. ἀδελφόν: quod recepit Langius, haec monens: „Nam praeter Alcibiadem, Cliniae filium satis notum, memoratur illo tempore nullus. Atque huic quidem frater

plures referuntur. V. nos in Gr. T. II. §. 408. not. 3. (Gr. schol. §. 350. not.) Cf. Lysiae accus. Theomn. §. 29: ὅσῳ μείζονς εἰσὶ καὶ νεανίαι τὰς ὄψεις. Infra III, 12, 2. recte legitur: διὰ τὴν τῶν σωμάτων καχεξίαν ἀποθνήσκουσι pro vulg. τοῦ σώματος (at paulo post: διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀδυναμίαν δοκοῦντες ἀποδειλιᾶν). V. Lobeckium ad Phryn. p. 365. De Latinis v. nos in Cicer. Tuscul. IV, 2, 3.

§. 7. τὴν Κίρκην] Od. κ, 239 sqq.

τοιούτοις πολλοῖς] ἃ πείθει μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, μηδὲ διψῶντας πίνειν.

ἀποσχόμενον τὸ — ἅπτεσθαι] Temere Brodaeus, Castalio, Steph. sec. et Ernestius mutaverunt τὸ in τοῦ. Saepe enim Graeci verba, quae plerumque cum simplici infinitivo coniunguntur, cum accusativo articuli et infinitivo construunt. Plat. Rep. extr.: οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου: ubi v. Stallbaum. Infra IV, 7, 5: τὸ δὲ — μανθάνειν — ἰσχυρῶς ἀπέτρεπεν. 4, 11: διαφεύγειν — τὸ ἀποδείκνυσθαι γνώμην. Cf. Sauppium ad h. l. et nos in Gr. T. II. §. 643. et Gr. schol. §. 553. Ubi infinitivus cum articulo coniunctus verbo regenti praemittitur, magna vis inest in hac structura, ut infra IV, 3, 1: τὸ μὲν οὖν λεκτικοὺς καὶ πρακτικοὺς — γίγνεσθαι τοὺς συνόντας οὐκ ἔσπευδεν: in quo haec vis latet: quod attinet ad id, ut — fierent. Cf. IV, 7, 5. l. d.

διὰ ταῦτα] Post participium causam significans saepius enuntiationis praedicato διὰ τοῦτο vel διὰ ταῦτα additur, ad causae notionem efferendam. Anab. I, 7, 3. VII, 1, 9. Cyrop. III, 1, 39. V. Krüger. de authentia et integr. Anab. (Halis Sax. 1824.) p. 55 sq. Adde nos in Gr. T. II. §. 667. not.

§. 8. ἀφροδισίων] Difficile est diiudicare, utrum hic genitivus pendeat a περί praepositione, quae modo praecessit, an a sequenti verbo ἀπέχεσθαι. Priorem rationem ego in Gr. T. II. §. 625, 4. sequutus sum, demonstrans in altero duarum enuntiationum ἀντιθετικῶν membro interdum omitti praepositionem, coll. Thuc. I, 141: ἐν βρα-

σθαι· οὐ γὰρ ἔφη ῥᾴδιον εἶναι τῶν τοιούτων ἁπτόμενον σωφρονεῖν. Ἀλλὰ καὶ Κριτόβουλόν ποτε τὸν Κρίτωνος πυθόμενος ὅτι ἐφίλησε τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν καλὸν ὄντα, παρόντος τοῦ Κριτοβούλου, ἤρετο Ξενοφῶντα· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Ξενοφῶν, οὐ σὺ Κριτόβουλον ἐνόμιζες εἶναι τῶν σωφρονικῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ τῶν θρασέων, καὶ τῶν προνοητικῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀνοήτων τε καὶ ῥιψοκινδύνων; — Πάνυ μὲν οὖν, 9

erat minor, nomine Clinias (v. Plat. Alcib. I. §. 31. et Protag. p. 106. ed. Bip.), Socrati a patre in disciplinam traditus ac formosus (Xen. Symp. IV, 23.), nequaquam vero filius, saltem non eius aetatis, qui Socratis disciplina uti potuisset. Ergo de eodem Clinia, Alcibiadis fratre, h. l. sermo est, cuius osculum periculosum in Symp. quoque l. d. occurrit."

§. 9. θρασέων] V. adn.

χεῖ μὲν μορίῳ σκοποῦσί τι τῶν κοινῶν, τῷ δὲ πλέονι τὰ οἰκεῖα πράσσουσι. Cf. Bernhardy gr. Syntax. p. 204. Posteriorem rationem amplexatus est Herbstius, qui ἀφροδίσια τῶν καλῶν eleganter explicat voluptates, quae e congressu cum pulchris capiuntur, ut II, 6, 22: τοῖς τῶν ὡραίων ἀφροδισίοις ἡδόμενοι. Ac sane habet haec ratio, quo sese commendet. Nam notio, quae περί praepositione cum genitivo coniuncta designatur, latet in simplici collocatione vocabuli ἀφροδισίων. Saepe enim apud Graecos Latinosque scriptores nomen in prima enuntiationis sede ita ponitur, ut nobis vertendum sit per: quod attinet ad. Qui autem in ipso genitivo eam vim esse statuunt, ut absolute poni possit, sine dubio falluntur. Nam omnium locorum, qui a Grammaticis, ut Matthiaeo in Gr. T. II. §. 343, 3. aliisque, ad hanc sententiam confirmandam afferuntur, ne unus quidem est, qui non alia ratione accuratius et verius explicari possit. Nonnullos eorum bene explanavit Sauppius.

ἁπτόμενον] Non opus est cum Herbstio indefinitum pronomen supplere; subiectum enim latet in participio. §. 11: ἐφ' οἷς οὐδ' ἂν μαινόμενος σπουδάσειεν: ubitemere Weiskius adiiciendum censet τις. II, 1, 17. 6, 26: πῶς οὖν οὐ λυσιτελεῖ τοὺς βελτίστους φίλους κτησάμενον πολιτεύεσθαι. III, 6, 6. 9, 14. 13, 2. IV, 2, 37. V. nos in Gr. §. 414. 5. (Gr. schol. §. 361, 4.) et ad Cicer. Tuscul. IV, 8, 17.

Κριτόβουλον] V. Cobetum in Prosop. p. 58 sq.

τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν] Virorum doctorum de h. l. varias sententias sub examen vocavit Cobetus l. d. p. 59—61., legendumque coniecit τὸν τοῦ Ἀξιόχου υἱόν (i. e. Cliniam, Axiochi filium).

§. 9. θρασέων] Sic legitur in marg. Steph., ed. Par., libro Leid., Vindob. 2., Par. F. L. M. margine Par. G. Idem latet in lectione Vind. 1. ὁρασέων. Vulgo ἐραστῶν. Hinc Weiskius utroque vocabulo coniuncto scripsit θρασέων ἐραστῶν, quia solus θρασὺς non bene opponeretur σωφρονικῷ, comp. III, 9, 4., et, si θρασέων solum poneretur visque afferretur τῷ σωφρονικῶν, sequentia

ἔφη ὁ Ξενοφῶν. — Νῦν τοίνυν νόμιζε αὐτὸν θερμουργότατον εἶναι καὶ λεωργότατον· οὗτος κἂν εἰς μαχαίρας κυβιστήσειε, κἂν εἰς πῦρ ἅλοιτο. — Καὶ τί δή, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἰδὼν ποιοῦντα, τοιαῦτα κατέγνωκας αὐτοῦ; — Οὐ γὰρ οὗτος, ἔφη, ἐτόλμησε τὸν Ἀλκι-

θερμουργότατον] F. addit τε. — ἅλοιτο] V. adn.
§. 10. τοιαῦτα κατ.] Sic Voss. 2. K. Par. DHF pro vulg. ταῦτα κατ. — ῥιψοκ.] V. adn.

καὶ τῶν πρ. — ῥιψοκινδύνων nihil novi afferrent, quod tamen exspectaretur, vocabulum autem ἀνθρώπων, quod post σωφρονικῶν est, post προνοητικῶν posuit. Weiskii emendationem probat acutissimus Finckhius in Diar. Darmst. 1829. p. 890, quum et utramque lectionem (θρασέων et ἐραστῶν) vetustam esse e codicibus appareat, et vero etiam Aelianus, qui alias quoque Xenophontis orationem imitatus sit, in V. H. XIII, 1. ἐρασταὶ θρασείᾳ dixerit. Etiam plerique alii editores offenderunt in oppositione verborum σωφρονικός et θρασύς. Hinc multae natae sunt coniecturae, ut δραστικῶν, ἀκρατῶν, ἀκολάστων, ὑβριστῶν, quarum ne una quidem probanda est. Anglus quidam verba ita transposuit: σωφρονικῶν ἀνθρ. μᾶλλον ἢ τῶν ἀνοήτων καὶ τῶν προν. μ. ἢ τῶν θρασέων κ. ῥ. Sequuti eum sunt Schützius et Langius. Sed monet Bornemannus non esse, cur haec duo vocabula sibi opponi non posse arbitremur, praesertim quum legamus de Venat. XIII, 15. τοῖς μὲν ἡ ἄγρα μετὰ σωφροσύνης, τοῖς δὲ μετὰ αἰσχροῦ θράσους. Homo temerarius vel audacior, qualem se Critobulus exhibuerat, quum Alcibiadis filium osculatus esset, recte opponitur homini σωφρονικῷ, i. e. qui in omnibus rebus rectum tenet modum.

Πάνυ μὲν οὖν] Μὲν οὖν (s. μενοῦν) inserviunt responsioni affirmativae confirmandae. Cf. II, 1, 2 extr. Saepissime etiam vim corrigendi habent, ut Latinorum immo, immo vero, ut infra II, 7, 5: Ἔπειτα, ἔφη, οἱ παρὰ σοὶ τούτων οὐδὲν ἐπίστανται ποιεῖν; Πάντα μὲν οὖν, ὡς ἐγῷμαι, immo vero omnia. III, 8, 4. V. Stallbaum. ad Platon. Criton. p. 44. B. Gorg. p. 464. B. Cf. nos in Gr. T. II. §. 840. g. (Gr. schol. §. 701. e.)

λεωργότατον] Λεωργός idem fere significat, quod πανοῦργος. Legitur etiam apud Aeschyl. Prom. 5. Quare non fuit, cur Pollux III, 134., qui legit λεουργότατον (v. Lobeck. ad Phryn. p. 89), Xenophontem propter hoc nomen carperet, dicens: τὸ γὰρ λεουργὸς παρὰ Ξενοφῶντι φορτικόν. Unde descendat hoc vocabulum, non satis liquet. Sauppius ducit a λεῖος, quod mihi non probatur.

εἰς μαχαίρας κυβιστήσειε] Symp. II, 11: μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. Εἰς μὲν οὖν ταῦτα ἡ ὀρχησταὶ ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν: ubi v. Bornemannum p. 69. Ob periculum cum hoc saltationis genere coniunctum proverbialis loquutio facta est, qua quodvis magnum periculum indicatur.

εἰς πῦρ ἅλοιτο] Sic preverbiali loquutione etiam διὰ πυρὸς ἰέναι dicitur, ut Symp. IV, 16., ubi v. Bornemannum p. 116. Quod pro vulgato ἅλλοιτο dedi ἅλοιτο, nititur quidem duorum tantum codicum Par. D. et H.

βιάσθου υἱὸν φιλῆσαι, ὄντα εὐπροσωπότατον καὶ ὡραιότατον; — Ἀλλ' εἰ μέντοι, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τοιοῦτόν ἐστι τὸ ῥιψοκίνδυνον ἔργον, κἂν ἐγὼ δοκῶ μοι τὸν κίνδυνον τοῦτον ὑπομεῖναι. — Ὦ τλῆμον, ἔφη ὁ Σω- 11

auctoritate, tamen ob antecedentem aoristum *κυβιστήσειε* non dubito, quin a Xenophontis manu profectum sit. Neque forma aoristi *ἅλοιτο* habet, quod offendat. Cf. Anab. V, 9, 5. *ἥλοντο*: ubi alii e nonnullis libris iniuria dederunt *ἤλλοντο*. Krügerus recepit quidem imperfecti formam, ita tamen, ut adderet aoristi formam fortasse non esse damnandam, comp. Hermann. ad Soph. O. R. 1311. Hellen. IV, 5, 7. *καθαλόμενος ἀπὸ τοῦ ἵππου* in omnibus fere codd. habetur, pro quo duo habent *καθαλάμενος*.

§. 10. *Καὶ τί δή*] *Καί* in initio enuntiationis interrogativae cum vi auctiva ita ponitur, ut is, qui interrogat, cum admiratione quadam alterius orationem excipere ex eaque conclusionem ducere significetur, qua alterius sententia confutetur. Cf. §. 11. 12. III, 9, 12: *καὶ πῶς ἄν — ἐξείη μὴ πείθεσθαι;* = ac minime quidem licet. IV, 4, 10. V. Gr. nostr. §. 727, 2. (Gr. schol. §. 613, 5.) — *τί δή*, quidum, cum admirationis vel etiam impatientiae et indignationis significatione ponuntur, ut II, 6, 7: *καὶ ἄνδρα δὴ λέγεις —;* III, 13, 6: *καὶ πῶς δή, ἔφη, ἀπηλλαχεν ἐκ τῆς ὁδοῦ;* IV, 4, 10: *καὶ ποῖος δή σοι — οὗτος ὁ λόγος ἐστίν;* V. Gr. nostram T. II. §. 833. d. (Gr. schol. §. 694. c.)

κατέγνωκας αὐτοῦ] male de eo sensisti. Cf. III, 7, 3.

Οὐ γὰρ] Nonne igitur. *Γάρ* in interrogatione positum habet vim conclusivam. Infra 4, 14. II, 3, 16. 17. III, 4, 1. 7, 7. 11, 17. IV, 3, 10. 4, 6. 5, 3. 11. 8, 4. V. nos in Gr. T. II. §. 833. i. (Gr. schol. §. 694. g.)

Ἀλλ' εἰ μέντοι] at si profecto, ut II, 1, 12. *Μέντοι* habet vim confirmativam. Cyrop. V, 1, 9. Saepe, ut infra I, 4, 18. *ἦν μέντοι κτλ.*, particula *μέντοι* usurpatur, ubi cum vi quadam ac gravitate nova sententia additur, ita quidem, ut, nulla amplius habita ratione antecedentium, totum pondus in hac nova sententia ponatur. V. nos in Gr. T. II. §. 698. a. (Gr. schol. §. 594. not.)

τὸ ῥιψοκίνδυνον ἔργον] Revocavit hanc lectionem, quam praeter Voss. 2., qui *ῥιψοκινδύνου* habet, reliqui omnes libri et editi et scripti exhibent, optimo iure Bornemannus, comparans nostrum halsbrechend, eleganterque addens hoc modo interrogationis facetam ironiam aliquantum amplificari. Etiam Appian. Civ. V, 84. *οὐκ εὔβουλον εἶναι τὸ ῥιψοκίνδυνον* (quem locum debeo Bornemanno ad Cyrop. III, 3, 55. in ed. Lips.) vocabulum *ῥιψοκίνδυνος* non de homine, sed, uth. l., de facto usurpatur, quod negavit Ernestius. — Quod autem praedicato articulus adiunctus est, ea de causa factum est, quod Xenophon vocabulum a Socrate iam usurpatum repetit. V. nos in Gr. T. II. §. 494. (Gr. schol. §. 430.)

κἂν ἐγὼ δοκῶ — ὑπομεῖναι] et ego videor posse subire.

§. 11. *καὶ τί ἂν οἴει παθεῖν καλὸν φιλήσας;*] Symp. IV, 25: *οὐ ἔρωτος* (sc. *τοῦ φιλεῖν*) *οὐδὲν ἐστιδεινότερον ὑπέκκαυμα κτλ.*

κράτης, καὶ τί ἂν οἴει παθεῖν καλὸν φιλήσας; Ἆρ' οὐκ ἂν αὐτίκα μάλα δοῦλος μὲν εἶναι ἀντ' ἐλευθέρου; πολλὰ δὲ δαπανᾶν εἰς βλαβερὰς ἡδονάς; πολλὴν δὲ ἀσχολίαν ἔχειν τοῦ ἐπιμεληθῆναί τινος καλοῦ κἀγαθοῦ; σπουδάζειν δ' ἀναγκασθῆναι, ἐφ' οἷς οὐδ' ἂν
12 μαινόμενος σπουδάσειεν; — Ὦ Ἡράκλεις, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ὡς δεινήν τινα λέγεις δύναμιν τοῦ φιλήματος εἶναι. — Καὶ τοῦτο, ἔφη ὁ Σωκράτης, θαυμάζεις;

§. 11. *τί ἂν οἴει*] Sic Stob. (cod. A.), Voss. 2. F. Vind. 2.; reliqui *τί ἄρ' οἴει*. — *μὲν εἶναι*] Sic Stob. Brod. et F.; edd. pr. cum Par. G. omittunt; K. M. et Steph. *εἶναι* post *ἐλευθέρου* habent.

§. 12. *ἔφη ὁ Ξενοφῶν*] Sic ed. Par., H. et Stob. pro *ἔφη Ξεν.* — *ὅτι τὰ φαλάγγια*] Par. B C D F G H. Iunt. om. *ὅτι*. —

ἆρ' οὐκ] Hae particulae, ut Latinorum nonne, exspectare nos iubent responsionem affirmativam; contra *ἆρα μή*, ut Latinorum numne (doch nicht), responsionem negativam. De *ἆρ' οὐκ* cf. I, 5, 4. 7, 2. et 3. II, 1, 16. 6, 38. De *ἆρα μή* cf. II, 6, 34. IV, 2, 10. Cf. Bornemann. ad Anab. VII, 6, 5. V. nos in Gr. T. II. §. 834, 3. (Gr. schol. §. 695, 3.)

ἐφ' οἷς — σπουδάσειεν] Plat. Phaedr. p. 276. B: *ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε*, quae studiose curat. p. 278. D. Symp. p. 217. A: *ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ*, putans eum studiose sectari pulchritudinem meam. Isocr. Paneg. p. 76, 171: *οἱ ἐν ταῖς μεγίσταις δόξαις ὄντες ἐπὶ μικροῖς σπουδάζουσιν*. Sic saepe *ἐπί* praepositio cum dativo verbis motum significantibus addita designat finem, consilium. Cf. Oecon. XX, 18: *ἐφ' ᾧπερ ὥρμηται*. Cyrop. VI, 2, 9: *οὓς ἐπεπόμφει Κῦρος ἐπὶ κατασκοπῇ*. VIII, 6, 2. Comment. III, 11, 18. IV, 4, 3: *ἀγαγεῖν τινα ἐπὶ θανάτῳ* (quo cum loco cf. Anab. I, 6, 10. V, 7, 34. e Mureti acuta coniectura). I, 7, 1: *ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίᾳ*, via ad gloriam consequendam, ubi v. Schneiderum et Sauppium, qui recte docet *ἐξιέναι ἐπὶ θήραν* (Cyrop. I, 2, 11.) dici posse etiam eum, qui non ipse venaturus exeat in eum locum, ubi venantur alii. Nam *ἐπί* cum accusativo iunctum simpliciter significat finem, ad quem tendimus, nulla adiuncta notione adeptionis. Cf. de Venat. VI, 5: *ἐπὶ θήραν ἐξιέναι*, uti Schneiderus recte e plurimis libris edidit, et Sauppius (quem vide) retinuit. Contra *ἐπὶ θήρᾳ ἐξιέναι* dicitur is, qui exit ad feras capiendas.

§. 12. *δεινήν τινα — δύναμιν*] Pronomen *τὶς* adiectivo additum significat aliquid insigne eximiumve sive in bonam, sive in malam partem. Pari modo Latini pronomine quidam utuntur, ut Cicer. Lael. IX, 2: „admirabilis quaedam exardescit benevolentiae magnitudo." Is enim, qui loquitur, rei magnitudinem vel nescit, vel nescire se fingit. V. nos in Gr. II. §. 633, 4. p. 331. (Gr. schol. §. 358, 2.) et ad Cicer. Tusc. II, 4, 11. — De sententia cf. Symp. IV, 25.

φαλάγγια] „Sunt bestiolae scorpionibus et araneis similes, quarum maxime venenatae et pestiferae ex Italia nobis notae sunt et a Tarento urbe dicuntur tarantulae. De singulari furore ex earum morsu cordatiores hodie dubitant." WEISKIUS. Comparat Herbstius Eustath.

Οὐκ οἶσθα, ἔφη, ὅτι τὰ φαλάγγια, οὐδ' ἡμιωβολιαῖα τὸ μέγεθος ὄντα, προσαψάμενα μόνον τῷ στόματι ταῖς τε ὀδύναις ἐπιτρίβει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοῦ φρονεῖν ἐξίστησιν; — Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ξενοφῶν· ἐνίησι γάρ τι τὰ φαλάγγια κατὰ τὸ δῆγμα. — Ὦ μωρέ, ἔφη 13
ὁ Σωκράτης, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐνιέναι τι, ὅτι σὺ οὐχ ὁρᾷς; Οὐκ οἶσθ', ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινό-

τοῦ φρονεῖν] Iunt. D. F. *τὸ φρ.* — *ἐξίστησιν*] Sic Iunt. Ald. Par. cum G. pro *ἐξίστησι*.

§. 13. *ἔφη ὁ Σωκ.*] Sic Stob. Par. omnes. L. pro *ἔφη Σ.* — *ὅτι σὺ*] Stob. *ὃ σύ*. Alii male *ὅ τι σύ*.

ad Iliad. V. p. 924. Plin. H. N. XXIX, 4.

ἡμιωβολιαῖα] dimidii oboli magnitudinem aequantia. „Comparatio formam rotundam et minutam arguit insecti." SCHNEIDERUS.

τοῦ φρονεῖν ἐξίστησιν] H. e. *τὸν νοῦν ἐκπλήττει*, mentem excutit, cf. IV, 5, 6. Infra II, 1, 4: *πέρδικες ἐξιστάμενοι τοῦ τὰ δεινὰ ἀναλογίζεσθαι*. Aeschin. Fals. Leg. 4. p. 315. (Bekker.): *ἐξέστην ἐμαυτοῦ*.

κατὰ τὸ δῆγμα] per morsum. Notio secundum facile transit in notionem propter.

§. 13. *τοὺς δὲ καλούς*] Particula adversativa *δέ* saepius in vividioribus interrogationibus ita usurpatur, ut referatur ad sententiam mente supplendam, ut h. l. *τὰ μὲν φαλάγγια ἐνιέναι τι οἴει, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει*. Infra I, 6, 15. II, 1, 26. 30. II, 2, 2. 7. 3, 6. 6, 10. 14. 37. III, 3, 11. 5, 20. 7, 3. 5. 8, 4. 9, 13. 10, 10. 13, 3. IV, 2, 10. 24. Saepe etiam *δέ* vim habet copulativam, ut interrogationes alterius responsionibus interruptas connectat, ut III, 5, 2. V. nos in Gr. T. II. §. 835. 5. (Gr. schol. §. 696. 5.)

θηρίον] de homine, ut infra III, 11, 11.

τοῦτο τὸ θηρίον — τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ — οὐδ' ἅπτόμενον — ἐνίησί τι — τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν] Correlativa *ὅσον, ὅσῳ — τόσον, τοσούτῳ* duas enuntiationes ita inter se referunt, ut significent duorum praedicatorum parem esse quantitatis rationem (soviel das Eine Statt findet, ebensoviel findet das Andere Statt, in welchem Maſse — in eben dem Maſse), ut *ὅσον τὴν ἀρετὴν ἀσκήσεις, τοσοῦτον εὐδαίμων ἔσῃ*. Xen. Cyrop. VIII, 1, 4: *τοσοῦτον δὲ διαφέρειν ἡμᾶς δεῖ τῶν δούλων, ὅσον οἱ μὲν δοῦλοι ἄκοντες τοῖς δεσπόταις ὑπηρετοῦσιν*. Plerumque autem non solum utriusque praedicati quantitas, sed etiam quantitatis gradus inter se comparatur (*ὅσῳ μᾶλλον — τοσούτῳ μᾶλλον* vel *ὅσῳ μάλιστα — τοσούτῳ μάλιστα*). Iam vero fieri potest, ut duo praedicata quantitate quidem inter se comparentur, sed alterum tantum simul quantitatis gradus comparationem admittat, alterum autem hanc gradus comparationem respuat. Tum in altero membro comparativus, in altero positivus cum illis quantitativis correlativis coniungitur: quod factum videmus eo de quo nunc cummaxime agimus loco (dieses Thier ist in eben dem

πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὰ καὶ μεγάλα θυόντων· οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς ἔφη καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον· πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν εἶναι κεχαρισμένα· οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν, εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν· ἀλλ' ἐνόμιζε τοὺς θεοὺς ταῖς παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων τιμαῖς μάλιστα χαίρειν. Ἐπαινέτης δ' ἦν καὶ τοῦ ἔπους τούτου·

§. 3. *οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς*] Schn. ob seqq. *οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι*, ubi Reiskius acute *αὖ* pro *ἄν* legendum coniicit, scribendum censet *οὔτε γὰρ ἂν τοῖς θεοῖς*. V. adn. — *κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς*] F. *τοῖς θεοῖς κεχ.*, quod recepit Born. — *μάλιστα χαίρειν*] Sic ABMY pro *μάλα*. Dein F. *καλῶς ἔχειν, εἰ — ἔχαιρον*] H. e. rem pulchre se habituram esse, si — gauderent. Quemadmodum in oratione recta *καλῶς εἶχε, καλὸν ἦν, αἰσχρὸν ἦν, εἰκὸς ἦν, ἔξῆν, προσῆκε* cett. sine particula *ἄν* dicuntur; sic h. l. in oratione obliqua infinitivus sine *ἄν* positus est. V. nos in Gr. II. §. 821, 3. p. 557. (Gr. schol. §. 683, 2.) In sqq. *οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν* pari iure omitti potuit *ἄν*; nam in oratione recta sententia sic efferenda erat: *οὔτε τοῖς ἀνθρ. ἄξιον ἦν ζῆν*. De loci sententia Weiskius bene contendit Plat. Alcib. II. p. 149. E. *οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν*] In his verbis Weiskius miras excitavit turbas. At omnia egregie sese habent, uti luculenter apparet e Voigtlaenderi huius loci explicatione, in Observatt. ad hos libros p. 3 sq. consignata: „Voluit Socrates sine dubio hoc indicare, omnino hominum vitam miseram reddi et omnes humanae societatis leges tolli, si diis magis improborum, quam proborum hominum sacrificia placerent. Illorum enim sacra si dii praeferunt, necessario sequitur eos etiam beneficiis suis malos ornare et omnino bonis praeponere. Ex quo exsisterent miseri et dii et homines; illi, quod aut eos amare deberent homines, quos propter iustitiam suam et sanctitatem amare nequeunt, aut ipsi mali essent; hi, quod aut probi homines omnino cedere deberent pravis, aut omnis omnino inter homines probitas evanesceret. Quo ipso illud efficeretur, ut summa imis miscerentur et neminem omnino creatum esse praestaret." Unde patet sententiam *οὔτ' ἂν ἄξιον εἶναι ζῆν* ad universum genus humanum recte esse relatam.

Κὰδ δύναμιν] Hesiod. Ἔργ. κ. Ἡμέρ. 336. — Deinde in *καὶ πρὸς φίλους δέ* particularum *καὶ — δέ* iunctura non est confundenda cum ea, quam ad I, 1, 3. attigimus. Nam h. l. *καί* respondet sequenti *καὶ πρὸς τὴν ἄλλην δίαιταν*, nec quicquam habet communionis cum particula *δέ*. — Praepositio *πρός* ad vocabulum *ξένους* non est re-

Κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσι·

καὶ πρὸς φίλους δὲ καὶ ξένους καὶ πρὸς τὴν ἄλλην δίαιταν καλὴν ἔφη παραίνεσιν εἶναι τὴν Κὰδ δύναμιν ἔρδειν. Εἰ δέ τι δόξειεν αὐτῷ σημαίνεσθαι παρὰ τῶν 4
θεῶν, ἧττον ἂν ἐπείσθη παρὰ τὰ σημαινόμενα ποιῆσαι, ἢ εἴ τις αὐτὸν ἔπειθεν ὁδοῦ λαβεῖν ἡγεμόνα τυφλὸν καὶ μὴ εἰδότα τὴν ὁδὸν ἀντὶ βλέποντος καὶ εἰδότος· καὶ τῶν ἄλλων δὲ μωρίαν κατηγόρει, οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα ποιοῦσί τι φυλαττόμενοι τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀδοξίαν. Αὐ-

τούτου τοῦ ἔπους.

§. 4. *παρὰ τῶν θεῶν*] Sic A. H. pro *παρὰ θεῶν*. Deinde F. *εἴ τις ἔπειθεν* sine *αὐτόν*. — *παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν*] Sic Steph. Ern. Zeun.; D. F. *π. τ. ὑπὸ τ. θ.*; Iunt. Ald. E. *τὰ παρὰ τῶν θ.*; ed. Par. cum ABGKL *παρὰ τὰ τῶν θ.* V. adn.

petita, quia *φίλοι* et *ξένοι* in unam notionem coniuncti opponuntur *τῇ ἄλλῃ διαίτῃ*. I, 4, 17: *περὶ τῶν ἐνθάδε καὶ περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Σικελίᾳ*, ubi ex eadem causa non solum praepositio, sed etiam articulus (*καὶ περὶ τῶν ἐν Σικ.*) non est repetitus. II, 1, 6: *ἀγυμνάστως ἔχειν πρός τε ψύχη καὶ θάλπη*. III, 10, 13: *ὑπὸ τῶν κλειδῶν καὶ ἐπωμίδων*. Cf. adnot. in I, 2, 53.

τὴν Κὰδ δύναμιν] Per attractionem quandam pro *τὸ Κὰδ δ.* dictum. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 280. Kühner. T. II. §. 492, 3.

§. 4. *Εἰ δέ τι δόξειεν —, ἧττον ἂν ἐπείσθη*] H. e. quotiescunque — videretur, minus ei persuaderi poterat. Eadem enuntiationis forma, sed sine *ἄν* in apodosi §. 6. et cum *ἄν* in apodosi et imperfecto IV, 6, 13: *εἰ δέ τις αὐτῷ — ἀντιλέγοι —, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα τὸν λόγον*. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 599. a. Rost. §. 120. p. 586. Kühner. T. II. §. 819. *β*. (Gr. schol. §. 681. *β*.)

παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα] Cyrop. I, 6, 2: *ἕτερα λέγοντες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα*, quod recte Poppo restituit. Altera lectio, a Bornemanno retenta, *ὑπὸ τῶν θεῶν*, aperte sapit glossatoris manum. Repetitio eiusdem praepositionis morari nos non potest. Hellen. V, 6, 24: *προπετεῖς ἦσαν εἰς τὸ ἰέναι εἰς τὴν Λακεδαίμονα*. Cyrop. I, 5, 1: *ἐν Πέρσαις ἐνιαυτὸν λέγεται ἐν τοῖς παισὶν ἔτι γενέσθαι*, ubi Bornemannus comparat Anab. IV, 3, 11: *ἐν τῷ πέραν ἐν πέτραις καθημένους*. V, 3, 8: *ἐν δὲ τῷ ἐν Σκιλλοῦντι χωρίῳ*. Adde Isocr. Archid. p. 113, 4: *εἰς τοὺς Ἕλληνας εἰς πολλὴν ταραχήν*. Areopag. p. 129, 6: *εἰς τὰς ἑορτὰς εἰς ἄστυ*. V. I. Strangium Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 343. Huc accedit, quod praepositio *παρά* c. genitivo coniuncta consociari solet cum verbis *σημαίνεσθαι, ἀγγέλλεσθαι*, similibus, itemque solemnis est loquutio *τὰ παρὰ θεῶν*, ut II, 6, 8. Apol. 12: *τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ διαγγέλλει*.

τὸς δὲ πάντα τἀνθρώπινα ὑπερεώρα πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν ξυμβουλίαν.

Διαίτῃ δὲ τήν τε ψυχὴν ἐπαίδευσε καὶ τὸ σῶμα, ᾗ χρώμενος ἄν τις, εἰ μή τι δαιμόνιον εἴη, θαῤῥαλέως καὶ ἀσφαλῶς διάγοι, καὶ οὐκ ἂν ἀπορήσειε τοσαύτης δαπάνης. Οὕτω γὰρ εὐτελὴς ἦν, ὥστ' οὐκ οἶδ', εἴ τις οὕτως ἂν ὀλίγα ἐργάζοιτο, ὥστε μὴ λαμβάνειν τὰ Σωκράτει ἀρκοῦντα· σίτῳ μὲν γὰρ τοσούτῳ ἐχρῆτο, ὅσον ἡδέως ἤσθιε· καὶ ἐπὶ τούτῳ οὕτω πα-

τἀνθρώπινα] Sic ed. Par. A. B.; F. K. τὰ ἀνθρ. Reliqui ἀνθρ. §. 5. θαῤῥαλέως καὶ] F. iuserit τε: quod receperunt recentiores editores. Dein idem F. ὡς οὐκ οἶδ' εἰ. — ἐπὶ τούτῳ] V. adn. — εἰ μὴ διψώη] Par. A. et Vict. K. ἦν μὴ διψῇ. Male.

πρὸς τὴν — ξυμβουλίαν] V. ad I, 2, 52. Ceterum Schneiderus post haec verba clausulam desiderat similem ei, qua Xenophon usus est §. 15. Nam has primas quatuor §§., in quibus de Socratis pietate agitur, per se esse spectandas apparet e §. 15., ubi in argumenti repetitione nulla fit pietatis mentio. Neque negari potest laxius esse vinculum, quo haec cum sequentibus copulata sint. Sed credo talia in his libris non esse ad vivum resecanda. Transitus a pietate in deos ad victum durior nobis videtur. At omnis durities sublata erit, si nobiscum reputaverimus Xenophontem hic ab hominum in deos officiis transire ad hominum et in se et in alios homines officia. Bornemannus suspicatur verba §. 1. Τὰ μὲν τοίνυν usque ad §. 4 extr. eorum omnium clausulam esse Xenophontem voluisse, quae ab initio libri hucusque tractavisset.

§. 5. εἰ μή τι δαιμόνιον εἴη] Cyrop. I, 6, 18: ἢν μή τις θεὸς βλάπτῃ. V. Bornemannum et Herbstium ad Symp. VIII, 43.

τοσαύτης δαπάνης] „quanta opus est ad victum Socraticum." SCHNEIDERUS.

οὐκ οἶδ', εἴ τις — ἐργάζοιτο] V. ad I, 1, 8. De v. ἐργάζεσθαι v. ad II, 8, 2. De structura optativi cum ἄν in interrogatione cf. infra IV, 2, 30. Cyrop. I, 6, 41: εἰ τοιαῦτα ἐθελήσαις καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις μηχανᾶσθαι, οὐκ οἶδ' ἔγωγε, εἴ τινας λίποις ἂν τῶν πολεμίων: ubi enuntiatio conditionalis, ad quam referendum est ἄν, addita est. Ibid. §. 10. Cf. Bornemannum ad Conviv. IV, 3. p. 102. et ad Cyrop. I, 6, 10. ed. Goth. Kühner. Gr. T. II. §. 839. (Gr. schol. §. 700.)

ἐπὶ τούτῳ] Hanc lectionem, omnium fere librorum auctoritate munitam, acute defendit C. H. Funkhaenel. in Quaest. Demosth. p. 26., dicens ἐπί c. dat. iunctum illud ipsum significare, propter quod aliud fiat, ut sit: ut cibo frueretur. Vel potius sic loci sententiam constituendam censeo: Cibi enim Socrates tantum sumebat, quantum cum suavitate (mit Appetit) comederet; ad id autem assequendum (ἐπὶ τούτῳ δέ), sc. ut cum suavitate ederet, ad cibum sic paratus accedebat, ut etc.

ρεσκευασμένος ᾖ, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι· ποτὸν δὲ πᾶν ἡδὺ ἦν αὐτῷ διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψῴη. Εἰ δέ ποτε κληθεὶς ἐθε- 6
λήσειεν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, ὃ τοῖς πλείστοις ἐργωδέστατόν ἐστιν, ὥστε φυλάξασθαι τὸ ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐμπίπλασθαι, τοῦτο ῥᾳδίως πάνυ ἐφυλάττετο· τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις τοῦτο ποιεῖν συνεβούλευε φυλάττεσθαι τὰ πείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, μηδὲ διψῶντας πίνειν· καὶ γὰρ τὰ λυμαινόμενα γαστέρας καὶ κεφα-

§. 6. καιρὸν] Voss. 2. Vind. 2. Vat. 1. Flor. E. Par. D. m. pr. L. G. et hic et §. 7. exhibent κόρον: quod recepit Ern. — ἐφυλάττετο] Voss. 2. Par. B. et Vict. K. ἐφύλαττε. — πείθοντα] V. adn.

Ad verbum ᾖει igitur supplendum est ἐπὶ σῖτον. In cod. Leidensi, Par. C. et a sec. manu D. habetur ἐπὶ τοῦτο: quae lectio ab hūius loci sententia abhorrere videtur; nam non simpliciter ad cibum accedere dicitur S., sed eo consilio, ut cibum iucunde comederet. Quod autem Steph. sec. exhibet et Reiskius coniecit: ἐπὶ τοῦτον, nullius momenti est. Nam si lectio ἐπὶ τοῦτο vera esset, neutrum referendum est non ad σῖτον, sed ad verbum ἐσθίειν: de quo neutrius pronominis usu exposuimus in Gr. T. II. §. 421. not. 2.

ὄψον] dicitur quicquid ad panem (σῖτον) adhibetur; cf. I, 6, 5. Cyrop. I, 5, 12: λιμῷ δὲ ὅσαπερ ὄψῳ διαχρῆσθε; vel etiam id, quod sine pane editur, ut carnes, pisces; cf. III, 14, 2. et 3; omnino omnes cibi delicatiores (ἡδύσματα), condimenta, alia; cf. III, 14, 2. V. Bornemannum ad Symp. IV, 8. p. 108. Cf. Cicer. Tusc. V, 34, 97: Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse: se, quo melius coenaret, opsonare ambulando famem.

Xenoph. Comment.

§. 6. Εἰ — ἐθελήσειεν —, ἐφυλάττετο] Cf. ad §. 4.

ὥστε φυλάξασθαι] Ut simplex infinitivus, sic, sed maiore cum vi, infinitivus cum ὥστε saepe ponitur ad antecedentem vocem vel enuntiationem accuratius explicandam. V. Matthiae. T. II. §. 531. not. 2. Kühner. T. II. §. 642.

τὰ πείθοντα] Cod. Stob. et Clemens Alex. Strom. II. p. 492. exhibent τὰ ἀναπείθοντα, quod verbum etiam apud Plutarchum T. II. p. 521. F. et de garrulitate c. 22., ubi noster locus imitando expressus est, legitur. Compositum, quod rem gravius significat, etiam reperitur infra I, 2, 52: ἀναπείθειν τοὺς νέους. III, 11, 10: οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ ἀναπείθεις. At recte Sauppius lectionem omnium fere librorum τὰ πείθοντα reduxit, coll. I, 2, 23: αἳ ἡδοναὶ πείθουσιν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) μὴ σωφρονεῖν, Oecon. XIX, 16, ubi simplex et compositum promiscue usurpantur.

γαστέρας καὶ κεφαλὰς καὶ ψυχάς] Attendant tirones ad numerum plurativum, quo Graeci et Latini scriptores in nominibus uti solent, ubi ea ad

7 λὰς καὶ ψυχὰς ταῦτ' ἔφη εἶναι. Οἴεσθαι δ' ἔφη ἐπισκώπτων καὶ τὴν Κίρκην ὗς ποιεῖν τοιούτοις πολλοῖς δειπνίζουσαν· τὸν δὲ Ὀδυσσέα Ἑρμοῦ τε ὑποθημοσύνῃ καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα, καὶ ἀποσχόμενον τὸ ὑπὲρ τὸν καιρὸν τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι, διὰ ταῦτα οὐδὲ γενέσθαι ὗν.

8 Τοιαῦτα μὲν περὶ τούτων ἔπαιζεν ἅμα σπουδάζων· ἀφροδισίων δὲ παρῄνει τῶν καλῶν ἰσχυρῶς ἀπέχε-

§. 7. καὶ ἀποσχόμενον τὸ] Born. credit καί deberi librariis. Ego non credo. De vocula τό v. adn. — οὐδὲ γενέσθαι ὗν] D. F. et Stob. οὐ γεν. Male.

§. 8. ἰσχυρῶς ἀπέχεσθαι] A B H ἀπέχεσθαι ἰσχυρῶς. — τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν] Schneid. in Addendis hic et §. 10. legendum coniicit τὸν Ἀλκ. ἀδελφόν: quod recepit Langius, haec monens: „Nam praeter Alcibiadem, Cliniae filium satis notum, memoratur illo tempore nullus. Atque huic quidem frater

plures referuntur. V. nos in Gr. T. II. §. 408. not. 3. (Gr. schol. §. 350. not.) Cf. Lysiae accus. Theomn. §. 29: ὅσῳ μείζους εἰσὶ καὶ νεανίαι τὰς ὄψεις. Infra III, 12, 2. recte legitur: διὰ τὴν τῶν σωμάτων καχεξίαν ἀποθνήσκουσι pro vulg. τοῦ σώματος (at paulo post: διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀδυναμίαν δοκοῦντες ἀποδειλιᾶν). V. Lobeckium ad Phryn. p. 365. De Latinis v. nos in Cicer. Tuscul. IV, 2, 3.

§. 7. τὴν Κίρκην] Od. κ, 239 sqq.

τοιούτοις πολλοῖς] ἃ πείθει μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, μηδὲ διψῶντας πίνειν.

ἀποσχόμενον τὸ — ἅπτεσθαι] Temere Brodaeus, Castalio, Steph. sec. et Ernestius mutaverunt τὸ in τοῦ. Saepe enim Graeci verba, quae plerumque cum simplici infinitivo coniunguntur, cum accusativo articuli et infinitivo construunt. Plat. Rep. extr.: οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου: ubi v. Stallbaum. Infra IV, 7, 5: τὸ δὲ — μανθάνειν — ἰσχυρῶς ἀπέτρεπεν. 4, 11: διαφεύγειν — τὸ ἀποδείκνυσθαι γνώμην. Cf. Sauppium ad h. l. et nos in Gr. T. II. §. 643. et Gr. schol. §. 553. Ubi infinitivus cum articulo coniunctus verbo regenti praemittitur, magna vis inest in hac structura, ut infra IV, 3, 1: τὸ μὲν οὖν λεκτικοὺς καὶ πρακτικοὺς — γίγνεσθαι τοὺς συνόντας οὐκ ἔσπευδεν: in quo haec vis latet: quod attinet ad id, ut — fierent. Cf. IV, 7, 5. l. d.

διὰ ταῦτα] Post participium causam significans saepius enuntiationis praedicato διὰ τοῦτο vel διὰ ταῦτα additur, ad causae notionem efferendam. Anab. I, 7, 3. VII, 1, 9. Cyrop. III, 1, 39. V. Krüger. de authentia et integr. Anab. (Halis Sax. 1824.) p. 55 sq. Adde nos in Gr. T. II. §. 667. not.

§. 8. ἀφροδισίων] Difficile est diiudicare, utrum hic genitivus pendeat a περί praepositione, quae modo praecessit, an a sequenti verbo ἀπέχεσθαι. Priorem rationem ego in Gr. T. II. §. 625, 4. sequutus sum, demonstrans in altero duarum enuntiationum ἀντιθετικῶν membro interdum omitti praepositionem, coll. Thuc. I, 141: ἐν βρα-

σθαι· οἰ γὰρ ἔφη ῥᾴδιον εἶναι τῶν τοιούτων ἁπτόμενον σωφρονεῖν. Ἀλλὰ καὶ Κριτόβουλόν ποτε τὸν Κρίτωνος πυθόμενος ὅτι ἐφίλησε τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν καλὸν ὄντα, παρόντος τοῦ Κριτοβούλου, ἤρετο Ξενοφῶντα· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Ξενοφῶν, οὐ σὺ Κριτόβουλον ἐνόμιζες εἶναι τῶν σωφρονικῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ τῶν θρασέων, καὶ τῶν προνοητικῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀνοήτων τε καὶ ῥιψοκινδύνων; — Πάνυ μὲν οὖν, 9

erat minor, nomine Clinias (v. Plat. Alcib. I. §. 31. et Protag. p. 106. ed. Bip.), Socrati a patre in disciplinam traditus ac formosus (Xen. Symp. IV, 23.), nequaquam vero filius, saltem non eius aetatis, qui Socratis disciplina uti potuisset. Ergo de eodem Clinia, Alcibiadis fratre, h. l. sermo est, cuius osculum periculosum in Symp. quoque l. d. occurrit."

§. 9. *θρασέων*] V. adn.

χεῖ μὲν μορίῳ σκοποῦσί τι τῶν κοινῶν, τῷ δὲ πλέονι τὰ οἰκεῖα πράσσουσι. Cf. Bernhardy gr. Syntax. p. 204. Posteriorem rationem amplexatus est Herbstius, qui *ἀφροδίσια τῶν καλῶν* eleganter explicat voluptates, quae e congressu cum pulchris capiuntur, ut II, 6, 22: *τοῖς τῶν ὡραίων ἀφροδισίοις ἡδόμενοι.* Ac sane habet haec ratio, quo sese commendet. Nam notio, quae *περί* praepositione cum genitivo coniuncta designatur, latet in simplici collocatione vocabuli *ἀφροδισίων.* Saepe enim apud Graecos Latinosque scriptores nomen in prima enuntiationis sede ita ponitur, ut nobis vertendum sit per: quod attinet ad. Qui autem in ipso genitivo eam vim esse statuunt, ut absolute poni possit, sine dubio falluntur. Nam omnium locorum, qui a Grammaticis, ut Matthiaeo in Gr. T. II. §. 343, 3. aliisque, ad hanc sententiam confirmandam afferuntur, ne unus quidem est, qui non alia ratione accuratius et verius explicari possit. Nonnullos eorum bene explanavit Sauppius.

ἁπτόμενον] Non opus est cum Herbstio indefinitum pronomen supplere; subiectum enim latet in participio. §. 11: *ἐφ' οἷς οὐδ' ἂν μαινόμενος σπουδάσειεν*: ubitemere Weiskius adiiciendum censet *τις.* II, 1, 17. 6, 26: *πῶς οὖν οὐ λυσιτελεῖ τοὺς βελτίστους φίλους κτησάμενον πολιτεύεσθαι.* III, 6, 6. 9, 14. 13, 2. IV, 2, 37. V. nos in Gr. §. 414, 5. (Gr. schol. §. 361, 4.) et ad Cicer. Tuscul. IV, 8, 17.

Κριτόβουλον] V. Cobetum in Prosop. p. 58 sq.

τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν] Virorum doctorum de h. l. varias sententias sub examen vocavit Cobetus l. d. p. 59—61., legendumque coniecit *τὸν τοῦ Ἀξιόχου υἱόν* (i. e. Cliniam, Axiochi filium).

§. 9. *θρασέων*] Sic legitur in marg. Steph., ed. Par., libro Leid., Vindob. 2., Par. F. L. M. margine Par. G. Idem latet in lectione Vind. 1. *ὡρασέων.* Vulgo *ἐρασταῖς.* Hinc Weiskius utroque vocabulo coniuncto scripsit *θρασέων ἐραστῶν*, quia solus *θρασὺς* non bene opponeretur *σωφρονικῷ*, comp. III, 9, 4., et, si *θρασέων* solum poneretur visque afferretur *τῷ σωφρονικῶν*, sequentia

ἔφη ὁ Ξενοφῶν. — Νῦν τοίννυν νόμιζε αὐτὸν θερμουργότατον εἶναι καὶ λεωργότατον· οὗτος κἂν εἰς μαχαίρας κυβιστήσειε, κἂν εἰς πῦρ ἅλοιτο. — Καὶ τί δή, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἰδὼν ποιοῦντα, τοιαῦτα κατέγνωκας αὐτοῦ; — Οὐ γὰρ οὗτος, ἔφη, ἐτόλμησε τὸν Ἀλκι-

θερμουργότατον] F. addit τε. — ἅλοιτο] V. adn.
§. 10. τοιαῦτα κατ.] Sic Voss. 2. K. Par. DHF pro vulg. ταῦτα κατ. — ῥιψοκ.] V. adn.

καὶ τῶν πρ. — ῥιψοκινδύνων nihil novi afferrent, quod tamen exspectaretur, vocabulum autem ἀνθρώπων, quod post σωφρονικῶν est, post προνοητικῶν posuit. Weiskii emendationem probat acutissimus Finckhius in Diar. Darmst. 1829. p. 890, quum et utramque lectionem (θρασέων et ἐρασταῖν) vetustam esse e codicibus appareat, et vero etiam Aelianus, qui alias quoque Xenophontis orationem imitatus sit, in V. H. XIII, 1. ἐρασταὶ θρασεῖς dixerit. Etiam plerique alii editores offenderunt in oppositione verborum σωφρονικός et θρασύς. Hinc multae natae sunt coniecturae, ut δραστικῶν, ἀκρατῶν, ἀκολάστων, ὑβριστῶν, quarum ne una quidem probanda est. Anglus quidam verba ita transposuit: σωφρονικῶν ἀνθρ. μᾶλλον ἢ τῶν ἀνοήτων καὶ τῶν προν. μ. ἢ τῶν θρασέων κ. ῥ. Sequuti eum sunt Schützius et Langius. Sed monet Bornemannus non esse, cur haec duo vocabula sibi opponi non posse arbitremur, praesertim quum legamus de Venat. XIII, 15. τοῖς μὲν ἡ ἄγρα μετὰ σωφροσύνης, τοῖς δὲ μετὰ αἰσχροῦ θράσους. Homo temerarius vel audacior, qualem se Critobulus exhibuerat, quum Alcibiadis filium osculatus esset, recte opponitur homini σωφρονικῷ, i. e. qui in omnibus rebus rectum tenet modum.

Πάνυ μὲν οὖν] Μὲν οὖν (s. μενοῦν) inserviunt responsioni affirmativae confirmandae. Cf. II, 1, 2 extr. Saepissime etiam vim corrigendi habent, ut Latinorum immo, immo vero, ut infra II, 7, 5: Ἔπειτα, ἔφη, οἱ παρὰ σοὶ τούτων οὐδὲν ἐπίστανται ποιεῖν; Πάντα μὲν οὖν, ὡς ἐγῷμαι, immo vero omnia. III, 8, 4. V. Stallbaum. ad Platon. Criton. p. 44. B. Gorg. p. 464. B. Cf. nos in Gr. T. II. §. 840. g. (Gr. schol. §. 701. e.)

λεωργότατον] Λεωργός idem fere significat, quod πανοῦργος. Legitur etiam apud Aeschyl. Prom. 5. Quare non fuit, cur Pollux III, 134., qui legit λεουργότατον (v. Lobeck. ad Phryn. p. 89), Xenophontem propter hoc nomen carperet, dicens: τὸ γὰρ λεουργὸς παρὰ Ξενοφῶντι φορτικόν. Unde descendat hoc vocabulum, non satis liquet. Sauppius ducit a λεῖος, quod mihi non probatur.

εἰς μαχαίρας κυβιστήσειε] Symp. II, 11: μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. Εἰς μὲν οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν: ubi v. Bornemannum p. 69. Ob periculum cum hoc saltationis genere coniunctum proverbialis loquutio facta est, qua quodvis magnum periculum indicatur.

εἰς πῦρ ἅλοιτο] Sic preverbiali loquutione etiam διὰ πυρὸς ἰέναι dicitur, ut Symp. IV, 16., ubi v. Bornemannum p. 116. Quod pro vulgato ἅλοιτο dedi ἅλοιτο, nititur quidem duorum tantum codicum Par. D. et H.

βιάδου υἱὸν φιλῆσαι, ὄντα εὐπροσωπότατον καὶ ὡραιότατον; — Ἀλλ' εἰ μέντοι, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τοιοῦτόν ἐστι τὸ ῥιψοκίνδυνον ἔργον, κἂν ἐγὼ δοκῶ μοι τὸν κίνδυνον τοῦτον ὑπομεῖναι. — Ὦ τλῆμον, ἔφη ὁ Σω- 11

auctoritate, tamen ob antecedentem aoristum *κυβιστήσειε* non dubito, quin a Xenophontis manu profectum sit. Neque forma aoristi *ἅλοιτο* habet, quod offendat. Cf. Anab. V, 9, 5. *ἥλοντο*: ubi alii e nonnullis libris iniuria dederunt *ἤλλοντο*. Krügerus recepit quidem imperfecti formam, ita tamen, ut adderet aoristi formam fortasse non esse damnandam, comp. Hermann. ad Soph. O. R. 1311. Hellen. IV, 5, 7. *καθαλόμενος ἀπὸ τοῦ ἵππου* in omnibus fere codd. habetur, pro quo duo habent *καθαλάμενος*.

§. 10. *Καὶ τί δή*] *Καί* in initio enuntiationis interrogativae cum vi auctiva ita ponitur, ut is, qui interrogat, cum admiratione quadam alterius orationem excipere ex eaque conclusionem ducere significetur, qua alterius sententia confutetur. Cf. §. 11. 12. III, 9, 12: *καὶ πῶς ἄν — ἐξείη μὴ πείθεσθαι;* = ac minime quidem licet. IV, 4, 10. V. Gr. nostr. §. 727, 2. (Gr. schol. §. 613, 5.) — *τί δή*, quidum, cum admirationis vel etiam impatientiae et indignationis significatione ponuntur, ut II, 6, 7: *καὶ ἄνδρα δὴ λέγεις —*; III, 13, 6: *καὶ πῶς δή, ἔφη, ἀπήλλαχεν ἐκ τῆς ὁδοῦ;* IV, 4, 10: *καὶ ποῖος δή σοι — οὗτος ὁ λόγος ἐστίν;* V. Gr. nostram T. II. §. 833. d. (Gr. schol. §. 694. c.)

κατέγνωκας αὐτοῦ] male de eo sensisti. Cf. III, 7, 3.

Οὐ γὰρ] Nonne igitur. *Γάρ* in interrogatione positum habet vim conclusivam. Infra 4, 14. II, 3, 16. 17. III, 4, 1. 7, 7. 11, 17. IV, 3, 10. 4, 6. 5, 3. 11. 8, 4. V. nos in Gr. T. II. §. 833. i. (Gr. schol. §. 694. g.)

Ἀλλ' εἰ μέντοι] at si profecto, ut II, 1, 12. *Μέντοι* habet vim confirmativam. Cyrop. V, 1, 9. Saepe, ut infra I, 4, 18. *ἦν μέντοι κτλ.*, particula *μέντοι* usurpatur, ubi cum vi quadam ac gravitate nova sententia additur, ita quidem, ut, nulla amplius habita ratione antecedentium, totum pondus in hac nova sententia ponatur. V. nos in Gr. T. II. §. 698. a. (Gr. schol. §. 594. not.)

τὸ ῥιψοκίνδυνον ἔργον] Revocavit hanc lectionem, quam praeter Voss. 2., qui *ῥιψοκινδύνου* habet, reliqui omnes libri et editi et scripti exhibent, optimo iure Bornemannus, comparans nostrum halsbrechend, eleganterque addens hoc modo interrogationis facetam ironiam aliquantum amplificari. Etiam Appian. Civ. V, 84. *οὐκ εὔβουλον εἶναι τὸ ῥιψοκίνδυνον* (quem locum debeo Bornemanno ad Cyrop. III, 3, 55. in ed. Lips.) vocabulum *ῥιψοκίνδυνος* non de homine, sed, ut h. l., de facto usurpatur, quod negavit Ernestius. — Quod autem praedicato articulus adiunctus est, ea de causa factum est, quod Xenophon vocabulum a Socrate iam usurpatum repetit. V. nos in Gr. T. II. §. 494. (Gr. schol. §. 430.)

κἂν ἐγὼ δοκῶ — ὑπομεῖναι] et ego videor posse subire.

§. 11. *καὶ τί ἂν οἴει παθεῖν καλὸν φιλήσας;*] Symp. IV, 25: *οὐ ἔρωτος* (sc. *τοῦ φιλεῖν*) *οὐδέν ἐστι δεινότερον ὑπέκκαυμα κτλ.*

κράτης, καὶ τί ἂν οἴει παθεῖν καλὸν φιλήσας; Ἆρ' οὐκ ἂν αὐτίκα μάλα δοῦλος μὲν εἶναι ἀντ' ἐλευθέρου; πολλὰ δὲ δαπανᾶν εἰς βλαβερὰς ἡδονάς; πολλὴν δὲ ἀσχολίαν ἔχειν τοῦ ἐπιμεληθῆναί τινος καλοῦ κἀγαθοῦ; σπουδάζειν δ' ἀναγκασθῆναι, ἐφ' οἷς οὐδ' ἂν
12 μαινόμενος σποιδάσειεν; — Ὦ Ἡράκλεις, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ὡς δεινήν τινα λέγεις δύναμιν τοῦ φιλήματος εἶναι. — Καὶ τοῦτο, ἔφη ὁ Σωκράτης, θαυμάζεις;

§. 11. *τί ἂν οἴει*] Sic Stob. (cod. A.), Voss. 2. F. Viud. 2.; reliqui *τί ἄρ' οἴει*. — *μὲν εἶναι*] Sic Stob. Brod. et F.; edd. pr. cum Par. G. omittunt; K. M. et Steph. *εἶναι* post *ἐλευθέρου* habent.

§. 12. *ἔφη ὁ Ξενοφῶν*] Sic ed. Par., H. et Stob. pro *ἔφη Ξεν.* — *ὅτι τὰ φαλάγγια*] Par. B C D F G H. Iunt. om. *ὅτι*. —

ἆρ' οὐκ] Hae particulae, ut Latinorum nonne, exspectare nos iubent responsionem affirmativam; contra *ἆρα μή*, ut Latinorum numne (doch nicht), responsionem negativam. De *ἆρ' οὐκ* cf. I, 5, 4. 7, 2. et 3. II, 1, 16. 6, 38. De *ἆρα μή* cf. II, 6, 34. IV, 2, 10. Cf. Bornemann. ad Anab. VII, 6, 5. V. nos in Gr. T. II. §. 834, 3. (Gr. schol. §. 695, 3.)

ἐφ' οἷς — σπουδάσειεν] Plat. Phaedr. p. 276. B: *ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε*, quae studiose curat. p. 278. D. Symp. p. 217. A: *ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ*, putans eum studiose sectari pulchritudinem meam. Isocr. Paneg. p. 76, 171: *οἱ ἐν ταῖς μεγίσταις δόξαις ὄντες ἐπὶ μικροῖς σπουδάζουσιν*. Sic saepe *ἐπί* praepositio cum dativo verbis motum significantibus addita designat finem, consilium. Cf. Oecon. XX, 18: *ἐφ' ᾧπερ ὥρμηται*. Cyrop. VI, 2, 9: *οὓς ἐπεπόμφει Κῦρος ἐπὶ κατασκοπῇ*. VIII, 6, 2. Comment. III, 11, 18. IV, 4, 3: *ἀγαγεῖν τινα ἐπὶ θανάτῳ* (quo cum loco cf. Anab. I, 6, 10. V, 7, 34. e Mureti acuta coniectura). I, 7, 1: *ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίᾳ*, via ad gloriam consequendam, ubi v. Schneiderum et Sauppium, qui recte docet *ἐξιέναι ἐπὶ θήραν* (Cyrop. I, 2, 11.) dici posse etiam eum, qui non ipse venaturus exeat in eum locum, ubi venantur alii. Nam *ἐπί* cum accusativo iunctum simpliciter significat finem, ad quem tendimus, nulla adiuncta notione adeptionis. Cf. de Venat. VI, 5: *ἐπὶ θήραν ἐξιέναι*, uti Schneiderus recte e plurimis libris edidit, et Sauppius (quem vide) retinuit. Contra *ἐπὶ θήρᾳ ἐξιέναι* dicitur is, qui exit ad feras capiendas.

§. 12. *δεινήν τινα — δύναμιν*] Pronomen *τὶς* adiectivo additum significat aliquid insigne eximiumve sive in bonam, sive in malam partem. Pari modo Latini pronomine quidam utuntur, ut Cicer. Lael. IX, 2: „admirabilis quaedam exardescit benevolentiae magnitudo." Is enim, qui loquitur, rei magnitudinem vel nescit, vel nescire se fingit. V. nos in Gr. II. §. 633, 4. p. 331. (Gr. schol. §. 358, 2.) et ad Cicer. Tusc. II, 4, 11. — De sententia cf. Symp. IV, 25.

φαλάγγια] „Sunt bestiolae scorpionibus et araneis similes, quarum maxime venenatae et pestiferae ex Italia nobis notae sunt et a Tarento urbe dicuntur tarantulae. De singulari furore ex earum morsu cordatiores hodie dubitant." WEISKIUS. Comparat Herbstius Eustath.

Οὐκ οἶσθα, ἔφη, ὅτι τὰ φαλάγγια, οὐδ' ἡμιωβολιαῖα τὸ μέγεθος ὄντα, προσαφάμενα μόνον τῷ στόματι ταῖς τε ὀδύναις ἐπιτρίβει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοῦ φρονεῖν ἐξίστησιν; — Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ξενοφῶν· ἐνίησι γάρ τι τὰ φαλάγγια κατὰ τὸ δῆγμα. — Ὦ μωρέ, ἔφη 13
ὁ Σωκράτης, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐνιέναι τι, ὅτι σὺ οὐχ ὁρᾷς; Οὐκ οἶσθ', ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινό-

τοῦ φρονεῖν] Iunt. D. F. *τὸ φρ.* — *ἐξίστησιν*] Sic Iunt. Ald. Par. cum G. pro *ἐξίστησι*.

§. 13. *ἔφη ὁ Σωκ.*] Sic Stob. Par. omnes. L. pro *ἔφη Σ.* — *ὅτι σὺ*] Stob. *ὃ σύ*. Alii male *ὅ τι σύ*.

ad Iliad. V. p. 924. Plin. H. N. XXIX, 4.

ἡμιωβολιαῖα] dimidii oboli magnitudinem aequantia. „Comparatio formam rotundam et minutam arguit insecti." SCHNEIDERUS.

τοῦ φρονεῖν ἐξίστησιν] H. e. *τὸν νοῦν ἐκπλήττει*, mentem excutit, cf. IV, 5, 6. Infra II, 1, 4: *πέρδικες ἐξιστάμενοι τοῦ τὰ δεινὰ ἀναλογίζεσθαι*. Aeschin. Fals. Leg. 4. p. 315. (Bekker.): *ἐξέστην ἐμαυτοῦ*.

κατὰ τὸ δῆγμα] per morsum. Notio secundum facile transit in notionem propter.

§. 13. *τοὺς δὲ καλούς*] Particula adversativa *δέ* saepius in vividioribus interrogationibus ita usurpatur, ut referatur ad sententiam mente supplendam, ut h. l. *τὰ μὲν φαλάγγια ἐνιέναι τι οἴει, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει*. Infra I, 6, 15. II, 1, 26. 30. II, 2, 2. 7. 3, 6. 6, 10. 14. 37. III, 3, 11. 5, 20. 7, 3. 5. 8, 4. 9, 13. 10, 10. 13, 3. IV, 2, 10. 24. Saepe etiam *δέ* vim habet copulativam, ut interrogationes alterius responsionibus interruptas connectat, ut III, 5, 2. V. nos in Gr. T. II. §. 835. 5. (Gr. schol. §. 696. 5.)

θηρίον] de homine, ut infra III, 11, 11.

τοῦτο τὸ θηρίον — τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ — οὐδ' ἁπτόμενον — ἐνίησί τι — τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν] Correlativa *ὅσον, ὅσῳ — τόσον, τοσούτῳ* duas enuntiationes ita inter se referunt, ut significent duorum praedicatorum parem esse quantitatis rationem (soviel das Eine Statt findet, ebensoviel findet das Andere Statt, in welchem Maſse — in eben dem Maſse), ut *ὅσον τὴν ἀρετὴν ἀσκήσεις, τοσοῦτον εὐδαίμων ἔσῃ*. Xen. Cyrop. VIII, 1, 4: *τοσοῦτον δὲ διαφέρειν ἡμᾶς δεῖ τῶν δούλων, ὅσον οἱ μὲν δοῦλοι ἄκοντες τοῖς δεσπόταις ὑπηρετοῦσιν*. Plerumque autem non solum utriusque praedicati quantitas, sed etiam quantitatis gradus inter se comparatur (*ὅσῳ μᾶλλον — τοσούτῳ μᾶλλον* vel *ὅσῳ μάλιστα — τοσούτῳ μάλιστα*). Iam vero fieri potest, ut duo praedicata quantitate quidem inter se comparentur, sed alterum tantum simul quantitatis gradus comparationem admittat, alterum autem hanc gradus comparationem respuat. Tum in altero membro comparativus, in altero positivus cum illis quantitativis correlativis coniungitur: quod factum videmus eo de quo nunc cummaxime agimus loco (dieses Thier ist in eben dem

τερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν ἁφάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ' ἁπτόμενον, ἐὰν δέ τις αὐτὸ θεᾶται, ἐνίησί τι καὶ πάνυ πρόσωθεν τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν; ἴσως δὲ καὶ οἱ Ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πρόσωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν. Ἀλλὰ συμβουλεύω σοι, ὦ Ξενοφῶν, ὁπόταν ἴδῃς τινὰ καλόν, φεύγειν προτροπάδην· σοὶ δέ, ὦ Κριτόβουλε, συμβουλεύω ἀπενιαυτίσαι· μόλις γὰρ ἂν ἴσως ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὸ δῆγμα ὑγιὴς γένοιο. Οὕτω δὴ καὶ ἀφροδισιάζειν τοὺς μὴ ἀσφαλῶς ἔχοντας πρὸς ἀφροδίσια

ἐὰν δέ τις] Sic Stob. et Bessar. pro *ἐάν τις*. — *ἐνίησί τι*] Vulgatum *τε*, omissum in Voss. 2. et Vind. 2., recte Zeun. e Stob., Par. BFG, ed. Par., Vict. L. cum Steph. 2. mutavit in *τι*. — *πρόσωθεν*] Alii *πόῤῥωθεν*. V. adn. Dein edd. c. F. habent *πρόσωθεν*, ceteri codd. *πόῤῥωθεν*. — Post *τοιοῦτον* F. transposuit verba *ἐάν τις αὐτὸ θεᾶται*. — *μόλις*] Stob. *μόγις*. Male. Omnino forma *μόγις* raro legitur in Xenophontis codicibus; ubi autem legitur, plurimi et optimi libri alteram formam praeferunt. Quocirca accedo sententiae Popponis, qui ad Cyropaed. p. XXXIII.

14

Mafse gefährlicher, als die Taranteln, in welchem Mafse oder als es ein Gift einhaucht, das Raserei hervorrufen kann). Quoniam autem eiusmodi enuntiationes ita inter se comparatae esse solent, ut altera ab altera pendeat et altera causam, altera effectum significet: *ὅσῳ* per quod, quatenus verti potest. Plat. Euthyphr. p. 11. D: *κινδυνεύω ἄρα — ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς δεινότερος γεγονέναι τοσούτῳ, ὅσῳ ὁ μὲν τὰ αὐτοῦ μόνα ἐποίει οὐ μένοντα, ἐγὼ δὲ πρὸς τοῖς ἐμαυτοῦ — καὶ τὰ ἀλλότρια.* Ab eiusmodi locis discernendi sunt ii, in quibus post *ὅσῳ* comparativus *μᾶλλον* ex alterius membri comparativo repetendus est, ut Xen. Hier. X, 2: *οἶδα γὰρ, ὅτι, ὥσπερ ἐν ἵπποις, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρώποις τισὶν ἐγγίνεται, ὅσῳ ἂν ἔκπλεα τὰ δέοντα ἔχωσι, τοσούτῳ ὑβριστοτέροις εἶναι.* Haec ratio non infrequens est apud Latinos historicos, ut Tac. Ann. I, 57: barbaris, quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus rebusque motis potior habetur: ubi v. Waltherum in ed. Rupertii Vol. I. p. 101. Cf. Maetznerum in Zimmerm. Annal. lit. ant. 1838. p. 812 sq. in censura commentat. Gu. Chr. Straubii (Schneeb. 1837.), quam doleo mihi non licuisse comparare, Sauppium ad h. l. Popponem ad Thuc. Part. III. Vol. 4. p. 315.

ἐκεῖνα — τοῦτο] In oppositione saepe *οὗτος* non propiorem, sed maiorem rem, de qua potissimum agitur, *ἐκεῖνος* non remotiorem, sed minorem respicit. Infra IV, 3, 10. V. Stallbaum. ad Plat. Phaedr. p. 232. D. et nos in Gr. T. II. §. 629, 7. Eadem ratio saepe habetur etiam in Latinis pronominibus hic et ille. V. nos in Tuscul. I, 49, 117.

πρόσωθεν] Sic Iunt. BFG. Stob. pro vulg. *πόῤῥωθεν*. Tam saepe haec duo vocabula inter se permiscentur, ut discrimen a Buttmanno Gr. amplior. §. 115. not. 5. *) positum, ut *πρόσω* (Dorice *πόρσω*) esset vorwärts, weit vorwärts, *πόῤῥω* autem simpliciter weit, fern, admodum dubium sit. Cf. infra 4,

ᾤετο χρῆναι πρὸς τοιαῦτα, οἷα, μὴ πάνυ μὲν δεομένου τοῦ σώματος, οὐκ ἂν προσδέξαιτο ἡ ψυχή, δεομένου δέ, οὐκ ἂν πράγματα παρέχοι. Αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα φανερὸς ἦν οὕτω παρεσκευασμένος, ὥστε ῥᾷον ἀπέχεσθαι τῶν καλλίστων καὶ ὡραιοτάτων ἢ οἱ ἄλλοι τῶν αἰσχίστων καὶ ἀωροτάτων. Περὶ μὲν δὴ βρώσεως καὶ πόσεως καὶ ἀφροδισίων οὕτω κατεσκευασμένος ἦν· καὶ ᾤετο οὐδὲν ἂν ἧττον ἀρκούντως ἥδεσθαι τῶν πολλὰ ἐπὶ τούτοις πραγματευομένων, λυπεῖσθαι δὲ πολὺ ἔλαττον. 15

apud Xenophontem solum *μόλις* probandum censet, ut apud Thucydidem. V. eundem ad Thuc. P. I. V. I. p. 207 sq. Cf. Lobeckium ad Soph. Aiac. v. 306. Haackium ad Thucyd. I, 12. Sauppium ad h. l. Bornemann. ad Anab. III, 4, 48. V, 8, 14. — *μόλις γὰρ ἄν*] Iunt. et Par. sex libri om. *ἄν*. Male.

§. 14. *ἢ οἱ ἄλλοι*] ABC *ἢ ἄλλοι*.

§. 15. *οὕτω*] Iunt. Ald. D. E. *οὕτως*: quod iniuria recepit Born. V. ad §. 1. — *ἀρκούντως*] Bessario vertit: „arbitrabatur non minorem abstinendo voluptatem habere," quasi legerit *ἀπεχόμενος*.

6. *ἀποστρέψαι — προσωτάτω*, ubi in paucis tantum codd. legitur *προῤῥωτάτω*. Anab. III, 2, 22. *πρόσω τῶν πηγῶν*, procul a fontibus.

ἴσως δὲ καὶ — τιτρώσκουσιν] Apposite Bornemannus comparat Achill. Tat. p. 8, 29: *Κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν τιτρώσκει.* Ceterum totum hunc locum suppositicium iudicaverunt Dindorfii fratres, quorum alter Ludovicus ad Conv. et Ages. p. 28. ad sententiam suam fulciendam haec argumenta affert: verba scholiastis usitata *ἴσως δὲ καί* (ut Symp. IV, 26), loci colorem, ignotos Xenophonti et supparis aetatis scriptoribus *Ἔρωτας* (diversa esse Symp. VIII, 10 sqq. Cyrop. VII, 5, 2). Sed fateor haec argumenta mihi quidem non satisfacere. V. quae de *Ἔρωσι* doctissime exposuit C. O. Müller in: Handb. d. Archaeol. der Kunst. p. 588 sqq. ed. II.

§. 14. *καὶ ἀφροδισιάζειν — πρὸς τοιαῦτα*] *Καί* particula referenda est ad §. 6., ubi a delicatis cibis, ut hic a formosis hominibus, abstinendum docet. Ad constructionem illustrandam VV. DD. comparant *παίζειν πρός τινα* (Cyrop. VI, 1, 6: *ἔπαιζον σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους*) et de Rep. Laced. II, 14: *ἐν πολλαῖς γὰρ τῶν πόλεων οἱ νόμοι οὐκ ἐναντιοῦνται ταῖς πρὸς τοὺς παῖδας ἐπιθυμίαις.* Demosth. p. 618, 7: *τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμελείας.* — De sententia cf. Symp. IV, 38.

τοὺς μὴ ἀσφαλῶς ἔχοντας πρὸς ἀφροδίσια] homines in amore intemperantes, non satis munitos ad amorem. — *οὐκ ἂν προσδέξαιτο ἡ ψυχή*, non admittat, i. e. respuat animus. De vocabulo *ψυχῆς*, quod h. l. de vehementiore amoris appetitione (von dem thierischen Triebe) usurpatum est, v. ad I, 2, 4.

οὐκ ἂν πράγματα παρέχοι] non negotia animo facesseret, i. e. animum non perturbaret. Ceterum observandum est voculam *οἷα* primum obiectum, dein subiectum esse. Cuius generis exempla non admodum rara sunt.

§. 15. *οὐδὲν ἂν ἧττον ἀρ-*

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Quod nonnulli credunt Socratem exhortatum quidem fuisse homines ad virtutem, sed non perduxisse, id falsum esse, quum alia declarant, tum colloquium cum Aristodemo, divini cultus contemtore et irrisore, de diis habitum evincit: e quo, quam magnifice de natura deorum senserit, clarissime apparet (§. 1. 2).

Disputationis primaria quasi capita haec fere sunt:

I. Opera ad certam quandam utilitatem procreata non e casu quodam, sed e ratione profecta esse existimemus necesse est (§. 3. 4). Atqui tota hominis fabricatio omnisque humanae naturae figura omnibus partibus perfectissima et ad maximam hominis utilitatem composita est. Ergo non potest esse obscurum a diis, qui hominem crearunt, mortalibus provideri (§. 5—7). Neque solum in humana natura deorum providentia apparet, sed universi mundi ordo clare testatur eum divino consilio divinaque providentia gubernari, licet dii ipsi oculis cerni non possint (§. 8. 9).

II. Etiam ex iis corporis animique virtutibus, quibus homines ceteris animantibus praestant, ut recta statura, manuum facultate, aliis, in primis vero animo menteque, egregiis facultatibus praedita, intelligitur a diis humano generi provideri (§. 10—14). Huc accedit, quod dii hominibus, quid fieri oporteat, quid non, significant (§. 15).

III. Deos autem non unius hominis curam negligere, sed omnibus atque singulis pariter providere a) primum apparet ex eo,

κούντως ἥδεσθαι] credebat, si in his rebus percipiendis modum teneret, non minus se ex iis delectationis capturum esse. Unde apparet iniuria particulam ἄν a L. Dindorfio eiectam esse. Ad infinitivum λυπεῖσθαι haec particula repetenda est. Quod saepe fit, ubi duae eiusdem rationis enuntiationes sese excipiunt. Infra II, 1, 27. 1, 18. III, 3, 2: αἴτιος γενέσθαι, scil. ἄν, quod ex antecedentibus βέλτιον ἂν ποιήσας παραδοῦναι repetendum est. IV, 4, 17. Hieron. VII, 12. IX, 8. XI, 11. 12., ubi inter ὀρῴης ἄν et ἔχοις multa verba interiecta sunt (v. Frotscherum ad h. l. p. 74). Anab. I, 6, 2., ubi v. Krügerum. Cyrop. VIII, 1, 2., ubi v. Bornemannum p. 497. ed. Goth. V. nos in Gr. T. II. §. 458. not. 1. — Quod autem verborum sibi oppositorum ἥδεσθαι et λυπεῖσθαι prius non adiunctum habet μέν, id, licet rarum sit apud prosae orationis scriptores, tamen offensioni non potest esse. Anab. III, 4, 7: τοῦ δὲ τείχους ἦν αὐτῆς τὸ εὖρος πέντε καὶ εἴκοσι πόδες, ὕψος δ' ἑκατόν: ubi cf. Krügerum. V. eundem ad Anab. III, 4, 41. Bornemannum ad Anab. IV, 8, 9. ad Cyrop. III, 2, 12. ed. Goth. Popponem ad Thuc. Part. III. Vol. 1. p. 130. Haackium ad Thuc. I, 12. Kühner. Gr. T. II. §. 735. (Gr. schol. §. 617, 5.)

quod omnibus pariter hominibus signis quibusdam missis futura praesignificant; b) deinde ex eo, quod animos humanos ea imbuerunt opinione, ut in sua potestate positum esse humano generi et bene et male facere crederent; c) denique ex eo, quod, quo et universae civitates gentesque et singuli homines aetate provectiores et prudentiores sunt, eo maiorem deorum cultui tribuunt curam (§. 16). Quemadmodum igitur mens nobis ingenerata corpus nostrum regit: ita deorum providentia in universo mundo regnans omnia gubernat, omnia curat, omnia cura sua complectitur (§. 17). Quodsi homines deos pie sancteque colunt, sibi persuadebunt eos in rebus obscuris homines adiuvare paratos esse, omnia videre et audire, omni loco adesse et omnium curam habere (§. 18. 19).

Εἰ δέ τινες Σωκράτην νομίζουσιν, ὡς ἔνιοι γρά- 1
φουσί τε καὶ λέγουσι περὶ αὐτοῦ τεκμαιρόμενοι, προτρέψασθαι μὲν ἀνθρώπους ἐπ' ἀρετὴν κράτιστον γεγονέναι, προαγαγεῖν δ' ἐπ' αὐτὴν οὐχ ἱκανόν· σκεψάμενοι, μὴ μόνον ἃ ἐκεῖνος κολαστηρίου ἕνεκα τοὺς πάντ' οἰομένους εἰδέναι ἐρωτῶν ἤλεγχεν, ἀλλὰ καὶ ἃ λέγων

Cap. IV. §. 1. *ὡς ἔνιοι*] Finckh. in Diar. Darmst. 1829, p. 890. coni. *οἷς ἔνιοι*, ex iis, quae. Coniectura per se acuta, sed non necessaria. Cf. adn.

Caput IV. §. 1. *περὶ αὐτοῦ τεκμαιρόμενοι*] de eo coniecturam potius facientes, quam universam eius docendi rationem omniaque dicta ac praecepta perspecta habentes. De sententia Schneiderus aptissime comparavit locum dialogi inter Platonicos publicati p. 410. B. Cicer. de Orat. I, 47, 204: Socratem illum solitum aiunt dicere perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendae percipiendaeque virtutis; quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam.

προαγαγεῖν] Hotibius in Lectt. Aristoph. p. 17. malebat *προσαγαγεῖν*: quod licet primo obtutu blandiatur (v. quae supra ad I, 2, 17. de verborum *προβιβάζειν* et *προσβιβάζειν* discrimine exposuimus), tamen non est probandum. *Προσάγειν τινὰ ἐπ' ἀρετήν* est perducere aliquem ad virtutem; sed *προάγειν* est simpliciter viam monstrare, quam quis ingressus progredi possit ad virtutem: quod quidem egregie convenit verbo opposito *προτρέψασθαι*. Socrates enim dicitur h. l. concitasse tantum discipulos suos ad studium virtutis, viam autem, qua ad adipiscendam ipsam virtutem insistendum esset, non monstrasse.

μὴ μόνον] Particula *μή*, non *οὐκ*, usus est propter imperativum *δοκιμαζόντων*: quod clarius patebit, si participium resolveris in verbum finitum, ut *μὴ μόνον ταῦτα — σκεψάσθωσαν καὶ δοκιμαζέτωσαν*.

τοὺς πάντ' οἰομένους εἰδέναι] Sophistae imprimis intelligendi sunt, quorum iactationem modis omnibus Socrates reprimere et compescere studebat.

συνημέρευε τοῖς συνδιατρίβουσι, δοκιμαζόντων, εἰ ἱκανὸς ἦν βελτίους ποιεῖν τοὺς συνόντας. Λέξω δὲ πρῶτον ἃ ποτε αὐτοῦ ἤκουσα περὶ τοῦ δαιμονίου διαλεγομένου πρὸς Ἀριστόδημον τὸν Μικρὸν ἐπικαλούμενον. Καταμαθὼν γὰρ αὐτὸν οὔτε θύοντα τοῖς θεοῖς, *οὔτ' εὐχόμενον*, οὔτε μαντικῇ χρώμενον, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιούντων ταῦτα καταγελῶντα· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Ἀριστόδημε, ἔστιν οὕστινας ἀνθρώπους τεθαύμακας ἐπὶ σοφίᾳ; — Ἔγωγε, ἔφη. — Καὶ ὅς· Λέξον ἡμῖν, ἔφη, τὰ ὀνόματα αὐτῶν. — Ἐπὶ μὲν τοίνυν ἐπῶν ποιήσει Ὅμηρον ἔγωγε μάλιστα τεθαύμακα, ἐπὶ δὲ διθυράμβῳ Μελανιππίδην, ἐπὶ δὲ τραγῳδίᾳ Σοφοκλέα, ἐπὶ δὲ ἀνδριαντοποιίᾳ Πολύκλειτον, ἐπὶ δὲ ζωγραφίᾳ Ζεῦξιν. —

συνόντας] F. a prima manu *τοιούτους* habet.

§. 2. *οὔτ' εὐχόμενον*] Pro his verbis ante Ernestium legebatur *μηχανώμενον*: unde auctore Stephano Leuncl. *οὔτ' εὐχόμενον* ingeniose coniecit. Vind. 2. Par. D. pr. m. et F. exhibent *μὴ μαχόμενον*. Cum Voss. 1. et Bessar. omittunt haec verba Ern., Ruhnk, Zenn., Herbst. et Saupp. „Verum Xenophon initio quidem capitis I. §. 2. religionem Socratis mentione sacrificiorum et usu *μαντικῆς* comprehendit; sed idem cap. III. §. 2. primum preces, deinde sacrificia diis oblata, denique usum *μαντικῆς* tanquam praecipuas religionis Socraticae partes commemorat." SCHNEIDER. — *ἀνθρώπους*] Sic Iunt. BCDFGHL pro vulg. *ἀνθρώπων*.

§. 2. *Ἀριστόδημον*] Socratis amantissimum et comitem assiduum. V. Cobet. Prosop. p. 64.

ἔστιν οὕστινας] V. Rost. §. 99. not. 9. Kühner. T. II. §. 782. 5. (Gr. schol. §. 651. 5.), ubi etiam loci reperiuntur, qui lectionem receptam *ἀνθρώπους* defendant. — *θαυμάζειν ἐπὶ σοφίᾳ*, ut Plat. Symp. p. 206. B: *σὲ — ἐθαύμαζον ἐπὶ σοφίᾳ*. V. nos in Gr. T. II. §. 612. et §. 584. not. (Gr. schol. §. 532.) — De usu perfecti *τεθαύμακας* v. ad I, 2, 49. *δεδέσθαι*.

Καὶ ὅς] V. Rost. §. 99. not. 11. Kühner. T. II. §. 781, 3. a. (Gr. schol. §. 650. not.) Infra III, 1, 5. 3, 3. 4. 4, 1. 12, 1. IV, 3, 3. 6, 2.

§. 3. *τοίνυν*] Saepe particula *μεταβατικὴ τοίνυν* usurpatur, si quis alterius orationem excipiens sine tergiversatione respondet. V. nos in Gr. T. II. §. 758, 2.

ἐπὶ δὲ διθυράμβῳ] Non absurde Car. Gabr. Cobetus l. d. p. 12. legendum putat *διθυράμβων*, sc. *ποιήσει*, quia voc. *διθύραμβος* singulari numero, ut *ἔπος*, *μέλος*, non usurpetur, sed plurali, ut *ἴαμβοι*, *ἀνάπαιστοι*.

Μελανιππίδην] Vixit 520 a. Chr. n. V. Cobet. l. d.

Πολύκλειτον] P., Sicyone natus, nobilissimus fuit statuarius (430 a. Chr. n.). Zeuxis, ex Heraclea vel Epheso oriundus, nobilissimus fuit pictor (430 a. Chr. n.). V. de utroque C. O. Müller i Handb. d. Archaeol. d. Kunst. p. 107 sqq. p. 133 sqq. ed. II. et Cobet. l. d. p. 51 sq.

§. 4. *εἶπερ γε — γίγνεται*]

Πότερά σοι δοκοῦσιν οἱ ἀπεργαζόμενοι εἴδωλα ἄφρονά 4
τε καὶ ἀκίνητα ἀξιοθαυμαστότεροι εἶναι ἢ οἱ ζῶα ἔμ-
φρονά τε καὶ ἐνεργά; — Πολύ, νὴ Δία, οἱ ζῶα, εἴ-
περ γε μὴ τύχῃ τινί, ἀλλὰ ὑπὸ γνώμης ταῦτα γίγνε-
ται. — Τῶν δὲ ἀτεκμάρτως ἐχόντων, ὅτου ἕνεκα ἔστι,
καὶ τῶν φανερῶς ἐπ' ὠφελείᾳ ὄντων πότερα τύχης καὶ
πότερα γνώμης ἔργα κρίνεις; — Πρέπει μὲν τὰ ἐπ'
ὠφελείᾳ γιγνόμενα γνώμης ἔργα εἶναι. — Οὐκοῦν δο- 5
κεῖ σοι ὁ ἐξ ἀρχῆς ποιῶν ἀνθρώπους ἐπ' ὠφελείᾳ προς-
θεῖναι αὐτοῖς δι' ὧν αἰσθάνονται ἕκαστα, ὀφθαλμοὺς
μὲν, ὥστε ὁρᾶν τὰ ὁρατά, ὦτα δὲ, ὥστε ἀκούειν τὰ
ἀκουστά; Ὀσμῶν γε μήν, εἰ μὴ ῥῖνες προσετέθησαν,
τί ἂν ἡμῖν ὄφελος ἦν; Τίς δ' ἂν αἴσθησις ἦν γλυ-

§. 4. *Πότερα*] F. *πότεροι — εἰσὶν ἤ. — εἴπερ γε*] F. *εἴπερ*. Idem *ἀπὸ γνώμης. — γίγνεται*] Sic scribendum c. Vat. 1. Flor. E. et Par. D., qui *γίνεται* exhibent pro vulg. *γένηται*. Steph. suasit *γεγένηται*: quod plures receperunt. Structura *εἰ γένηται* neque huius loci sententiae apta est, et prorsus Atticorum pedestris orationis scriptorum usui repugnat. V. adn. in II, 1, 12. — *γιγνόμενα*] Ern. c. Voss. *γενόμενα*. Male.

§. 5. *Οὐκοῦν*] Bornem. c. aliis ex Hermanni praecepto *οὔκουν*. V. Exc. III. — *ὁ ἐξ ἀρχῆς*] Articulum Ern. e Steph. sec. addidit, et habent eum Voss. 1. et Par. F. G. pr. m. L. — *προσετέθησαν*] Sic Steph. sec. et Voss. 1. pro vulg. *προετ.* — *Τίς δ' ἄν*] Edd. pr. et Par. c. LEG *τί δ' ἄν*.

Γέ particulis *εἴπερ* additum intendit earum vim: wenn anders nämlich. Locus nostro consimilis ab Herbstio affertur Anab. I, 7, 9. Adde Sympos. V, 6. Ceterum eleganter variata est oratio in verbis *τύχῃ* et *ὑπὸ γνώμης*: *τύχη* enim tanquam instrumentum, quo quid fit, cogitatur; sed *γνώμη* tanquam res efficax, qua quid procreatur.

Πρέπει μὲν] Vocula *μέν* in responsione posita idem valet, quod *μήν*, unde originem traxit; habet enim vim confirmativam.

§. 5. *Οὐκοῦν*] De praestantissima huius loci sententia cf. infra IV, 3, 3 sqq. De deorum providentia, ex hominis fabricatione perspecta, v. quos Davisius laudat ad pulcherrimum Ciceronis de Nat. Deor. II, 54. locum p. 432. ed. Creuz.

Ὀσμῶν γε μήν] Particulae *γὲ μήν* usurpantur, quum oratio cum vi quadam ad rem novam transit, ita quidem, ut particula *γέ* vocem antecedentem graviter efferat. Infra I, 6, 6: *οὐκ οἶσθ', ὅτι ὁ μὲν ἥδιστα ἐσθίων ἥκιστα ὄψου δεῖται, ὁ δὲ ἥδιστα πίνων ἥκιστα τοῦ μὴ παρόντος ἐπιθυμεῖ ποτοῦ; Τά γε μὴν ἱμάτια οἶσθ' ὅτι οἱ μεταβαλλόμενοι ψύχους καὶ θάλπους ἕνεκα μεταβάλλονται —*; III, 6, 12. 8, 10. 9, 6. 11, 10. Symp. IV, 13. Apolog. 12. Ubi autem hae particulae coniunctioni accedunt, earum vis totam enuntiationem afficit, ut Apolog. §. 13: *ὡς γε μὴν οὐ ψεύδομαι κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦτ' ἔχω τεκμήριον.* §. 18.

κέων καὶ δρυμέων καὶ πάντων τῶν διὰ στόματος ἡδέων,
6 *εἰ μὴ γλῶττα τούτων γνώμων ἐνειργάσθη; Πρὸς δὲ*
τούτοις οὐ δοκεῖ σοι καὶ τόδε προνοίας ἔργον ἐοικέ-
ναι, τὸ, ἐπεὶ ἀσθενὴς μέν ἐστιν ἡ ὄψις, βλεφάροις αὐ-
τὴν θυρῶσαι, ἅ, ὅταν μὲν αὐτῇ χρῆσθαί τι δέῃ, ἀνα-
πετάννυται, ἐν δὲ τῷ ὕπνῳ συγκλείεται; ὡς δ' ἂν μηδὲ
ἄνεμοι βλάπτωσιν, ἡθμὸν βλεφαρίδας ἐμφῦσαι· ὀφρύσι
τε ἀπογεισῶσαι τὰ ὑπὲρ τῶν ὀμμάτων, ὡς μηδ' ὁ ἐκ
τῆς κεφαλῆς ἱδρὼς κακουργῇ· τὸ δὲ τὴν ἀκοὴν δέχε-
σθαι μὲν πάσας φωνάς, ἐμπίπλασθαι δὲ μήποτε· καὶ
τοὺς μὲν πρόσθεν ὀδόντας πᾶσι ζώοις οἵους τέμνειν
εἶναι, τοὺς δὲ γομφίους οἵους παρὰ τούτων δεξαμέ-

ἐνειργάσθη] F. Iunt. *ἐνεργ.*

§. 6. *ἔργον*] V. adn. — *ἅ, ὅταν*] F. *ἃ καὶ ὅταν — δέοι, ἀναπετάννυσθαι — συγκλείεσθαι; ὡς δὲ μηδὲ ἄνεμοι. — καὶ στόμα*] H. *καὶ τὸ στόμα*, quod recentiores editores sine necessitate receperunt. Cf. §. 11. — *καθεῖναι*] Par. omnes *καθεῖ-*

γε μήν. Hieron. X, 5. et 8. XI, 12. Plat. Symp. p. 197. A. Plura exempla contulit Hartung. gr. Partik. T. I. p. 401 sq. II. p. 383 sq.

τῶν διὰ στόματος ἡδέων] Vocabulum *στόματος* caret articulo, quia *διὰ στόματος* quasi verbi vim habet. V. ad I, 1, 9.

§. 6. *οὐ δοκεῖ σοι καὶ τόδε προνοίας ἔργον ἐοικέναι*] nonne videtur tibi hoc quoque providentiae opus existimandum esse? Lectio, quam dedimus, habetur in Iunt. Ald. Par. Steph. ABCEGH. Alii cum Voss. 1. 2. Par. 1. ediderunt *ἔργῳ*. Bornemannus e Vind. 2. et Par. D. F. recepit *ἔργοις*. Sauppius recte rediit ad lectionem vulgatam *ἔργον*, duas alteras librariorum emendationes esse arbitratus. Corruptela nata videtur partim ex eo, quod librarii crediderint verbum *ἐοικέναι* significare similem esse, quum potius h. l. designet putari, haberi, ut saepe; partim e compositione verborum *δοκεῖ ἐοικέναι*, in qua nihil est, quod offendamus. Nam optime monet Sauppius, uti *δοκεῖν φαίνεσθαι* dicatur, ita pari iure *δοκεῖν ἐοικέναι* dici posse. Infra II, 1, 22: *ὥστε λευκοτέραν — δοκεῖν φαίνεσθαι*: ubi v. Bornemann. III, 1, 4. Cf. ad IV, 2, 20 extr. Thuc. I, 122: *ἐν ᾧ ἢ δικαίως δοκοῖμεν ἂν πάσχειν, ἢ διὰ δειλίαν ἀνέχεσθαι, καὶ τῶν πατέρων χείρονς φαίνεσθαι*. Plat. Phaedr. p. 269. D: *δοκεῖ μοι φαίνεσθαι ἡ ῥέθοδος*. Discrimen horum verborum clare apparet Oecon. X, 9: *ἠρώτα, εἴ τι ἔχοιμι συμβουλεῦσαι, ὡς ἂν τῷ ὄντι καλὴ φαίνοιτο, ἀλλὰ μὴ μόνον δοκοίη*. De articulo ante infinitivum (*τὸ — θυρῶσαι*) post demonstrativum praeparativum *τόδε* illato cf. de Rep. Lac. IX, 1: *ἄξιον δὲ τοῦ Λυκούργου καὶ τόδε ἀγασθῆναι, τὸ κατεργάζεσθαι — αἱρετώτερον εἶναι τὸν καλὸν θάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου*: ubi Haasius multa huius generis exempla contulit. Cf. nos in Gr. II. §. 631, 2. (Gr. schol. §. 357. 2.)

νους λεαίνειν· καὶ στόμα μέν, δι' οὗ ὧν ἐπιθυμεῖ τὰ ζῶα εἰςπέμπεται, πλησίον ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν κατα-θεῖναι· ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυςχερῆ, ἀποστρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς καὶ ἀπενεγκεῖν, ᾗ δυνατὸν προσω-τάτω, ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων· ταῦτα οὕτω προνοητι-κῶς πεπραγμένα, ἀπορεῖς, πότερα τύχης ἢ γνώμης ἔργα ἐστίν; — Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, ἀλλ' οὕτω γε σκο- 7
πουμένῳ πάνυ ἔοικε ταῦτα σοφοῦ τινος δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου τεχνήματι. — Τὸ δὲ ἐμφῦσαι μὲν ἔρωτα τῆς τεκνοποιίας, ἐμφῦσαι δὲ ταῖς γειναμέναις ἔρωτα τοῦ ἐκτρέφειν, τοῖς δὲ τραφεῖσι μέγιστον μὲν πόθον τοῦ ζῆν, μέγιστον δὲ φόβον τοῦ θανάτου; — Ἀμέλει καὶ

ναι. — ἐπεὶ δὲ] Par. ACDEFGH *ἐπὶ δέ*. — *προσωτάτω*] A. Flor. AKM *ποῤῥωτάτω*. Nec aliter Longin. c. 32. et 43., ubi hic locus affertur. V. ad 3, 13.

§. 7. *τεχνήματι*] Par. CDH *τεχνήμασι*; F. *μηχανήματι*.

θυρῶσαι] Huius et sequentium infinitivorum subiectum in verbis *τὸ προνοίας ἔργον* latet.

χρῆσθαί τι] ad aliquid. V. nos in Gr. T. II. §. 549. b. (Gr. schol. §. 475. b.)

ὡς δ' ἂν — βλάπτωσιν] V. Rost. §. 122, 12. Kühner. T. II. §. 775. (Gr. schol. §. 647.) Deinceps *ὡς* sine *ἄν* cum coniunctivo constructum est.

ὀφρύσι τε] Rarius apud Xenophontem particula *τέ*, non sequente *καί*, ad copulandas enuntiationes usurpatur. Hinc Zeunius malebat *δέ*.

ἀπογεισῶσαι] Cf. Cicer. N. D. II, 57: Primum enim superiora, superciliis obducta, sudorem a capite et a fronte defluentem repellunt.

τὸ δὲ — δέχεσθαι] Hic et sequentes infinitivi subiecta sunt postremae huius §. enuntiationis, ubi pronomine *ταῦτα* comprehenduntur.

οἷους τέμνειν] V. Rost. §. 122. p. 620. Kühner. T. II. §. 788. not. 3. (Gr. schol. §. 656. not. 1.) Cf. §. 12. II, 1, 15. 6, 37: *τοιοῦτός μοι φίλος εἶ, οἷος — συλλαμβάνειν μοι.* 9, 4. III, 11, 1: *γυναικὸς — οὔσης — οἵας συνεῖναι τῷ πείθοντι.*

ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυςχερῆ] Scil. *ἐστίν*. Rarior est ellipsis verbi *εἶναι* post coniunctiones. De re ipsa cf. Cicer. N. D. II, 57 extr.

§. 7. *Ἀμέλει*] Sic grammatici et editores hoc vocabulum scribere et pro imperativo habere solent. Scholiastes ad Aristoph. Nubes 484. explicat per: *μὴ ἀθύμει*. V. Sallier. ad Moerid. s. v. p. 66. At recte iam Weiskius de Pleon. p. 138. adverbium esse scribendumque *ἀμελεί*, ut *ἀμαχεί*, *ἀμοχθεί* cett., demonstrat, significareque confidenter, utique, prorsus, omnino. Quam sententiam confirmat Grammaticus in Lex. Seguer. p. 214: *Ἀμέλει· τοιγαροῦν, δηλονδή, πάντως· ἐπιῤῥῆμα γάρ ἐστι συγκατάθεσιν δηλοῦν.* Falsa de imperativo opinio verum accentum (*ἀμελεί*) corrupisse videtur.

ταῦτα ἔοικε μηχανήμασί τινος ζῶα εἶναι βουλευσαμέ-
8 *νου. — Σὺ δὲ σαυτὸν δοκεῖς τι φρόνιμον ἔχειν; —*
Ἐρώτα γοῦν καὶ ἀποκρινοῦμαι. — Ἄλλοθι δὲ οὐδα-
μοῦ οὐδὲν οἴει φρόνιμον εἶναι; καὶ ταῦτα εἰδὼς, ὅτι
γῆς τε μικρὸν μέρος ἐν τῷ σώματι πολλῆς οὔσης ἔχεις,
καὶ ὑγροῦ βραχὺ πολλοῦ ὄντος, καὶ τῶν ἄλλων δή-

§. 8. *φρόνιμον*] Ed. Par. et BCDFGHL et tres Flor. habent *φρόνιμος*, in quo latere videtur *φρονίμως*, quo etiam ducit Iunt. *φρονίμους*. — Vat. 1. et Flor. E. *σαυτῷ δοκεῖς*. — F. *σὺ δὲ σαυτῷ δοκεῖς τι φρ. ἔχειν*. — *συνήρμοσται*] F. *λαβών τι τὸ σῶμα συνήρμοσαι*, omisso *σοι*. — *μόνον ἄρα*] A. B. *ἄρα μόνον*, quod post Schneiderum receptum est, quanquam vulgata optime

V. nos in Gr. T. I. §. 363. *β*. p. 409. Legitur etiam infra IV, 4, 6.

ζῶα εἶναι βουλευσαμένου] Eleganter Weiskius vertit: der mit Ueberlegung das Dasein lebendiger Wesen beschlossen hatte.

§. 8. *σαυτὸν*] Subiectum infinitivi, quod alias, ubi idem est subiectum verbi regentis, omitti solet, h. l. propter oppositionis vim additum est, uti mox *σὲ* — *δοκεῖς συναρπάσαι κτλ*. V. nos in Gr. T. II. §. 646, 1. (Gr. schol. §. 556, 1.) Cf. II, 6, 35 extr. 38.

Ἐρώτα γοῦν καὶ ἀποκρινοῦμαι] Haec verba, quae in omnibus codd. leguntur, primus omisit Bessario in huius loci Latina interpretatione, nec habet, uti Schützius commemorat, editio Romana Brunelli, sed incertum, utrum operarum vitio, an codicis auctoritate, deinde Ruhnkenius et Ernestius damnaverunt, et Schützius, quem recentiores editores fere omnes sequuti sunt, exterminavit, Zeunius contra, Weiskius et Langius defenderunt. Etsi fateor his verbis sententiarum continuationem quodammodo turbari: tamen intelligere nullo modo possum, quomodo, nisi ab auctore ipso profecta sint, aliena manu importari potuerint. Quare non dubitavi haec verba in pristinum locum restituere, praesertim quum eorum sententia nihil habeat, quod absurdum sit. Socrates enim quaerit ex Aristodemo, utrum putet se quidem *φρόνιμόν τι ἔχειν*. Aristodemus, hac inexspectata interrogatione quodammodo perturbatus, non simpliciter respondere vult se *φρόνιμόν τι ἔχειν* credere, sed Socratis interrogationem a se aversurus respondet: Nun ja, fahre nur fort in deinen Fragen, und ich will dir antworten. Etiam acutissimus Finckhius in Iahn. Annal. phil. 1828. p. 283. haec verba retinenda censet. Comparat Symp. V, 2: *ἀλλ' ἀποκρίνου. Σὺ δέ γε ἐρώτα*. Particula *γοῦν* saepe in responsione usurpatur, ut infra III, 3, 5. 6, 7. 6, 5. 10, 8. Cyrop. V, 3, 14. Cf. Hartung. gr. Part. T. II. p. 15. Langius locum sic accipit: Quum pudor Aristodemum prohiberet rem diserte affirmare et veritas negare, tecte et callide hunc in modum respondet: interroga igitur et respondebo, i. e. dum respondeo, cognosces me *φρόνιμόν τι ἔχειν*. Credit igitur non tam e responsionis argumento Aristodemum velle colligi se ratione praeditum esse, quam ex ipso respondendo; nam qui respondere possit, eundem ratione praeditum esse oportere. Zeunius sic: interroga igitur alia, quae hinc necessario consequun-

που μεγάλων ὄντων ἑκάστου μικρὸν μέρος λαβόντι τὸ σῶμα συνήρμοσταί σοι· νοῦν δὲ μόνον ἆρα οὐδαμοῦ ὄντα σὲ εὐτυχῶς πως δοκεῖς συναρπάσαι, καὶ τάδε τὰ ὑπερμεγέθη καὶ πλῆθος ἄπειρα δι' ἀφροσύνην τινά, ὡς οἴει, εὐτάκτως ἔχειν; — Μὰ Δί'· οὐ 9
γὰρ ὁρῶ τοὺς κυρίους, ὥσπερ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων

sese habet. — *εὐτυχῶς πως*] Sext. Emp. adv. Math. p. 573. *σύτε. ποθέν* ex h. l. affert. — *καὶ τάδε τὰ*] Sic Vat. 1. Par. D. F. pro vulg. *καὶ τά.* — *ὡς οἴει*] Voss. 1. *οὕτως οἴει*: quod receperunt recentiores edd. Hindenb. *ὥς οἴει.* Male. V. nos in Gr. T. I. §. 348. not. 4. Vulgata non est tentanda; nam verba *ὡς οἴει* referenda sunt ad *δι' ἀφροσύνην τινά*, infinitivus autem *ἔχειν* pendet a *δοκεῖς*.

tur et quae tu soles ex eiusmodi praemissis colligere, et tum habebis me paratum ad respondendum. Weiskius sic: Fragenur weiter, die Antwort soll folgen.

μικρὸν μέρος λαβόντι] tibi exiguam partem sumenti corpus est compactum. Mire Schützius *λαβόντι* cum *τὸ σῶμα* coniunxit et ita interpretatus est: tum cum corpus nanciscerere.

νοῦν δὲ — συναρπάσαι] Cicero N. D. II, 6: Unde enim hanc (mentem) homo arripuit? ut ait apud Xenophontem Socrates. Cf. ibid. III, 11. Plat. Phileb. §. 54. p. 81. Stallb. et infra IV, 3, 14.

§. 9. *Μὰ Δί'*] Particula *μά*, profecto, neque affirmat per sese, neque negat, sed simpliciter vim habet confirmativam. Hinc in enuntiationibus tam affirmativis, quam negativis locum habet. In enuntiationibus affirmativis coniungitur cum *ναί*: *ναὶ μὰ τὸν Δία*; in negativis cum particula *οὔ*: *οὐ μὰ Δία*. Ubi autem simpliciter legitur *μὰ Δία* sine *οὔ*, enuntiatio negativa aut antecedit, aut subsequitur. Sic h. l. *μὰ Δία* referendum est ad remotiora verba: *ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ οὐδὲν φρόνιμον εἶναι.* Infra IV, 6, 10: *Χρήσιμον ἆρα οὐ πρὸς τὰ ἐλάχιστα νομίζεις τὴν ἀνδρίαν; Μὰ Δί', ἔφη, πρὸς τὰ μέγιστα μὲν οὖν*: ubi *μά* pertinet ad *οὐ πρὸς τὰ ἐλάχιστα*, non per Iovem ad minima, immo ad maxima. Oecon. XII, 1: *Ἀλλὰ γάρ, ἔφην ἐγώ* (Socrates), *μή σε κατακωλύω, ὦ Ἰσχόμαχε, ἀπιέναι ἤδη βουλόμενον. Μὰ Δί', ἔφη, ὦ Σώκρατες* (sc. *οὔ με κατακωλύεις*)· *ἐπεὶ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, πρὶν παντάπασιν ἡ ἀγορὰ λυθῇ.* V. nos in Gr. T. II. §. 701. Saepe particula negativa subsequentis enuntiationis coniuncta est cum particula adversativa, ut infra III, 4, 3: *μὰ Δί', ἔφη ὁ Νικομαχίδης, ἀλλ' οὐδὲν ὅμοιόν ἐστι χοροῦ τε καὶ στρατεύματος προεστάναι* (allerdings, jedoch nicht). Cyrop. VIII, 3, 45. Denique non pauci reperiuntur loci, in quibus neque addita vocula *οὔ*, neque antecedente vel subsequente enuntiatione negativa formula *μὰ Δί'* negativam vim habet. Nimirum id fit, ubi quum e sententiarum continuatione facile intelligi potest negari quod alter interrogarit, tum id subsequenti particula adversativa satis significatur, ut infra III, 13, 3: *Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ οἱ οἰκέται σου ἄχθονται πίνοντές τε αὐτὸ* (*τὸ ὕδωρ*) *καὶ λουόμενοι αὐτῷ; Μὰ τὸν Δί', ἔφη· ἀλλὰ καὶ πολλάκις τεθαύμακα, ὡς ἡδέως αὐτῷ πρὸς ἀμφότερα ταῦτα χρῶνται*: ubi in interrogatione *ἆρ' οὖν — ἄχθονται κτλ.* negativa sententia latet. V. ad II, 6, 1.

τοὺς δημιουργούς. — Οὐδὲ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ σύ γε ψυχὴν ὁρᾷς, ἢ τοῦ σώματος κυρία ἐστίν· ὥστε κατά γε τοῦτο ἔξεστί σοι λέγειν, ὅτι οὐδὲν γνώμῃ, ἀλλὰ τύχῃ πάντα πράττεις. — Καὶ ὁ Ἀριστόδημος· Οὔτοι, ἔφη, ἐγώ, ὦ Σώκρατες, ὑπερορῶ τὸ δαιμόνιον, ἀλλ' ἐκεῖνο μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι. — Οὐκοῦν, ἔφη, ὅσῳ μεγαλοπρεπέστερον ἀξιοῖ σε θεραπεύειν, τοσούτῳ μᾶλλον τιμητέον

§. 9. ἑαυτοῦ] V. adn. — οὐδὲν] Sic Voss. l. pro οὐδέ.

§. 10. ἐκεῖνο] Edd. pr. et Par. E. habent ἐκεῖνον: quod, nisi omnes libri in extrema hac §. tenerent αὐτό, non dubitarem recipere. Ad ἐκεῖνον e τὸ δαιμόνιον eliciendum esset τὸν δαίμονα. Conf. Popponem ad Thuc. Part. I. Vol. I. p. 284. — ἢ ὡς] Par. ABCDFH omittunt ἢ; aperto errore. Nam recte

Cyrop. I, 4, 28: Ἀλλ' ἦ, φάναι, ἐπελάθου τι, ὧν ἠβούλου εἰπεῖν; Μὰ Δία, φάναι, ἀλλ' ἥκω διὰ χρόνου, minime vero, sed. II, 2, 22. Exposuerunt de hac iurandi formula Sauppius ad h. l., Bornemannus ad Symp. IV, 7., Reisigius in Aristoph. Coniectan. p. 106., Stallbaumius ad Plat. Phileb. p. 36. §. 72. Gorg. p. 489. E. p. 154., Bellermannus in Dissert. de gr. verb. tim. struct. Berol. 1833. p. 21., Passovius et Rostius in Lex. s. v. μά.

Οὐδὲ γὰρ] Γάρ, ut Latinum enim, saepe refertur ad sententiam cogitatione supplendam, ut: pulchre dixisti (cum ironia, ei vortrefflich); neque enim etc. Hic ellipticus usus quum alias, tum maxime in responsione frequens est. Cf. II, 1, 2. 15. 3, 6. 6, 7. 15. III, 6, 12. 11, 7. Sed illa ellipsis non apte statuitur III, 5, 1. 10. 11. 16. 6, 2. 7, 8. 10, 2. IV, 4, 23. 5, 8. 6, 3. 14. V. nos in Gr. T. II. §. 840. d.

ἑαυτοῦ] Voss. l. Par. ABC. Flor. ABC. Vict. K. L. exhibent σεαυτοῦ, et Vat. l. Par. F. et M. σαυτοῦ. Quamvis gravi auctoritate lectio σεαυτοῦ nitatur, tamen vulgatam ἑαυτοῦ deserere nolui, quia, ut facile ἑαυτοῦ in σεαυτοῦ a librariis mutari potuit, ita difficillimum ad intelligendum est, quo modo contrarium fieri potuerit. Pronomen reflexivum tertiae personae de prima et secunda persona tam apud poetas, quam in pedestri oratione frequentissime usurpatur, ubi, exuta certae personae notatione, solam reflexionis ad subiectum vim retinens simpliciter significationem habet adiectivi ἴδιος et ex ipsa enuntiationis structura sponte patet, ad quamnam personam referendum sit. Quod ubi non est, huic pronominum mutationi nullus locus est. Quare infra II, 1, 7. inepte in cod. H. legitur ἑαυτὸν δικαίως ἂν τάττοις. At aptissime II, 1, 31. τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς (Eigenlob), ἀνήκοος εἶ. In aliis locis ob antecedentem literam σ lectio dubia est. Sic II, 1, 30. sententia flagitante legendum est οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς σεαυτῆς φίλους, quanquam non pauci libri habent ἑαυτῆς. Contra II, 6, 35. lectio ἑαυτοῦ egregie respondet loci sententiae. Cf. Anab. VI, 6, 15. VII, 5, 5. Cyrop. I, 6, 44. Frustra conatur Bernhardyus Synt. p. 272. probare hunc pronominis ἑαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ et σεαυτοῦ usum in numero singulari ab Isocrate demum et Xenophonte originem ducere

αὐτό; — Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὅτι, εἰ νομίζοιμι θεοὺς ἀν- 11
θρώπων τι φροντίζειν, οὐκ ἂν ἀμελοίην αὐτῶν. — Ἔπειτ' οὐκ οἴει φροντίζειν; οἳ πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον ὀρθὸν ἀνέστησαν· ἡ δὲ ὀρθότης καὶ προορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι, καὶ τὰ ὕπερθεν μᾶλλον θεᾶσθαι, καὶ ἧττον κακοπαθεῖν, *οἷς* καὶ ὄψιν καὶ ἀκοὴν καὶ στόμα ἐνεποίησαν· ἔπειτα τοῖς μὲν ἄλ-

monet Born. alius generis esse, quae Matthiaeus ad Eur. Alc. 899. et Hermann. ad v. 890. disputarunt. — *μᾶλλον*] Voss. l. *μᾶλλον καί.*

§. 11. *Εὖ ἴσθι*] F. *εὖ γὰρ ἴσθι*, quod recepit Born. — *τι φροντίζειν*] Par. E. et edd. pr. omitt. *τι*. — *πλεῖον*] F. *πλέον*: quod recep. Born.

et labanti iam graecitati tribuendum esse, quum apud optimos quosque scriptores hic usus reperiatur. V. C. F. G. Arndtium in Comm. de pr. reflex. ap. Gr. usu Neobrand. 1836. p. 16 sqq., qui subtilissime de hoc usu disputat, Maetznerum ad Antiphont. p. 181 sq. Matthiae. Gr. T. II. §. 489, 2. Rost. §. 99. not. Kühner. T. II. §. 628. aa. p. 324. (Gr. schol. §. 354, 2.)

§. 10. *Οὗτοι*] at certe non. Vis adversativa at latet in negatione; *τοί* autem habet vim restrictivam. V. nos in Gr. T. II. §. 758. not.

ἢ ὡς] Post comparativum saepius *ἢ ὡς* cum infinitivo legitur pro *ἢ ὥστε* c. inf. Cf. III, 5, 17; sed alias quoque, ut Apol. §. 16. Hier. X, 1. Cyrop. I, 1, 2.

ὅσῳ μεγαλοπρεπέστερον] Scil. *ὄν*: quo magnificentius numen divinum est et tamen te cura sua dignum habet. De omisso participio *ὄν* cf. II, 1, 32: *τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων —, ἀγαπητὴ μὲν συνεργὸς τεχνίταις κτλ.* (scil. *οὖσα*). 3, 15: *ἄτοπα λέγεις — καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ*, et nullo modo tibi convenientia. IV, 6, 8. Symp. IV, 25: *καὶ γὰρ ἄπληστον* (scil. *ὄν*) *καὶ ἐλπίδας τινὰς ἡλικείας παρέχει*: ubi Bornemannus largam exemplorum copiam congessit. Apolog. §. 28: *Ἀπολλόδωρος, ἐπιθυμητὴς μὲν ἰσχυρῶς αὐτοῦ, ἄλλως δ' εὐήθης.*

§. 11. *Ἔπειτ' οὐκ οἴει—;*] V. adnotata in I, 2, 26. De relativo *οἵ* post enuntiationem interrogativam v. ad I, 2, 64.

ἄνθρωπον ὀρθὸν ἀνέστησαν] Cf. Cicer. N. D. II, 56.

καὶ ἧττον κακοπαθεῖν, οἷς καὶ ὄψιν καὶ ἀκοὴν καὶ στόμα ἐνεποίησαν] Omnes libri praeter Victorianos hunc locum sic exhibent: *κ. ἧττον κακοπαθεῖν· καὶ ὄψιν — ἐνεποίησαν.* Victor. K. habet *κακοπαθεῖνων* et L. *παθεῖνων*: unde Victorius scribendum censuit *κακοπαθεῖν ὤν.* Lectionem et vulgatam et librorum Victorianorum esse vitiosam, nec Victorii emendatione persanari, non potest esse obscurum. Nam eae tantum res h. l. commemorari possunt, quae hominibus prae ceteris animalibus tanquam propriae ac praecipuae a diis tributae sunt: statura erecta, manus, lingua, quae vocem articulet, animus praestantissimus. Oculi autem, aures et os hominibus cum bestiis sunt communia. Huc accedit, quod, quum

λοις ἑρπετοῖς πόδας ἔδωκαν, οἳ τὸ πορεύεσθαι μόνον παρέχουσιν· ἀνθρώπῳ δὲ καὶ χεῖρας προσέθεσαν, ἃ τὰ πλεῖστα, οἷς εὐδαιμονέστεροι ἐκείνων ἐσμέν, ἐξεργάζονται. Καὶ μὴν γλωττάν γε πάντων τῶν ζώων
12 *ἐχόντων, μόνην τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐποίησαν οἵαν,*

§. 12. *Καὶ μὴν*] F. *καὶ μὴν καί*, quod recep. Born. — *ταύτας*] Sic Ald. Par. Steph. Par. BCEH. — Iunt. ed. pr. Bas. L. Voss. 2. Vind. *ταῦτα*.

πρῶτον μὲν — ἔπειτα invicem sibi respondeant, clare apparet verba *καὶ ὄψιν — ἐνεποίησαν* non novum argumentum continere, sed primi argumenti membrum quoddam esse. Langius, L. Dindorfius aliique verba post *κακοπαθεῖν*: *οἷς — ἐνεποίησαν* ut suppositicia uncinis sepserunt; Coraes autem locum sic constituit: *καὶ ἧττον κακοπαθεῖν καὶ ὄψιν κ. ἀκοὴν καὶ στόμα*, expuncto verbo *ἐνεποίησαν*; Weiskius excidisse ex his aliquid putat; nempe sensuum horum instrumenta esse altius (sive in capite excelsius sublato) locata: nam de his, ut partibus animanti necessariis, iam §. 5. dictum fuisse; hic autem humani corporis in altum erecti praestantiam demonstrari; eadem causa ductus Heindorfius locum sic refinxit: *καὶ ὄσφρησιν καὶ ὄψιν κ. ἀκ. κ. στ. ἄνω ἐποίησαν*; Bornemannus denique legendum coniicit: *καὶ ὄψιν — ἄνωθεν ἐποίησαν*. Ego vero, quum neque verba *καὶ ὄψιν — ἐνεποίησαν* ab aliena manu illata esse persuadere mihi possem, neque editorum emendationes placerent, ducibus libris Victorianis (*κακοπαθεῖνων*) scribendum duxi *κακοπαθεῖν οἷς*: erecta statura efficit, ut minus laedantur eae corporis partes, quibus *καὶ ὄψιν καὶ ἀκοὴν καὶ στόμα* dii ingeneraverunt. Vocabulum *ὄψις* latiore notatione videtur dictum, ut universam faciem, in qua et oculi, et nasus et os sunt, indicet, et *στόμα* non de sensu gustandi, sed potius de facultate loquendi intelligendum sit. Fateor sententiam aliqua premi difficultate. Nam obscurum est, quomodo erecta hominum statura magis, quam prona bestiarum efficere possit, ut illae corporis partes minus laedantur. At interpretis non est, quaecunque minus recte a veteribus scriptoribus dicta videntur, eiicere vel corrigere, sed, qua ratione explicari possint, exquirere.

ἑρπετοῖς] „Animalia *πορευτικὰ* hic appellari *ἑρπετὰ* mirum est. Nam apud poetas quidem (ex antiquo usu verbi *ἕρπειν*, ire) *ἑρπετὰ* universe dicuntur animalia. Hesych.: *Ἑρπετά· τὰ ἄποδα· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ ἄνθρωποι.* V. quos laudat Gedicke ad Pindari carm. selecta (Pyth. I, 47.) p. 210. Sed hic Atticum tractamus prosa oratione utentem. Hoc ego hac ratione expedio: Socrates hic animalium tantum truncum spectare debebat, quia de pedibus eorum deinceps dicturus erat. Sine his enim serperent, si possent, et essent quasi reptilia." WEISK.

§. 12. *Καὶ μὴν γλωττάν γε*] *Καὶ μήν* particulae (v. II, 3, 10. III, 12, 2.) denotant transitum ad novam rem, adiuncta notione confirmandi (*μήν*): et

ἄλλοτε ἀλλαχῇ ψαύουσαν τοῦ στόματος, ἀρθροῦν τε τὴν φωνήν, καὶ σημαίνειν πάντα ἀλλήλοις, ἃ βουλόμεθα; Τὸ δὲ καὶ τὰς τῶν ἀφροδισίων ἡδονὰς τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις δοῦναι περιγράψαντας τοῦ ἔτους χρόνον, ἡμῖν δὲ συνεχῶς μέχρι γήρως ταύτας πα-

vero, ac profecto; *γέ* particula habet vim suppletivam (quidem), ut in *καί — γέ*. Infra I, 6, 3: *καὶ μὴν χρήματά γε οὐ λαμβάνεις*. 8. II, 2, 4. 7, 1. 8, 2. III, 4, 4. 5, 3. 10, 2. Saepe autem in hac particularum iunctura *μήν* habet vim adversativam: quod ubi est, hae particulae verti possunt per: et (*καί*) vero s. tamen (*μήν*) certe (*γέ*), vel: atqui certum est, atqui certe. Cf. II, 3, 10. 14. 19. 8, 4. 5. 10, 3. III, 1, 11. 5, 21. 7, 4. 12, 3. 4. V. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 401. Strangium in Leipzig. Jahrb. 1835. p. 573. Cf. nos in Gr. T. II. §. 696. c. et §. 704. I. 1. p. 399. (Gr. schol. §. 594. et 596.)

οἷαν — ἀρθροῦν] V. ad §. 6. *οἷους τέμνειν*. — De re ipsa Schneiderus bene haec addidit: „Rationis potius usu sermo nititur, ut bene monuit iam olim Aristoteles." Vel potius sic: in utraque re arcte coniuncta, ratione humana et linguae totiusque oris artificiosa conformatione.

καὶ σημαίνειν πάντα ἀλλήλοις, ἃ βουλόμεθα] H. e. *καὶ οἷα ἡμᾶς σημαίνειν ἀλλ., ἃ β.* Graeci enim, ubi duae enuntiationes relativae se excipiunt, in altera relativum vel plane omittere, uti h. l., vel in demonstrativum mutare solent, licet relativum posterius in alio casu, atque prius, ponendum fuerit. V. nos in Gr. T. II. §. 799. (Gr. schol. §. 663.) Quam Sauppius huius loci explicandi inierit rationem, dispicere non possum. Quod autem ad infinitivum *σημαίνειν* subiectum *ἡμᾶς* omissum est, offensioni esse non poterit, si meminerimus Graecos subiectum infinitivi, nisi maiore vi efferendum sit, semper supprimere, ubi enuntiatio relativa, quae sequitur, idem habeat subiectum.

Τὸ δὲ — δοῦναι — παρέχειν] Infinitivus cum articulo elliptico quodam modo in exclamationibus et vividioribus interrogationibus usurpatur. Sententia, e qua pendet infinitivus, ut *οὐ θαυμαστόν ἐστιν* vel simile quid, cogitatione supprimitur. Cf. infra IV, 3, 5 sqq. V. Bornemann. ad Apol. §. 17. p. 58. Matthiae. Gr. T. II. §. 544. Rost. §. 125. not. 5. Kühner. T. II. §. 652, 1. (Gr. schol. §. 562, 1.)

τοῦ ἔτους χρόνον] Sic saepe substantivum sine articulo cum genitivo attributivo, cui praepositus est articulus, componitur, ut utriusque nominis notio quasi in unam coalescat (Jahresfrist). Temere ego hunc usum in Gr. T. II. §. 495. not. 1. soli poeticae orationi adiudicavi. Infra I, 5, 2: *ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου* (Lebensende). Apol. 30: *ἐν καταλύσει τοῦ βίου*. Anab. I, 1, 1: *τελευτὴν τοῦ βίου* (ubi perperam Born. ex uno cod. articulum addidit). Cyrop. V, 1, 13: *ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου*. VII, 2, 20: *ἐν ἀκμῇ τοῦ βίου*. Pari modo explicandi sunt loci a Ios. Strangio in Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 372. excitati: Isocr. Paneg. p. 37, 21: *διὰ σπανιότητα τῆς γῆς*. Areop. p. 132, 8: *περὶ ἀποδόσεως τῶν χρημάτων*. Panath. p. 228, 18: *περὶ διοίκησιν τῆς πόλεως*. Epist. ad Archid.

13 ρέχειν; Οὐ τοίνυν μόνον ἤρκεσε τῷ θεῷ τοῦ σώματος ἐπιμεληθῆναι, ἀλλ', ὅπερ μέγιστόν ἐστι, καὶ τὴν ψυχὴν κρατίστην τῷ ἀνθρώπῳ ἐνέφυσε· τίνος γὰρ ἄλλου ζώου ψυχὴ πρῶτα μὲν θεῶν τῶν τὰ μέγιστα καὶ κάλλιστα συνταξάντων ἥσθηται ὅτι εἰσί; τί δὲ φῦλον ἄλλο ἢ ἄνθρωποι θεοὺς θεραπεύουσι; ποία δὲ ψυχὴ τῆς ἀνθρωπίνης ἱκανωτέρα προφυλάττεσθαι

§. 13. ἢ ἄνθρωποι] F. et Castal. ἢ οἱ ἄνθρ. V. ad §. 14. — πρὸς μάθησιν] Iunt. Ald. Castal. προσμάθησιν. Inepte. Probat Schütz. „Mihi, inquit, προσμάθησιν ἐκπονῆσαι et concinnitati verborum melius respondere et ad usum loquendi Xenophontis. Cf. Anab. I, 9, 19: ἐπὶ τὸ ἐκπονεῖν τὴν χώραν. Cyr. I, 1, 1: ἐκπονεῖν τὴν ἀρετήν. Mem. II, 1, 1: ἐκπονεῖν τὴν ἐγκράτειαν. Oec. V, 12: ἐκπονεῖν τὴν γῆν. Cyr. VIII, 1, 2: ἐκπονεῖν τὴν ἀρχήν. Cyr. VIII, 1, 3: ἐκπονεῖν τὴν ἡγεμονίαν. Cyr. VIII, 1, 4: ἐκπονεῖν τὴν ἀρετήν. Cyr. VIII, 1, 5: ἐκπονεῖν τὴν ἐπιμέλειαν. Cyr. VIII, 1, 6: ἐκπονεῖν τὴν ἀρχήν. Cyr. VIII, 1, 7: ἐκπονεῖν τὴν ἀρετήν. Cyr. VIII, 1, 8: ἐκπονεῖν τὴν ἀρχήν. Cyr. VIII, 1, 9: ἐκπονεῖν τὴν ἀρετήν. Cyr. VIII, 1, 10: ἐκπονεῖν τὴν ἀρχήν. Cyr. VIII, 1, 11: ἐκπονεῖν τὴν ἀρετήν. Cyr. VIII, 1,

ἢ λιμὸν ἢ δίψος ἢ ψύχη ἢ θάλπη, ἢ νόσοις ἐπικουρῆσαι, ἢ ῥώμην ἀσκῆσαι, ἢ πρὸς μάθησιν ἐκπονῆσαι, ἢ, ὅσα ἂν ἀκούσῃ ἢ ἴδῃ ἢ μάθῃ, ἱκανωτέρα ἐστὶ διαμεμνῆσθαι; Οὐ γὰρ πάνυ σοι κατάδηλον, ὅτι παρὰ 14
τὰ ἄλλα ζῶα ὥσπερ θεοὶ ἄνθρωποι βιοτεύουσι, φύσει καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ κρατιστεύοντες; Οὔτε γὰρ βοὸς ἂν ἔχων σῶμα, ἀνθρώπου δὲ γνώμην, ἐδύ-

phonteum propius accedere videbatur, qui *ἐκπονεῖν* solet cum quarto casu construere."

§. 14. *ἐδύνατ' ἄν*] V. adn.

§. 14. *Οὐ γάρ*] Nonne igitur. V. ad I, 3, 10.

παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα] prae ceteris animalibus. Infra IV, 4, 1: *παρὰ τοὺς ἄλλους εὐτακτῶν*. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 588. ε. Kühner. T. II. §. 615. p. 305. (Gr. schol. §. 535.)

ἄνθρωποι] Alii ex Hindenburgii coniectura addito articulo scripserunt *οἱ ἄνθρωποι*. Facilior esset correctio *ἄνθρωποι*; at nulla mutatione opus est. Constat enim nomen *ἄνθρωπος* ex iis esse, quae articulum adiectum habere non soleant, nisi vel *δεικτικῶς* efferenda, vel de certis quibusdam rebus accipienda sunt. Cf. §. 13: *τί δὲ φῦλον ἄλλο ἢ ἄνθρωποι θεοὺς θεραπεύουσι;* III, 12, 5. IV, 1, 2. 3, 7. 4, 6. V. Sauppium ad h. l. Bornemann. ad Sympos. II, 24. p. 79 sq. ad Cyrop. I, 2, 7. ed. Goth. Cf. nos in Gr. T. II. §. 484. not. (Gr. schol. §. 420. not.)

φύσει] „additum est, quia per se *σῶμα* et *ψυχὴ* etiam ut exculta usu et arte possent intelligi." WEISKIUS.

βοὸς ἂν ἔχων σῶμα — ἐδύνατ' ἂν πράττειν] Prius *ἄν* additum est nomini *βοός* ad eam tanquam vocem maioris momenti efferendam. V. Rost. Gr. §. 120. not. 5. Kühner. T. II. §. 458, 2. (Gr. schol. §. 397, 2.) Plura huius particulae *ἄν* repetitionis exempla congesserunt Bornemannus ad Apol. §. 6. et Krügerus ad Anab. III, 1, 6. Ad participium *ἔχων* ex antecedenti plurali *ἄνθρωποι* eliciendum est *ἄνθρωπος*. — Pro vulgato *ἠδύνατ' ἄν* cum A. et F. scripsi *ἐδύνατ' ἄν*. Formae enim cum augmento *ἠ* recentioris magis quam veteris atticismi propriae sunt. Quare, ubi boni, licet pauci, codd. formas cum augmento *ἐ* exhibent, eas apud Xenophontem reliquosque veteris atticismi scriptores recipiendas iudico. Nam librarios, posterioris aetatis formis adsuetos, saepe has veterum Atticorum scriptis importasse facile est ad existimandum. Supra I, 2, 24. in omnibus libris legitur *ἐδυνάσθην* 3. pers. dual. impf.; III, 6, 1. cum A B C D H scribendum puto *ἐδύνατο* pro *ἠδ.*; IV, 2, 33. in omnibus Xenophontis libris legitur *ἠδυνήθη*, quanquam Stobaei cod. A. praebet *ἐδυνήθη*. Apol. §. 26. *ἐδυνάμην* (in omnibus libris). Cf. Bornemannum ad Anab. IV, 5, 11. Popponem in Praefat. ad Cyrop. p. XXXVIII. De Thucydide cf. Popponem Part. I. Vol. 1. p. 226. et Haackium ad II, 2. et Duckerum ad II, 5.; de Lysia Bremium p. 13. V. L.

κατ' ἂν πράττειν ἃ ἐβούλετο, οὔθ' ὅσα χεῖρας ἔχει, ἄφρονα δ' ἐστί, πλέον οὐδὲν ἔχει· σὺ δὲ ἀμφοτέρων τῶν πλείστου ἀξίων τετυχηκὼς οὐκ οἴει σοῦ θεοὺς ἐπιμελεῖσθαι· ἀλλ', ὅταν τί ποιήσωσι, νομιεῖς αὐτοὺς
15 σοῦ φροντίζειν; — Ὅταν πέμπωσιν, ὥσπερ σὺ σοὶ φῂς πέμπειν αὐτούς, συμβούλους, ὅ τι χρὴ ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν. — Ὅταν δὲ Ἀθηναίοις, ἔφη, πυνθανομένοις τι διὰ μαντικῆς φράζωσιν, οὐ καὶ σοὶ δοκεῖς φράζειν αὐτούς, οὐδ' ὅταν τοῖς Ἕλλησι τέρατα πέμποντες προσημαίνωσιν, οὐδ' ὅταν πᾶσιν ἀνθρώποις; ἀλλὰ μόνον σὲ ἐξαιροῦντες ἐν ἀμελείᾳ κατατί-
16 θενται; Οἴει δ' ἂν τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις δόξαν ἐμφῦσαι, ὡς ἱκανοί εἰσιν εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν, εἰ μὴ δυνατοὶ ἦσαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐξαπατωμένους

ἀμφοτέρων] Iunt. K. L. Voss. 2. Vind. 1. G. ἀμφοτέρου.

§. 15. Ὅταν πέμπωσιν] Schneid. contra codd. Ὅταν μὲν π. — σὺ σοὶ] Hanc optimam scripturam Schneid. e Par. F. laudat. Reliqui omitt. σοί. Schütz. ὥσπερ σοι φῂς. — Dein καὶ σὺ δοκεῖς A. et a pr. m. D. F. Steph. 1.

§. 16. τοὺς ἀνθρώπους] Sic G. H. Ceteri sine articulo. — ὁρᾷς, ὅτι] F. omitt. ὅτι.

ἃ ἐβούλετο] quae vellet. Infra III, 5, 8: εἰ μὲν ἐβουλόμεθα χρημάτων αὐτοὺς ὧν οἱ ἄλλοι εἶχον ἀντιποιεῖσθαι, si vellemus eos sibi vindicare opes, quas alii haberent. V. nos ad Ciceron. Tuscul. I, 5, 9: si solos eos diceres miseros, quibus moriendum esset, neminem tu quidem eorum, qui viverent, exciperes.

ἀμφοτέρων τῶν πλείστου ἀξίων τετυχηκὼς] utrumque (sc. animum et corpus) praestantissimum consequutus.

ὅταν τί ποιήσωσι] quidnam est illud, quod ubi dii fecerint, eos te curare putabis? Sic saepe apud Graecos scriptores enuntiatio secundaria per coniunctionem inducta repente in directam enuntiationem interrogativam transit, ita tamen, ut inchoata structura immutata maneat. Exemplorum nubem coegit Fritzschius in Quaest. Luc. p. 134 — 136. Cf. nos in Gr. T. II. §. 842, 1. (Gr. schol. §. 703.)

§. 15. σὲ ἐξαιροῦντες ἐν ἀμελείᾳ κατατίθενται] Oratio obliqua transit h. l., ut saepe alias, in orationem rectam. Cf. infra III, 5, 14. Cyrop. I, 3, 5. II, 3, 8.

§. 16. εἰ μὴ δυνατοὶ ἦσαν] Scil. εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν.

ἐξαπατωμένους] Scil. τῇ δόξῃ, ὡς οἱ θεοὶ ἱκανοί εἰσιν εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν.

§. 17. Ὦ γαθέ] „Amica compellatio est, quae tum maxime adhiberi solet, quum aliquem leniter admonere volumus. Continet enim plerumque tectam reprehensionem, ut Latinorum o bone. Graeci etiam ὦ βέλτιστε dicunt." Hermann. ad Viger. §. 64. p. 722. Cf. infra III,

τὸν πάντα χρόνον οὐδέποτ' ἂν αἰσθέσθαι; Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τὰ πολυχρονιώτατα καὶ σοφώτατα τῶν ἀνθρωπίνων, πόλεις καὶ ἔθνη, θεοσεβέστατά ἐστι, καὶ αἱ φρονιμώταται ἡλικίαι θεῶν ἐπιμελέστανται; Ὠγαθέ, ἔφη, 17
κατάμαθε, ὅτι καὶ ὁ σὸς νοῦς ἐνὼν τὸ σὸν σῶμα, ὅπως βούλεται, μεταχειρίζεται. Οἴεσθαι οὖν χρὴ καὶ τὴν ἐν παντὶ φρόνησιν τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι, καὶ μὴ τὸ σὸν μὲν ὄμμα δύνασθαι ἐπὶ πολλὰ στάδια ἐξικνεῖσθαι, τὸν δὲ τοῦ θεοῦ ὀφθαλμὸν ἀδύνατον εἶναι ἅμα πάντα ὁρᾶν, μηδὲ τὴν σὴν μὲν ψυχὴν καὶ περὶ τῶν ἐνθάδε καὶ περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Σικελίᾳ δύνασθαι φροντίζειν, τὴν δὲ τοῦ θεοῦ φρόνησιν μὴ ἱκανὴν εἶναι ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι. Ἦν μέντοι, ὥςπερ ἀνθρώπους θεραπεύων 18

§. 17. *τὸ σὸν σῶμα*] A. et Flor. A. *σόν* omitt. — *ἐν παντὶ*] Articulum *τῷ* Hindenb. ante *παντί* addidit e coniectura, ut intelligatur rerum universitas. At non opus est hac coniectura. Neutrum *πᾶν* generaliter accipiendum, ut saepe dicitur *ἐν παντί*, in Allem. Cyrop. I, 6, 27. II, 2, 22. (ubi v. Born.) VII, 5, 61.

7, 9. et II, 3, 16., ubi pari modo atque h. l., quanquam non mutata est persona, *ἔφη* intersertum est, quod in adhortationibus fit, ut auditoris animus ad eas magis attendatur. Cf. II, 7, 10: *μὴ οὖν ὄκνει, ἔφη, κτλ.* III, 4, 12: *μὴ καταφρόνει, ἔφη.* Cf. ad II, 4, 1.

ἐνὼν] Scil. *ἐν τῷ σώματι* (cf. I, 2, 54). Sic saepe ad participium obiectum sequentis verbi supplendum est. Anabas. I, 8, 11: *καλέσας παρεκελεύετο τοῖς Ἕλλησι*, i. e. *κ. τοὺς Ἕλληνας παρεκελεύετο αὐτοῖς*: ubi v. Krügerum.

καὶ μή] Scil. *οἴεσθαι χρή*, quod idem ad sequens *μηδέ* repetendum est. Ceterum observandum est primum *καὶ μή*, non *μηδέ*, deinde *μηδέ*, non *καὶ μή*, positum esse. Causa haec est. Quum enuntiatio quae dicitur positiva cum enuntiatione negativa coniungitur, id apud prosae orationis scriptores per *καὶ οὐ* s. *καὶ μή* fit, apud poetas autem et Herodotum saepe per *οὐδέ* s. *μηδέ*. Cf. supra I, 2, 60. Infra III, 7, 9: *μὴ οὖν ἀποῤῥαθύμει τούτου, ἀλλὰ διατείνου μᾶλλον πρὸς τὸ σαυτῷ προσέχειν καὶ μὴ ἀμέλει κτλ.* ultimo loco positum est *καὶ μή*, quia proxime antecessit sententia positiva: *ἀλλὰ διατείνου κτλ.* V. Grammat. nostr. scholast. §. 621. not., ubi rem distinctius exposui, quam in Gramm. ampliore §. 744. a. et not. 2. Pedestris orationis scriptores Attici voculis *οὐδέ* et *μηδέ* non utuntur, nisi ubi antecedens enuntiatio negativa est.

περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Σικελίᾳ] pro *καὶ περὶ τῶν ἐν Σικ.* V. ad I, 3, 3.

§. 18. *Ἦν μέντοι*] Si profecto, si vero. V. ad I, 3, 10.

γιγνώσκεις τοὺς ἀντιθεραπεύειν ἐθέλοντας, καὶ χαριζόμενος τοὺς ἀντιχαριζομένους, καὶ συμβουλευόμενος καταμανθάνεις τοὺς φρονίμους, οὕτω καὶ τῶν θεῶν πεῖραν λαμβάνῃς θεραπεύων, εἴ τι σοὶ θελήσουσι περὶ τῶν ἀδήλων ἀνθρώποις συμβουλεύειν, γνώσῃ τὸ θεῖον ὅτι τοσοῦτον καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, ὥςθ' ἅμα πάντα ὁρᾶν, καὶ πάντα ἀκούειν, καὶ πανταχοῦ παρεῖ-
19 ναι, καὶ ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι αὐτούς. Ἐμοὶ μὲν ταῦτα λέγων οὐ μόνον τοὺς συνόντας ἐδόκει ποιεῖν, ὁπότε ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὁρῷντο, ἀπέχεσθαι τῶν ἀνοσίων τε καὶ ἀδίκων καὶ αἰσχρῶν, ἀλλὰ καὶ ὁπότε ἐν ἐρημίᾳ εἶεν, ἐπείπερ ἡγήσαιντο μηδὲν ἄν ποτε, ὧν πράττοιεν, θεοὺς διαλαθεῖν.

§. 18. ἐπιμελεῖσθαι αὐτούς] V. adn.

§. 19. Ἐμοὶ μὲν] F. ἐμοὶ μὲν οὖν: quod recep. Schneid. — εἶεν] V. adn.

ἐθέλοντας — θελήσουσι] V. ad I, 2, 9.

γνώσῃ τὸ θεῖον ὅτι —] V. ad I, 2, 13.

ἐπιμελεῖσθαι αὐτούς] Sic legitur vulgo et in Par. A B C E. Ernestius αὐτούς cum Voss. 2. omisit. Pro αὐτούς Voss. 1. Vindob. 2. Par. F. exhibent αὐτό: in quo difficile non est glossatoris manum odorari, qui pronomen αὐτούς antecedenti singulari θεῖον adaptare volebat. At numerus plurativus post nomen τὸ θεῖον, in quo notio τῶν θεῶν latet, ex structura κατὰ σύνεσιν optime sese tuetur. Quod autem post praemissum substantivum ex abundantia quadam subsequitur pronomen αὐτούς, id nihil habet offensionis. Saepe enim Graeci Latinique scriptores vel perspicuitatis causa vel ob maiorem vim antecedentis nominis notionem subsequenti pronomine demonstrativo repetunt. Infra II, 3, 9. Cyrop. I, 3, 15: πειράσομαι τῷ πάππῳ ἀγαθῶν ἱππέων κράτιστος ὢν ἱππεὺς συμμαχεῖν αὐτῷ. V. nos in Gr. T. II. §. 858, 10. Adde quos huius usus explanatores attulit Bornemannus ad Sympos. IV, 63. p. 154. Quare vocabulum αὐτούς uncinis liberavi, quibus a recentioribus editoribus cinctum erat. — De sententia cf. I, 1, 19.

§. 19. ὁπότε — ὁρῷντο] V. ad I, 2, 57: ἐπειδὴ ὁμολογήσαιτο.

εἶεν] Schützius edidit εἴησαν contra codd. Lexic. Seguer. in Bekker. Anecd. Vol. I. p. 95: Εἴησαν: ἀντὶ τοῦ εἶεν. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ. Memoria lapsus videtur Grammaticus; forma enim εἴησαν legitur Anab. I, 1, 5 (ubi v. Bornemann.). Symp. V, 5 (ubi v. eundem). Cyrop. I, 2, 13. VIII, 2, 23. Anab. II, 6, 13 (παρείησαν). Hellen. I, 4, 18. Ibid. II, 1, 1: ὁπόσοι εἴησαν. IV, 3, 18. 5, 8. V, 3, 12. VI, 4, 25. Cf. Poppone m ad Thucyd. I, 9. (P. III. Vol. 1. p. 104), ubi etiam εἴησαν legitur. Altera magis usitata apud Atticos forma εἶεν non minus saepe apud scriptorem nostrum legitur. Infra IV, 6, 10. Anab. IV, 6, 2. V, 9, 13. VII, 4, 12. Hellen. V, 1, 20. 2, 9. VI, 1, 7. etc.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Temperantia (ἐγκράτεια, Selbstbeherrschung) his rationibus commendatur:

Temperantia si quis est destitutus, is neque sibi neque aliis potest esse utilis (§. 1—3), neque in familiarium congressione gratus et acceptus erit (§. 4). Temperantia est virtutis quasi fundamentum atque idcirco ante omnia animus ea est imbuendus (§. 4). Nam sine ea nihil gnaviter et strenue disci exercerique potest (§. 5). Socrates non solum verbis commendavit hanc virtutem, sed ipse in omnibus et dictis et factis temperantissime sese gessit (§. 6). — De temperantia etiam in libr. II. cap. 1. et libr. IV. cap. 5. Socrates disputans inducitur, et quidem multo fusius et subtilius.

Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐγκράτεια καλόν τε κἀγαθὸν ἀνδρὶ 1
κτῆμά ἐστιν, ἐπισκεψώμεθα, εἴ τι προὐβίβαζε λέγων εἰς αὐτὴν τοιάδε· Ὦ ἄνδρες, εἰ, πολέμου ἡμῖν γενομένου, βουλοίμεθα ἑλέσθαι ἄνδρα, ὑφ' οὗ μάλιστ' ἂν αὐτοὶ μὲν σωζοίμεθα, τοὺς δὲ πολεμίους χειροίμεθα, ἆρ' ὅντιν' ἂν αἰσθανοίμεθα ἧττω γαστρὸς ἢ

Cap. V. §. 1. καὶ ἐγκράτεια] Par. C. omitt. καί. — Deinde F. habet καλὸν καὶ ἀγαθόν. — αὐτὴν] Ern. c. Stob. Par. 1. Vat. 1. et Steph. sec. ταύτην. — ἑλέσθαι ἄνδρα] F. ἄ. ἑ. — ὅντιν' ἂν αἰσθανοίμεθα] V. adn.

Cap. V. §. 1. Εἰ δὲ δὴ] Δή particula, quae Latino iam respondet, coniunctionibus, ut εἰ, ἐπεί, ὡς, adiuncta indicat rem, de qua agitur, esse notam et extra omne dubium positam, ut εἰ δή per si iam, wenn nun einmal, ἐπειδή per quoniam (i. e. quum iam), da einmal, ὡς δή per quandoquidem, da ja verti possit. I, 6, 9: ἐὰν δὲ δὴ φίλους — ὠφελεῖν δέῃ, wenn es nun einmal Pflicht ist. II, 6, 20. V. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 259 sq. Cf. nos in Gr. T. II. §. 691. p. 387. (Gr. schol. §. 591. B.) Ceterum et ad h. l. et ad Symp. IV, 18. recte Herbstius observavit saepe ab Atticis sententiam minime dubiam ὑποθετικῶς efferri, ut εἰ eandem fere habeat vim, quam ἐπειδή, quoniam, coll. Hier. IX, 9. Agesil. VII, 4. X, 2. Hier. II, 7. Adde infra IV, 3, 12. Cf. Bornemannum ad Conviv. IV, 3. p. 101. Idem usus est nostri wenn. Sic εἴγε pro ἐπεί γε dicitur.

προὐβίβαζε] V. ad I, 2, 17.

ὅντιν' ἂν αἰσθανοίμεθα ἧττω] Post verba sentiendi

οἶνον ἢ ἀφροδισίων ἢ πόνου ἢ ὕπνου, τοῦτον ἂν αἱρούμεθα; καὶ πῶς ἂν οἰηθείημεν τὸν τοιοῦτον ἢ ἡμᾶς
2 σῶσαι, ἢ τοὺς πολεμίους κρατῆσαι; Εἰ δ' ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου γενόμενοι βουλοίμεθά τῳ ἐπιτρέψαι ἢ παῖδας ἄῤῥενας παιδεῦσαι, ἢ θυγατέρας παρθένους διαφυλάξαι, ἢ χρήματα διασῶσαι, ἆρ' ἀξιόπιστον εἰς ταῦτα ἡγησόμεθα τὸν ἀκρατῆ; δούλῳ δ' ἀκρατεῖ ἐπι-

τοῦτον ἂν αἱροίμεθα] Particulam ἄν optime intersexit F. Cf. §. 2: ἆρ' ἡγησαίμεθ' ἄν. — τοὺς πολεμίους] Par. B. C. τῶν πολεμίων. V. adn.

§. 2. ἡγησόμεθα] Zeun. e Stobaeo ἡγησαίμεθ' ἄν. — Morus coniecit ἡγησοίμεθα. — ταμιεῖα] Aliae edd. vett. Voss. 2. F. ταμεῖα. V. Passov. Lex. s. v. — ἐπίστασιν] Zeun. e Stob. cum Brodaeo correxit ἐπιστασίαν. Lobeck. ad

et declarandi saepe adiectivo vel substantivo non additur participium ὤν. V. nos in Gr. T. II. §. 656, 3. — Par. AKL exhibent: ὅντινα ἂν αἰσθανώμεθα. Perperam. Optativus cum ἄν in enuntiatione relativa pari modo explicandus est atque in enuntiatione conditionali: εἴ τινα ἂν αἰσθανοίμεθα, ita quidem, ut hoc ἄν ad conditionem suppressam, ut εἰ τύχοι, si quid accidat, referendum sit. V. nos in Gr. T. II. §. 798. (Gr. schol. §. 662, 3.) Aliter res sese habet I, 2, 6.

ἧττω γαστρὸς κτλ.] Vide Matthiae. T. II. §. 361. a. Rost. §. 108. p. 515. Kühner. T. II. §. 539. Infra IV, 5, 11: ἀνδρὶ ἥττονι τῶν διὰ τοῦ σώματος ἡδονῶν, ut etiam Latini dicunt inferior voluptatibus. In voce πόνου haeret Schneiderus, ut quae cum dissimilibus rebus γαστρός, οἴνου, ἀφροδισίων, ὕπνου, quae voluptate alliciant, copulata sit. At cf. II, 1, 1. Nostro loco πόνος et ὕπνος sibi invicem opponuntur; ἧσσων πόνου est is, qui inferior est labore, qui labori succumbit.

τοὺς πολεμίους κρατῆσαι] gravius est quam τῶν πολεμίων κρ., quod est vincere hostes, quum alterum significet subigere hostes. Infra IV, 5, 10. legendum est ἐχθροὺς κρατήσειεν pro ἐχθρῶν. Vide Matthiae. T. II. §. 360. b. Rost. §. 108. not. 4. Kühner. T. II. §. 538. not. 2. (Gr. schol. §. 466. not.)

§. 2. ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου] V. ad I, 4, 12. τοῦ ἔτους χρόνου.

θυγατέρας παρθένους] Herbstius comparat Cyrop. IV, 6, 9: ἔστι δέ μοι, ἔφη, καὶ θυγάτηρ παρθένος, ἀγαπητή, γάμου ἤδη ὡραία.

ἡγησόμεθα] De indicativo in apodosi posito post εἰ cum optativo v. nos in Gr. T. II. §. 819. (Gr. schol. §. 681.)

ἔργων ἐπίστασιν] Verbum ἔργον, ut Latinorum opus, saepe de agricultura, de opere rustico dicitur. Sic apud Latinos opus facere pro agrum colere. V. Ruhnkenium ad Terent. Eun. II, 1, 14.

τοιοῦτον] Zeunius, Bornemannus aliique e Stobaeo et Athenaeo articulum addiderunt: τὸν τοιοῦτον. Fraudi erat viris doctis §. 1., ubi legitur τὸν τοιοῦτον, multique alii loci, in quibus ὁ τοιοῦτος dicitur. At non reputarunt secum huius loci longe aliam esse ra-

τρέψαιμεν ἄν ἢ βοσκήματα ἢ ταμιεῖα ἢ ἔργων ἐπίστασιν; διάκονον δὲ καὶ ἀγοραστὴν τοιοῦτον ἐθελήσαιμεν ἂν προῖκα λαβεῖν; Ἀλλὰ μὴν εἴ γε μηδὲ δοῦλον ἀκρατῆ δεξαίμεθ' ἄν, πῶς οὐκ ἄξιον αὐτόν γε φυλάξασθαι τοιοῦτον γενέσθαι; Καὶ γὰρ οὐχ, ὥσπερ οἱ πλεονέκται τῶν ἄλλων ἀφαιρούμενοι χρήματα ἑαυτοὺς δοκοῦσι πλουτίζειν, οὕτως ὁ ἀκρατὴς τοῖς 3

Phryn. p. 527. sic: ἐπίστασις et ἐπιστασία exiguo quidem et saepe confuso nec tamen plane nullo discrimine discernuntur. De mentis in aliqua re defixae intentione ἐπίστασις, de rerum administratione ἐπιστασία communiter dicitur, raro hoc sensu ἐπίστασις (v. Schaefer. ad Dion. p. 12). — τοιοῦτον] V. adn.

§. 3. αὐτὸν] Alii male αὐτόν. V. adn.

tionem; nam ubi articulus pronomini τοιοῦτος additur, agitur de re vel persona certa quadam, iam commemorata et nota, ut §. 1. §. 5. Cyrop. V, 5, 32: ἀφ' ἂν δύναιο τὸν τοιοῦτον ἄμεμπτον φίλον νομίξειν; h. e. talem, qualis antea descriptus est. Supra 1, 2, 8. 2, 37: καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Saepe etiam de toto genere eorum, qui tales sunt, usurpatur, nunquam autem de aliquo, qui est e genere eorum, qui tales sunt: quod ubi significandum est, articulus omittitur. At hoc loco διάκονον καὶ ἀγοραστὴν τοιοῦτον non aliter dictum est atque antea δούλῳ ἀκρατεῖ. Quare cum Sauppio articulum omisi.

§. 3. εἴ γε μηδὲ δοῦλον ἀκρατῆ δεξαίμεθ' ἄν] si ne servum quidem accipiamus, εἰ οὗτος ἀκρατὴς εἴη, si is intemperans sit. Particula ἄν in enuntiatione conditionali posita referenda est ad conditionem vel disertis verbis expressam, vel in ipsius enuntiationis vocabulo aliquo latentem, ut h. l. in v. ἀκρατῆ, vel cogitatione supplendam. Apolog. §. 18: εἴ γε μὴν — μηδεὶς δύναιτ' ἂν ἐξελέγξαι με ὡς ψεύδομαι. Supra I, 3, 5. IV, 2, 30. εἰ interrogativum cum optativo et ἄν coniunctum est. Multus est in illustranda exemplisque comprobanda hac structura Bornemannus ad Symp. IV, 3. p. 100—103. Cf. Matthiae. Gr. T. II. §. 525. not. 6. Rost. §. 121. not. 8. Kühner. T. II. §. 823, 1. (Gr. schol. §. 684, 1.)

αὐτόν γε] Αὐτός, servis oppositum, significat homines liberos atque ingenuos. Ergo locus sic vertendus: Nonne par est cavere, ne nos ipsi tales (sc. intemperantes) fiamus.

τῶν ἄλλων ἀφαιρούμενοι χρήματα] Rarior verbi ἀφαιρεῖσθαι structura pro ἀφαιρεῖσθαί τινά τι, ut Cyrop. V, 4, 29. VII, 4, 11. Demosth. de Coron. p. 232, 22: συμμαχίαν — ἀφαιρούμενον — τῆς πόλεως. Thuc. III, 58 extr.: θυσίας τὰς πατρίους τῶν εἰσαμένων καὶ κτισάντων ἀφαιρήσεσθε; Rarissima autem huius verbi structura est cum genitivo rei et accusativo personae: tum habet vim arcendi. Sauppius (quem v. ad c. 7, 5.) excitavit de Venat. VI, 4. Apud Lysiam de Invalido §. 6. πρόσοδος δέ μοι οὐκ ἔστιν ἄλλη πλὴν ταύτης, ἧς ἂν ἀφέλησθέ με, genitivus ἧς etiam per attractionem explicari potest. Easdem structuras ad-

μὲν ἄλλοις βλαβερός, ἑαυτῷ δ' ὠφέλιμος, ἀλλὰ κακοῦργος μὲν τῶν ἄλλων, ἑαυτοῦ δὲ πολὺ κακουργότερος, εἴ γε κακουργότατόν ἐστι μὴ μόνον τὸν οἶκον τὸν ἑαυτοῦ φθείρειν, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυ-
4 χήν. Ἐν συνουσίᾳ δὲ τίς ἂν ἡσθείη τῷ τοιούτῳ, ὃν εἰδείη τῷ ὄψῳ τε καὶ τῷ οἴνῳ χαίροντα μᾶλλον ἢ τοῖς φίλοις, καὶ τὰς πόρνας ἀγαπῶντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἑταίρους; Ἆρά γε οὐ χρὴ πάντα ἄνδρα, ἡγησάμενον τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εἶναι κρηπῖδα, ταύτην
5 πρῶτον ἐν τῇ ψυχῇ κατασκευάσασθαι; Τίς γὰρ ἄνευ ταύτης ἢ μάθοι τι ἂν ἀγαθὸν ἢ μελετήσειεν ἀξιολόγως; ἢ τίς οὐκ ἂν ταῖς ἡδοναῖς δουλεύων αἰσχρῶς

§. 5. εὐκτὸν] Schneid. c. Weisk. εὐκτέον correxit, quod recte improbat Born., qui Bast. Ep. crit. p. 217., a Schaefero in Appar. Dem. V. p. 644. laud., attulit. — ἱκετεύειν] Cod.

mittit verbum ἀποστερεῖν. Primum enim frequentissime dicitur ἀποστερεῖν τινά τι; deinde saepissime etiam construitur cum accusativo personae et genitivo rei, ut Cyrop. III, 1, 11: τοὺς δεσπότας ἀποστερεῖν ἑαυτοῦ, dominos sui possessione privare (nam ἑαυτοῦ pro genitivo rei accipiendum est); denique, at raro, abstrahendi vi praeditum construitur cum genitivo personae et accusativo rei, ut de Venat. XII, 8: εἴ τι βούλονται ἐπιτηδεύειν καλῶν, οὐδενὸς ἀποστερεῖ (τὰ κυνηγέσια). Thuc. I, 40: ὅστις, μὴ ἄλλων ἑαυτὸν ἀποστερῶν, ἀσφαλείας δεῖται (proprie aliis se subducens, i. e. alios se privans, ab aliis desciscens; accusativus ἑαυτόν h. l. pro accusativo rei accipiendum est).

κακοῦργος — τῶν ἄλλων] Κακοῦργος h. l. vim et structuram substantivi assumsit.

§. 4. Ἆρά γε οὐ] V. adnotata in I, 3, 11. Particula γέ interrogativo ἆρα additum indicat orationem vel praetermissis vel enumeratis aliis rebus tandem descendere ad ultimam atque extremam rem, quae tanquam certissima ac firmissima ponitur. Verti potest per nostrum: am Ende, ja gewiſs. V. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 377. Cf. infr. III, 2, 1: ἆρά γε ὅτι — τὸν στρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι δεῖ —; ja gewiſs, nach Uebergehung anderer Gründe aus dem Grunde, weil. Ibid. §. 2. III, 8, 3: Ἆρά γε — ἐρωτᾷς με; am Ende, ja gewiſs fragst du mich?

κρηπῖδα] Pindar. Pyth. IV, 138 (Boeckh.): βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων, fundamenta ponebat sapientis sermonis. Ibid. VII, 3: κρηπῖδ' ἀοιδᾶν ἵπποισι βαλέσθαι. Fragm. nr. 93. de pugna ad Artemisium commissa: ὅθι παῖδες Ἀθαναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας. Ceterum de temperantiae apud veteres philosophos vi et natura confer quae ad Ciceron. Tuscul. IV, 13, 30 (p. 315 ed. II.) composuimus. Etiam infra II, 1. de temperantia tanquam omnis virtutis fundamento disputatur.

§. 5. διατεθείη καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν] constitutus et corpore et animo. De

διατεθείη καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν; Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, νὴ τὴν Ἥραν, ἐλευθέρῳ μὲν ἀνδρὶ εὐκτὸν εἶναι μὴ τυχεῖν δούλου τοιούτου, δουλεύοντα δὲ ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς ἱκετεύειν τοὺς θεοὺς δεσποτῶν ἀγαθῶν τυχεῖν· οὕτως γὰρ ἂν μόνως ὁ τοιοῦτος σωθείη. Τοιαῦτα δὲ λέγων ἔτι ἐγκρατέστερον τοῖς ἔργοις ἢ 6
τοῖς λόγοις ἑαυτὸν ἐπεδείκνυεν· οὐ γὰρ μόνον τῶν διὰ τοῦ σώματος ἡδονῶν ἐκράτει, ἀλλὰ καὶ τῆς διὰ τῶν χρημάτων, νομίζων τὸν παρὰ τοῦ τυχόντος χρήματα λαμβάνοντα δεσπότην ἑαυτοῦ καθιστάναι, καὶ δουλεύειν δουλείαν οὐδεμιᾶς ἧττον αἰσχράν.

Voss. δεῖν addit. V. adn. — Flor. E. Par. D. δουλεύοντι habent. — οὕτως γὰρ] Sic Iunt. Ald. Par. ed. B C D F pro vulg. οὕτω γάρ. V. adn. in I, 3, 1. — μόνως] Nonnulli μόνον.

accusativo cum passivo coniuncto v. Gr. nostr. T. II. §. 565, 1. (Gr. schol. §. 490, 1.)

Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ] De μέν quod dicitur solitario v. ad I, 1, 1.

νὴ τὴν Ἥραν] Haec iurandi formula, quae alias usurpari solet a mulieribus, Socrati admodum familiaris erat. Cf. Oecon. X, 1. et infra III, 10, 9. 11, 5. IV, 2, 9. 4, 8. Plat. Phaedr. p. 230. B. De Platone v. Stallbaum. ad Hipp. Mai. p. 291. E.

δουλεύοντα δὲ — ἱκετεύειν] Saepe adiectivorum verbalium structura transit in infinitivum. De Re Equ. III, 7. primum dicitur λητπτέον πεῖραν, dein πεῖραν λαμβάνειν. V. nos in Gr. T. II. §. 587. not. 4. (Gr. schol. §. 511. not. 2.) Participium δουλεύοντα opponitur verbis ἐλευθέρῳ ἀνδρί. Sententia huius loci est haec: Ut libero homini precandum est, ut servum intemperantem non nanciscatur; ita ei, qui voluptatibus servit, earumque quasi servum praebet, dii sunt obsecrandi, ut dominos bonos nanciscatur. Herbstius per ἀγαθοὺς δεσπότας intelligit virtutes, nisus eiusmodi locis, in quibus vitia δεσπόται vel δέσποιναι appellantur, ut infra IV, 5, 5. Oecon. I, 22. Sed quum vitia, libidines, malae cupiditates, nunquam autem virtutes δεσπόται vel δέσποιναι appellentur, neque dicatur δουλεύειν τῇ ἀρετῇ; porro verba τυχεῖν δούλου τοιούτου proprie intelligenda sint: equidem cum Weiskio et Finckhio (in Iahnii Annal. phil. 1828. p. 294), qui apte comparant Oecon. I, 23: πολέμιοι μὲν οὖν ἤδη ὅταν καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες καταδουλώσωνταί τινας, πολλοὺς ἤδη βελτίους ἠνάγκασαν εἶναι σωφρονίσαντες καὶ ᾧᾧον βιοτεύειν τὸν λοιπὸν χρόνον ἐποίησαν, verba ἀγαθοὺς δεσπότας propria sententia intelligenda censeo de iis dominis, qui bono exemplo, sanis praeceptis, sapienti denique ductu salutarem in eos, qui sibi subiecti sunt, vim exercent. Idem Finckhius addit: „Daſs δουλεύοντα ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς von einer uneigentlichen Knechtschaft zu verstehen ist, macht Nichts zur Sache; auch ἐλεύθερος kann ja hier nicht anders er-

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Hoc caput complectitur tria Socratis cum Antiphonte sophista colloquia.

I. Antiphonti, quum Socratis philosophiam, e qua nullus ad eum beatioris vitae fructus redundaret, irrisurus ei victus cultusque tenuitatem atque omnium rerum egestatem obiiceret (§. 1. 2), diceretque eum, quia doctrinae suae mercedem non acciperet, discipulis suis, si exemplum suum sequerentur, non beatae, sed miserae vitae magistrum esse (§. 3), is haec fere respondit:

1) Si quis doctrinam suam aliis gratis impertit, is non cum quibuscunque hominibus ad mercedem sibi comparandam colloquia instituere cogitur, sed cum iis tantum colloquetur, quibuscum libuerit (§. 4. 5).

2) Victus tenuis non solum salubrior est et parabilior, quam opulentus, sed sapienti etiam iucundior (§. 5). Vestitus autem simplex semperque idem corpus contra frigus caloremque et viarum asperitatem durat (§. 6. 7).

3. Non ventri, neque somno libidinibusque dedet se is, cuius animus imbutus est rebus, quae non solum, dum utitur iis, sed etiam, quia perpetuae utilitatis spem praebent, laetitiam ei afferunt. Nam si homines, quum vident negotia sua, ut agriculturam, navigationem, alia, bene procedere, laetantur et felices sese praedicant: multo maior tibi efflorescet voluptas, si et te ipsum meliorem fieri et alios, quos tibi amicos comparaveris, per te meliores reddi tibi persuaseris (§. 8. 9).

4. Officia amicis et civitati debita multo facilius explebit is, qui paucis contentus est, quam is, qui, nisi magnis sumptibus, vitam sustentare non potest (§. 9).

klärt werden als von dem, der in Wahrheit frei ist, der nicht blofs keinen sichtbaren, sondern auch keinen unsichtbaren δεσπότης hat. Dieser hat Nichts zu wünschen, als dafs auch seine Sklaven ihm allein dienen; wer aber einen unsichtbaren δεσπότης hat, dem wäre besser, er hätte auch einen sichtbaren."

§. 6. δεσπότην ἑαυτοῦ] Cf. I, 2, 6.

οὐδεμιᾶς ἧττον αἰσχρᾶν] Sic Graeci loqui solent pro: οὐχ ἧττον αἰσχρὰν ἢ ἄλλην τινά. Infra III, 5, 18. IV, 2, 12. De Vectig. I, 1: (οἱ Ἀθηναῖοι) γιγνώσκουσι μὲν τὸ δίκαιον οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Scilicet, ubi in enuntiatione negativa res in comparationem vocata pronomine indefinito τὶς s. ἄλλος τις declaranda erat, negatio cum pronomine in negativum pronomen οὐδείς coalescit, hoc autem in genitivo positum comparativo praemittitur. V. nos in Gr. T. II. §. 588. not. 3.

5. Non in luxu et magnificentia posita est vita beata, sed, ut quisque paucissimis indiget, ita proxime ad divinitatem accedit (§. 10).

II. Eidem Antiphonti, quum diceret Socratem iustum quidem se habere, sed sapientem nequaquam, quia nullam doctrinae suae mercedem acciperet, atque adeo ipse suam doctrinam nullo pretio dignam iudicaret (§. 11. 12), haec opponit: qui sapientiam suam cuivis pro mercede vendat, eum sapientiam commaculare; qui autem, si quem bona natura praeditum cognorit, eum sapientia sua imbuat amicumque sibi conciliet, eum boni civis officia explere (§. 13), et tam ex amicorum bonorum consuetudine, quam ex eorum ad virtutem progressione plus voluptatis capere, quam e mercede (§. 14).

III. Eidem denique e Socrate quaerenti, quomodo aliis se rei publicae regendae artem tradere crederet, ipse autem rem publicam non curaret, respondit eum, cui curae esset, ut quam plurimi rei publicae administrandae arte instituerentur, rei publicae plus providere, quam si solus in gerenda re publica versaretur (§. 15).

Ἄξιον δ' αὐτοῦ καὶ ἃ πρὸς Ἀντιφῶντα τὸν σο- 1
φιστὴν διελέχθη μὴ παραλιπεῖν· ὁ γὰρ Ἀντιφῶν ποτε
βουλόμενος τοὺς συνουσιαστὰς αὐτοῦ παρελέσθαι,
προσελθὼν τῷ Σωκράτει, παρόντων αὐτῶν, ἔλεξε τάδε·

Cap. VI. §. 1. *τοὺς συνουσιαστὰς*] Sic ed. Par., eademque lectio delitescit in lunt. et Ald. *τοὺς συνουσίας τάς* et in Par. H. *τὰς συνουσιαστάς*. — Voss. l. *τὰς συνουσίας αὐτοῦ*.

Cap. VI. §. 1. *Ἄξιον δὲ αὐτοῦ*] Quasi dictum sit *ἄξιον αὐτοῦ πρὸς Ἀντιφῶντα λόγους μὴ παραλιπεῖν*. Plat. Rep. IV. p. 439. B: *τοῦ τοξότου οὐ καλῶς ἔχει λέγειν ὅτι αὐτοῦ ἅμα αἱ χεῖρες τὸ τόξον ἀπωθοῦνταί τε καὶ προσέλκονται κτλ.* V. nos in Gr. T. II. §. 528. f. p. 184. (Gr. schol. §. 456. not. 1.)

Ἀντιφῶντα] V. Cobetum in Prosop. p. 38.

τῷ Σωκράτει] Exspectamus *αὐτῷ*, quum modo praecesserit *αὐτοῦ*; sed frequens est post praegressum pronomen vel substantivum substantivi repetitio, praesertim ubi plura pronomina, uti h. l. *αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτῶν*, concurrerent. Cf. II, 5, 4: *τοῖς φίλοις —, ἵνα ἧττον αὐτὸν οἱ φίλοι προδιδῶσιν*. Hipparch. IX, 9: *εἰκὸς δὲ μᾶλλον ἐθέλειν αὐτοὺς* (sc. *τοὺς θεοὺς*) *συμβουλεύειν τούτοις, οἷς ἂν — καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις θεραπεύωσι — τοὺς θεούς*. Imprimis nomina propria vel accuratissimi scriptores saepe repetunt, ubi pronomina usurpanda erant. Anab. I, 9, 15: *πολλὴ ἦν ἀφθονία αὐτῷ* (sc. *Κύρῳ*) *τῶν ἐθελόντων κινδυνεύειν, ὅπου τις οἴοιτο Κῦρον αἰσθήσεσθαι*. 31. Lycurg. contra Leocrat. 87. p. 220: *παροξυνθέντα*

2 Ὦ Σώκρατες, ἐγὼ μὲν ᾤμην τοὺς φιλοσοφοῦντας εὐδαιμονεστέρους χρῆναι γίγνεσθαι, σὺ δέ μοι δοκεῖς τἀναντία τῆς φιλοσοφίας ἀπολελαυκέναι· ζῇς γοῦν οὕτως, ὡς οὐδ' ἂν εἷς δοῦλος ὑπὸ δεσπότῃ διαιτώμενος μείνειε, σιτία τε σιτῇ καὶ ποτὰ πίνεις τὰ φαυλότατα, καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων
3 διατελεῖς. Καὶ μὴν χρήματά γε οὐ λαμβάνεις, ἃ καὶ

§. 2. φιλοσοφίας] Sic Par. ADF pro σοφίας. — δεσπότῃ] Par. F. δεσπότου. Dativus optime sese habet. V. nos in Gramm. T. II. §. 617. — μείνειε] Valck. malebat ὑπομείνειε; sed recte monet Zeun. μένειν verbo ἀποδιδράσκειν opponi. — σιτία] Born. praeeunte MS. F. edidit σῖτα, nulla co-

τῷ Κόδρῳ καὶ νομίσαντα πτωχὸν εἶναι, σπασάμενον τὸ ξίφος ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον. Vide Krügerum ad Anabas. I, 3, 14. Iosephum Strangium III. Supplem. III. Fasc. Lips. Diar. 1834. p. 568.

§. 2. τἀναντία τῆς φιλοσοφίας ἀπολελαυκέναι] contrarium fructum e sapientiae studio percepisse. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 327. not. Rost. §. 108. not. 10. p. 520. Kühner. T. II. §. 526. not. 4. (Gr. schol. §. 454. not. 3.) Infra IV, 3, 10. Cf. adnot. ad IV, 5, 10.

ζῇς γοῦν] Particula γοῦν, ex argumentativo γέ et restrictivo οὖν composita, confirmandi argumentandique vim cum restrictione significat, usurpaturque, ubi, quum universa sententia prolata est, ea deinde ad singulare argumentum exemplumve revocetur, quo sententiam illam, si non universam, certe ab hac quidem parte firmissime stare probetur. Cf. §. 11. II, 1, 1. III, 3, 1. 10, 1. IV, 3, 10. Symp. II, 5.

οὐδ' ἂν εἷς] gravius dictum quam οὐδεὶς ἄν. Infra II, 6, 4. 7, 14: οὐδ' ὑφ' ἑνὸς ἀδικούμενοι. III, 5, 21. IV, 2, 22. 3, 15: οὐδ' ἂν εἷς ποτε ἀνθρώπων. 4, 10. 6, 9. Cf. Herbstium ad Symp. III, 4. Krügerum ad Anab. III, 1, 3. Popponem ad Cyr. II, 1, 21. Bornemannum ad eundem locum p. 123. ed. Goth. Sic apud Latinos non ullus fortius dicitur pro nullus. V. nos ad Cicer. Tuscul. I, 39, 94. in Var. Lectt.

ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος] Οὐ μόνον —, ἀλλά, ut Latinorum non modo —, sed, medium tenent inter οὐκ —, ἀλλά (non —, sed) et inter οὐ μόνον —, ἀλλὰ καί (non modo —, sed etiam). Nam uti οὐκ —, ἀλλά (non —, sed) usurpantur, ubi prior notio tota tollitur, et in eius locum posterior notio substituitur, ita quidem, ut posterior priorem excludat; οὐ μόνον —, ἀλλὰ καί (non modo —, sed etiam), ubi prior non per se, sed, quatenus sola est, negatur, et posterior simul iuxta priorem locum habet: ita οὐ μόνον —, ἀλλά (non modo —, sed) usurpantur, ubi posterior notio, ut maior, vel gravior, vel latior, in prioris notionis locum substituitur quidem, sed prior non plane tollitur: unde necessario

κτωμένους εὐφραίνει καὶ κεκτημένους ἐλευθεριώτερόν τε καὶ ἥδιον ποιεῖ ζῆν. Εἰ οὖν, ὥςπερ καὶ τῶν ἄλλων ἔργων οἱ διδάσκαλοι τοὺς μαθητὰς μιμητὰς ἑαυτῶν ἀποδεικνύουσιν, οὕτω καὶ σὺ τοὺς συνόντας διαθήσεις, νόμιζε κακοδαιμονίας διδάσκαλος εἶναι. Καὶ 4
ὁ Σωκράτης πρὸς ταῦτα εἶπε· Δοκεῖς μοι, ἔφη, ὦ Ἀντιφῶν, ὑπειληφέναι με οὕτως ἀνιαρῶς ζῆν, ὥςτε πέπεισμαί σε μᾶλλον ἀποθανεῖν ἂν ἐλέσθαι ἢ ζῆν ὥς-

gente necessitate. V. Krüger. et Bornem. ad Anab. VII, 1, 33. Persaepe haec vocabula in codd. confunduntur. Cf. II, 1, 24.

§. 3. *ὥςπερ καὶ τῶν ἄλλων*] Edd. pr. et E. omitt. *καί*. V. ad I, 1, 6.

§. 4. *ἔφη*] V. adn.

consequitur, ut posterior notio priorem subsumptam sibi habeat. V. C. E. Putschium in Annal. Darmst. 1837. p. 563. Non satis distincte hunc usum in Gr. T. II. §. 730, 1. explicavi. Isocratis exempla collegit Bremius in Excursu IX. ad Isocr. ed. Goth. p. 212 sq. Adde Stallbaumium ad Plat. Symp. p. 206. A. in V. L. Maetznerum ad Antiph. Or. I. §. 3. p. 111 (p. 129). Rariora sunt exempla, quale Plat. Symp. p. 219. E: *οὐ μόνον ἐμοῦ περιῆν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων*, ubi *καί* sine dubio per negligentiam quandam additum est.

ἀνυποδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς] De Socratis *ἀνυποδησίᾳ* v. Forster. ad Plat. Phaedon. p. 64. D. interpretes ad Aristoph. Nubb. 103. 362. et ad Plat. Phaedr. p. 229. A. — *ἀχίτων* „non ita accipiendum, quasi nudum corpus velarint pallio, sed quod interulam tantum tunicam habebant (*ὑπενδύτην*), non autem superariam (*ἐπενδύτην*), quam *κατ' ἐξοχὴν* tunicam vocarunt veteres, et qui eam non habebant, *ἀχίτωνας*, ut docuit multis Salmas. ad Tertullian. de pallio p. 70 sq. 410 sq." Ernestius. — De v. *διατελεῖς* sine participio *ὤν* v. nos in Gr. T. II. §. 664. not. 1. Cf. Xen. Agesil. VI, 8. X, 4. *ἀήττητος διετέλεσεν*. Hellen. VI, 3, 10. VII, 3, 1. Cyrop. I, 5, 10. De Rep. Laced. XV, 1. De Vectig. V, 2. Pari modo *διαγίγνεσθαι*, ut Cyrop. I, 2, 15. Infra II, 8, 5. Etiam *τυγχάνειν*, ut Hellen. IV, 3, 3. 8, 29. Adde Lobeckium ad Phryn. p. 277. C. E. Chr. Schneiderum ad Plat. Civit. II. p. 369. B. (Vol. I. p. 151). Poppone m ad Thuc. Part. III. Vol. 1. p. 256.

§. 3. *Καὶ μὴν — γέ*] V. ad I, 4, 12.

διαθήσεις] ea opinione imbues, ut te imitantes eandem victus tenuitatem sequantur. Cf. IV, 2, 40.

§. 4. *εἶπε· Δοκεῖς μοι, ἔφη*] Verbum *ἔφη* edd. pr. et Par. 8. omittunt; sed non est simile veri illud in aliis codd. additum esse ab aliena manu. Graeci saepe verbum *ἔφη* orationi inserunt, etiamsi verbum dicendi antecesserit. Symp. I, 15: *Καὶ ὃς ἀναστενάξας εἶπε· Ναὶ μὰ Δί', ἔφη*. Oecon. IV, 42. Plat. Symp. p. 202. C: *Κἀγὼ εἶπον· Πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις;* Cf. Cyrop. III, 1, 14. et Frotsche-

περ ἐγώ. Ἴθι οὖν ἐπισκεψώμεθα, τί χαλεπὸν ἦσθησαι τοὐμοῦ βίου. Πότερον, ὅτι τοῖς μὲν λαμβάνουσιν ἀργύριον ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀπεργάζεσθαι τοῦτο, ἐφ' ᾧ ἂν μισθὸν λαμβάνωσιν, ἐμοὶ δὲ μὴ λαμβάνοντι οὐκ ἀνάγκη διαλέγεσθαι, ᾧ ἂν μὴ βούλωμαι; ἢ τὴν δίαιτάν μου φαυλίζεις, ὡς ἧττον μὲν ὑγιεινὰ ἐσθίοντος ἐμοῦ ἢ σοῦ, ἧττον δὲ ἰσχὺν παρέχοντα; ἢ ὡς χαλεπώτερα πορίσασθαι τὰ ἐμὰ διαιτήματα τῶν σῶν διὰ τὸ σπανιώτερά τε καὶ πολυτελέστερα εἶναι; ἢ ὡς ἡδίω σοὶ ἃ σὺ παρασκενάζῃ ὄντα ἢ ἐμοὶ ἃ ἐγώ;

τοὐμοῦ βίου] Par. A. *τοῦ 'μοῦ βίου*; B.H. *τ' οὐμοῦ βίου*; C. *τοῦ μοῦ*. Vulgo *τοῦ ἐμοῦ*.

§. 5. *διαλέγεσθαι ᾧ ἂν μὴ βούλωμαι*] Cod. Guelf. *διαλέγεσθαι ο ἂν μὴ βούλωμαι*, quod Sauppius non multum abfuit quin reciperet. — *ἃ σύ*] Iunt., Ald. et Par. c. Par. E. F. pr. m. et L. G. dant *ἃ σοί*. Male. — *παρασκενάζῃ*] Sic Steph. Recte. V. Excurs. II. — Edd. pr. *παρασκενάζει*, quod recepit

rum ad Hieron. l. p. 11. Bornemannum ad Symp. l. d. p. 58. et ad Cyrop. I, 3, 6. ed. Goth. Raro autem *ἔφη* repetitur, ut Cyrop. II, 2, 13: *διηγησάμενος ἔφη· Ἦ που ἄν, ἔφη, κτλ.* Ibid. I, 6, 16. lectio dubia est. De Latinis, qui pari modo inquit ex abundantia quadam orationi inserunt, v. nos ad Cicer. Tuscul. V, 36, 105.

τί χαλεπὸν ἦσθησαι τοὐμοῦ βίου] V. ad I, 1, 12. *αὐτῶν ἐσκόπει, πότερα — ἔρχονται.*

§. 5. *Πότερον*] Scil. *χαλεπὸν ἦσθησαι τοῦτο τοῦ ἐμοῦ βίου.*

τοῖς μὲν λαμβάνουσιν—, ἐμοὶ δὲ μὴ λαμβάνοντι] gravius dictum est pro: *ἐκείνοις λαμβάνουσιν ἀργύριον ἀναγκαῖον ὄν, ἐμοὶ μὴ λαμβάνοντι οὐκ ἀνάγκη διαλέγεσθαι.* Saepe enim duae enuntiationes, quarum prior sententiam secundariam, alterius causam continentem, posterior primariam designat, per particulas *μέν* et *δέ* eadem structura inter se copulantur, eo consilio, ut hac oppositione enuntiationis primariae vis ac dignitas in clariore quasi luce collocetur. Luculentum huius usus exemplum legitur infra II, 1, 6., ubi v. adnotata. Adde II, 1. 8. 7, 11. III, 9, 8. IV, 3, 4. V. Herbstium et Sauppium ad h. l. Bornemann. ad Cyrop. I, 1, 4. p. 5. et Poppon em ad Cyrop. II, 2, 5. p. 118. Ludolphum Dissenium ad Demosth. de Coron. §. 97. p. 262: „Haec oppositionis forma nervosior est, quandoquidem nunc non subiicitur altera sententia alteri, sed pari vi ambae ponuntur." et Matthiae. Gr. T. II. §. 622, 4. Kühner. T. II. p. 732. e. Ceterum nonnunquam etiam sine *μέν* hoc modo, sed minus graviter, duae enuntiationes sibi opponuntur, ut infra IV, 2, 6: *θαυμαστὸν γάρ, ἔφη, τί ποτε οἱ βουλόμενοι κιθαρίζειν — τῶν δὲ βουλομένων δυνατῶν γενέσθαι — τὰ πολιτικὰ νομίζουσί τινες ἄνευ παρασκευῆς*

Οὐκ οἶσθ', ὅτι ὁ μὲν ἥδιστα ἐσθίων ἥκιστα ὄψου δεῖται, ὁ δὲ ἥδιστα πίνων ἥκιστα τοῦ μὴ παρόντος ἐπιθυμεῖ ποτοῦ; Τά γε μὴν ἱμάτια οἶσθ' ὅτι οἱ με- 6
ταβαλλόμενοι ψύχους καὶ θάλπους ἕνεκα μεταβάλλονται, καὶ ὑποδήματα ὑποδοῦνται, ὅπως μὴ διὰ τὰ λυποῦντα τοὺς πόδας κωλύωνται πορεύεσθαι· ἤδη οὖν ποτε ἥσθου ἐμὲ ἢ διὰ ψῦχος μᾶλλόν του ἔνδον μένοντα, ἢ διὰ θάλπος μαχόμενόν τῳ περὶ σκιᾶς, ἢ διὰ τὸ ἀλγεῖν τοὺς πόδας οὐ βαδίζοντα, ὅπου ἂν βούλωμαι; Οὐκ οἶσθ', ὅτι οἱ φύσει ἀσθενέστατοι τῷ 7

Schn. et retinuerunt cum Born. recentiores edd. Castal. *παρασκευάζεις*. Ed. Par. *σοὶ παρασκευάζεται*. — *ἐμοὶ ἃ ἐγώ*] Sic vulgatum *ἐμοὶ λέγω* correxit Ern.; haec correctio firmatur a Vat. 1. L. Bessario vertit: mihi quae ego sumo. Flor. E. *ἐμοὶ ἃ λέγω*. Ed. Par. omis. *λέγω*.

§. 6. *ἱμάτια οἶσθ' ὅτι*] Par. F. *ἱμάτια οὐκ οἶσθ' ὅτι*: quod probat Born.

— *δυνατοὶ ταῦτα ποιεῖν ἔσεσθαι*. Multo rariora sunt exempla, in quibus enuntiatio primaria per *μέν* praemittitur, enuntiatio autem secundaria per *δέ* adiungitur, ut supra I, 2, 9.

ὡς — ἐσθίοντος ἐμοῦ] V. ad I, 1, 4. *ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος*. Post praegressum *μου* sequitur *ἐμοῦ* ob oppositionem. De genitivorum qui dicuntur absolutorum structura pro simplici participio usurpata v. nos in Gr. T. II. §. 681. (Gr. schol. §. 587.)

§. 5. *Οὐκοῦν*] Hic et postea Ald. Iunt. *οὐκ οὖν*. V. Exc. III. — *ὥσπερ οἱ μοιχοὶ*] F. omisso *ὥσπερ* habet *καὶ οἱ μοιχοί*: unde Hdrf. coni. *ὥσπερ καὶ οἱ μ.* — *εἰδότες, ὅτι*] F. *ὅτι κίνδυνον εἰδότες τῷ μοιχεύοντι κακόν* (*κακόν* cum B.) *τε καὶ αἰσχρόν, ὄντων δὲ τῶν ἀπολυσόντων*. Unde Schn. tentabat: *καίτοι* [Coraius *καίπερ*] *κίνδυνον εἰδότες ἐπικείμενον τῷ μοιχεύοντι κακόν τε καὶ αἰσχρόν· ὄντων δὲ πολλῶν τῶν ἀπολυσόντων τῆς τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίας ἐν ἀδείᾳ, ὅμως εἰς τ. ἐ. φέρεσθαι, ἆρ' οὐκ ἤδη τοῦτο π. κ. ἐστιν; — ἐπιθυμίας, ὅμως*] Schn. cum uno F. legit *ἐπιθυμίας ἐν ἀδείᾳ, ὅμως*: quod post eum omnes editores receperunt, ego vero exterminandum putavi. Addita videntur esse haec verba a nasuto quodam glossatore, qui verba sequentibus *εἰς τὰ ἐπικίνδυνα φέρεσθαι* opposita desiderabat. Coraius comma post *ἐπιθυμίας* posuit, ut iungerentur *ἐν ἀδείᾳ ὅμως*. Nec hoc placet. —

ἐξιστάμενοι] V. ad I, 3, 12. *τοῦ φρονεῖν ἐξίστησι*.

§. 5. *ταὐτὰ — τοῖς ἀφρονεστάτοις*] V. Rost. §. 105. not. 8. Kühner. T. II. §. 576.

ὥσπερ] veluti, ut his utar, ut exemplum afferam. V. III, 3, 12.

κίνδυνος] Scil. *ἔστι*.

ὁ νόμος ἀπειλεῖ] V. Meierum et Schoemannum in: Der attische Proceſs. Lib. III, 1. p. 327 — 332.

ὄντων δὲ πολλῶν] quum multa etiam sint, quae eos rerum venerearum cupiditate liberare possint. Infra II, 2, 4: *τούτου γε τῶν ἀπολυσόντων μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοί*. Cf. II, 8, 3: *τῷ δεομένῳ τοῦ συνεπιμελησομένου*, indigenti adiutore. III, 8, 2: *δεόμεθα τοῦ παύσοντος*. IV, 4, 5: *πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων*. Ceterum Fr. Portus recte intelligit studium philosophiae et bonarum artium, venationem, alia.

παῖ κακοδαιμονῶντός ἐστιν; — Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη. — Τὸ δὲ εἶναι μὲν τὰς ἀναγκαιοτάτας πλείστας πρά- 6
ξεις τοῖς ἀνθρώποις ἐν ὑπαίθρῳ, οἷον τάς τε πολεμικὰς καὶ τὰς γεωργικὰς καὶ τῶν ἄλλων οὐ τὰς ἐλαχίστας, τοὺς δὲ πολλοὺς ἀχυμνάστως ἔχειν πρός τε ψύχη καὶ θάλπη, οὐ δοκεῖ σοι πολλὴ ἀμέλεια εἶναι; — Συνέφη καὶ τοῦτο. — Οὐκοῦν δοκεῖ σοι τὸν μέλλοντα ἄρχειν ἀσκεῖν δεῖν καὶ ταῦτα εὐπετῶς φέρειν; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Οὐκοῦν, εἰ τοὺς ἐγκρατεῖς τούτων 7
ἁπάντων εἰς τοὺς ἀρχικοὺς τάττομεν, τοὺς ἀδυνάτους ταῦτα ποιεῖν εἰς τοὺς μηδ' ἀντιποιησομένους τοῦ ἄρχειν τάξομεν; — Συνέφη καὶ τοῦτο. — Τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ τούτων ἑκατέρου τοῦ φύλου τὴν τάξιν οἶσθα, ἤδη ποτ' ἐπεσκέψω, εἰς ποτέραν τῶν τάξεων τούτων σαυτὸν δικαίως ἂν τάττοις; — Ἔγωγ', ἔφη ὁ Ἀρί- 8

Deinde vulgo legebatur: *ἐλαύνεται ὅμως εἰς τὰ ἐπικίνδυνα φέρεσθαι*. Schn. verbum *ἐλαύνεται* expunxit, praeeuntibus Par. D. in margine et H. Videtur scilicet hoc verbum interpretamentum esse sequentis *φέρεσθαι*. At *ἐλαύνεται φέρεσθαι* non est ferendum.

§. 6. *τάς τε πολεμικὰς*] F. omitt. *τέ*. — *πρός τε ψύχη καὶ θάλπη*] Sic scripsi cum ACDEFGH. pro vulg. *καὶ πρὸς θάλπη*. V. adn. in I, 3, 3. — *ἀσκεῖν δεῖν*] ABCF. et pr. m. D. *ἀσκ. δεῖ*. Vulgatam recte defendit Born., docens infinitivorum cumulatione non offendi veteres. Cf. infra III, 6, 15. IV, 5, 12. Anab. II, 3, 18.

§. 7. *μηδ' ἀντιποιησομένους*] Vulgo *μηδ' ἀντιποιησαμένους*. Futurum Schn. cum Steph. Leuncl. et Vindob. et optimis codd. dedit. F. habet *οὐδ' ἀντιποιησομένους*: quod recepit Born., ut de re quam minime dubia poneret Socrates. Erravit V. D.; *μηδέ* egregie convenit enuntiationis rationi, praesertim cum negatio cum participio futuri coniuncta sit. — *σαυτὸν δικαίως*] H. *ἑαυτόν*. Male. V. ad I, 4, 9.

ἆρ' οὐκ ἤδη τοῦτο — κακοδαιμονῶντός ἐστιν] ist denn das nicht erst ein rechter Unsinn? De vocula *ἤδη* v. ad §. 14.

§. 6. *Τὸ δὲ εἶναι μὲν — τοὺς δὲ*] H. e. quum plurimae res maxime necessariae hominibus sub dio peragendae sint, tamen multos inexercitatos esse ad frigora et aestus. De hac particularum *μέν* et *δέ* oppositionis vi v. ad I, 6, 5. Cf. §. 8.

ἐν ὑπαίθρῳ] Thomas p. 867. et Phrynichus p. 251. (ed. Lob.): *ὕπαιθρον μὴ λέγε, τὸ δὲ ὑπαίθριον τετρασυλλάβως*: ubi Lobeckius demonstrat hoc praeceptum non esse referendum ad verba *ἐν ὑπαίθρῳ* (*ἐν τῷ ὑπαίθρῳ*), quae nunquam aliter scripta reperiantur. Cf. Schaeferum ad Bosii Ellips. p. 484.

§. 7. *τούτων ἑκατέρου τοῦ φύλου*] utriusque generis horum hominum.

στιππος· καὶ οὐδαμῶς γε τάττω ἐμαυτὸν εἰς τὴν τῶν ἄρχειν βουλομένων τάξιν. Καὶ γὰρ πάνυ μοι δοκεῖ ἄφρονος ἀνθρώπου εἶναι τὸ, μεγάλου [ἔργου] ὄντος τοῦ ἑαυτῷ τὰ δέοντα παρασκευάζειν, μὴ ἀρκεῖν τοῦτο, ἀλλὰ προσαναθέσθαι τὸ καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ὧν δέονται, πορίζειν· καὶ ἑαυτῷ μὲν πολλὰ ὧν βούλεται ἐλλείπειν, τῆς δὲ πόλεως προεστῶτα, ἐὰν μὴ πάντα, ὅσα ἡ πόλις βούλεται, καταπράττῃ, τούτου δίκην ὑπέχειν,
9 τοῦτο πῶς οὐ πολλὴ ἀφροσύνη ἐστί; Καὶ γὰρ ἀξι-

§. 8. ἔργου] Sic Steph. cum K L M.; Iuntinae, Aldina, Paris., Bessario, Brodaei libri, ed. Schütz. et cod. Par. G. omittunt hoc verbum. Ac sane glossatori deberi videtur. Quare uncinis cinxi.

§. 8. μὴ ἀρκεῖν τοῦτο] Scil. αὐτῷ. Saepe verbum ἀρκεῖν, sufficere, sine dativo personae dictum reperitur, ut II, 2, 6. IV, 4, 9: ἀρκεῖ γὰρ, ὅτι τῶν ἄλλων καταγελᾷς, satis enim est, quod alios rides. Ceterum facile quispiam exspectaverit μὴ ἀρκεῖσθαι τούτῳ, ἀλλὰ προσαναθέσθαι, non in hoc acquiescere, sed etiam sibi adiungere, ut etiam ceteris civibus ea suppeditet, quibus indigeant. Sed nihil frequentius est apud Graecos scriptores, quam enuntiationis obiectum in sequenti enuntiatione derepente subiectum fieri, et quidem ita, ut ne pronomine quidem indicetur. V. nos in Gr. T. II. §. 852. a. Cf. Thuc. I, 45. 51. II, 65: ὅσον χρόνον προὔστη (ὁ Περικλῆς) τῆς πόλεως —, ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτήν, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐκείνου μεγίστη, et quae contulerunt Stallbaumius ad Platon. Protag. p. 320. AB. de Rep. II. p. 360. A. Gorg. p. 510. B. et Ios. Strangius in Lips. Diar. Suppl. 1836. p. 375.

πολλὰ ὧν βούλεται ἐλλείπειν] Subiectum ad v. βούλεται ex antecedentibus verbis ἄφρονος ἀνθρώπου repetendum est. Ἐλλείπειν τι ἑαυτῷ est sibi denegare.

§. 9. ἐγώ τε — αἵ τε πόλεις] De duplici τε v. ad I, 1, 14.

ἄφθονα τὰ ἐπιτήδεια παρασκευάζειν] H. e. τὰ ἐπιτήδεια παρασκευάζειν, ὥστε αὐτὰ ἄφθονα εἶναι. Ἄφθονα igitur non attributive, sed praedicative positum est, uti clare demonstrat collocatio articuli τά. V. ad I, 4, 13.

πολλὰ πράγματα ἔχειν αὐτοῖς τε καὶ ἄλλοις παρέχειν] Haec est lectio omnium librorum auctoritate suffulta, quam Reiskius et Valckenarius ita diffinxerunt, ut pro αὐτοῖς substituendum censerent αὐτούς. Morus, expuncto verbo παρέχειν, locum sic legendum putabat: πράγματα ἔχειν αὐτοῖς τε καὶ ἄλλοις, „qui multis cupiunt et suis et aliorum negotiis distineri." Langius locum sic mutari vult: πολλὰ πράγματα αὐτούς τε ἔχειν καὶ ἄλλοις παρέχειν: quod probat Gu. Dindorfius, coll. Isocr. de Pace p. 192, 64. Bekk.: τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τ' ἔχομεν καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν, et recepit Bornemannus. Idem Dindorfius prius (in ed. p. VII.) et αὐτοῖς et ἄλλοις abiicienda censuerat. Weiskius verba sic constituit et distinxit: τοὺς μὲν βουλομένους πολλὰ πράγματα ἔχειν, αὐτοῖς δὲ καὶ ἄλλους παρέχειν, vertens: „die gern selbst viel Sorge und Arbeit

οὖσιν αἱ πόλεις τοῖς ἄρχουσιν, ὥσπερ ἐγὼ τοῖς οἰκέταις, χρῆσθαι· ἐγώ τε γὰρ ἀξιῶ τοὺς θεράποντας ἐμοὶ μὲν ἄφθονα τὰ ἐπιτήδεια παρασκευάζειν, αὐτοὺς δὲ μηδενὸς τούτων ἅπτεσθαι· αἵ τε πόλεις οἴονται χρῆναι τοὺς ἄρχοντας ἑαυταῖς μὲν ὡς πλεῖστα ἀγαθὰ πορίζειν, αὐτοὺς δὲ πάντων τούτων ἀπέχεσθαι. Ἐγὼ οὖν τοὺς μὲν βουλομένους πολλὰ πράγματα ἔχειν αὐτοῖς τε καὶ ἄλλοις παρέχειν οὕτως ἂν παιδεύσας εἰς τοὺς ἀρχικοὺς καταστήσαιμι· ἐμαυτὸν τοίνυν τάττω εἰς

ἀρκεῖν τοῦτο] F. ἀρκ. τούτῳ. V. adn.
§. 9. ἔχειν αὐτοῖς] V. adn. — ἐμαυτὸν τοίνυν] V. adn.

übernehmen und von Andern aufgebürdet haben wollen." Fortasse Xenophontem scripsisse addit: ἔχειν αὐτούς, αὐτοῖς δὲ κτλ. Utraque ratio nihil habet, quo commendetur. Nimirum vir doctus concoquere non potest, quî Aristippus inter ἀρχικούς illos referat, qui aliis multa negotia facessere velint. At sententia haec optime sese habet. Nam qui imperii vices sustinet, non solum ipse multos labores et negotia subire debet, sed etiam aliis multa negotia iniungere eosque ad industriam instigare debet. Omnino qui vitam negotiosam et actuosam agunt, etiam aliis negotia facessunt et agendi studium inspirare student. Egregie nostro loco respondent quae apud Thucydid. I, 70. Corinthii de Atheniensibus dicunt: ὥστε εἴ τις αὐτοὺς (Athenienses) ξυνελὼν (i. e. omnia breviter complectens) φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν, μήτε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι. Apte Herbstius in partes vocavit Diog. Laert. X, 139., ubi haec de Epicuri sententia leguntur: τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει: quae verba Cic. N. D. I, 17. sic interpretatur: Quod aeternum beatumque est, id nec habet ipsum negotii quicquam, nec exhibet alteri. Adde Cicer. de Officiis III, 28, 102. De locutionum πράγματα ἔχειν et πράγματα παρέχειν oppositione cf. Hellen. IV, 5, 19: πράγματα εἶχόν τε καὶ παρεῖχον τοῖς ἐν τῷ ἄστει. V, 1, 29: πράγματα δ' ἔχοντες καὶ παρέχοντες. V. Ios. Strangium in Lips. Diar. 1835. p. 569. De sententia igitur nostri loci omnia clara ac perspicua sunt. Ad lectionem quod attinet, equidem, cur invitis omnibus libris quicquam mutetur, nullam idoneam causam video: immo dativo αὐτοῖς oppositionis vis magis efferri videtur, quam si legamus αὐτούς.

ἐμαυτὸν τοίνυν] Inchoatam enuntiationis structuram scriptor mutavit. Ordiebatur enim orationem (τοὺς μὲν βουλομένους κτλ.) sic, ac si scripturus erat: τοὺς δὲ βουλομένους ἡδέως βιοτεύειν εἰς τοὺς ἀρχῆς ἀπεχομένους; omissa autem hac oppositione derepente orationem ad semetipsum refert, particula τοίνυν usus, qua indicatur ex antecedentibus verbis concludi se non esse referendum in numero τῶν ἀρχικῶν. Quibus expositis, clare videtur apparere lectionem codicis F. ἐμαυτὸν μέντοι ieiunam et inficetam

τοὺς βουλομένους ἢ ῥᾷστά τε καὶ ἥδιστα βιοτεύειν. Καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη· Βούλει οὖν καὶ τοῦτο σκεψώμεθα, πότεροι ἥδιον ζῶσιν, οἱ ἄρχοντες, ἢ οἱ ἀρχόμενοι; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Πρῶτον μὲν τοίνυν τῶν ἐθνῶν, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἐν μὲν τῇ Ἀσίᾳ Πέρσαι μὲν ἄρχουσιν, ἄρχονται δὲ Σύροι καὶ Φρύγες καὶ Λυδοί· ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ Σκύθαι μὲν ἄρχουσι, Μαιῶται δὲ ἄρχονται· ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ Καρχηδόνιοι μὲν ἄρχουσι, Λίβυες δὲ ἄρχονται. Τούτων οὖν ποτέρους ἥδιον οἴει ζῆν; ἢ τῶν Ἑλλήνων, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς εἶ, πότεροι

§. 10. *οἱ ἀρχόμενοι*] Sic Vat. 1. Flor. A C D. Par. G. m. sec. L. Vulgo sine articulo.

§. 11. *ἔγωγέ τοι*] Edd. pr. et Par. cum B C E G L. habent *ἔγωγε τοίνυν*. At v. adn. — *εἶναί τίς μοι δοκεῖ*] Sic bene Leuncl. emendavit, et haec emendatio confirmatur Vind. 2. — F. habet *εἶ-*

esse. De vocula *τοίνυν* antecedentem *μέν* excipiente Herbstius apposite contulit Cyrop. I, 1, 2.

§. 10. *Βούλει οὖν καὶ τοῦτο σκεψώμεθα*] V. ad §. 1. De pronomine *τοῦτο* non, ut vulgo, antecedentia, sed sequentia indicante v. ad I, 2, 3.

Πάνυ μὲν οὖν] Scil. *σκεψώμεθα*.

Φρύγες καὶ Λυδοί] Bene Fr. Iacobsius observat de industria ex pluribus contemtissimas gentes appellari, coll. Eurip. Alc. 678: *τίν' αὐχεῖς, πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα Κακοῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν;* — *Σκύθαι*. Cf. Thuc. II, 97. *Μαιῶται*, accolae *λίμνης Μαιώτιδος*, quae erat in Europaea Sarmatia (hodie Assowsches Meer). Cf. Herod. IV, 123.

§. 11. *Ἀλλ' ἔγωγέ τοι*] At ego quidem. Cf. §. 13. De particula *τοί* in responsione usurpata v. adnotata in I, 2, 46.

αὖ] Supra §. 8. dixerat Aristippus: *καὶ οὐδαμῶς γε τάττω ἐμαυτὸν εἰς τὴν τῶν ἄρχειν βουλομένων τάξιν*. Ut ego in ordinem eorum, qui imperare volunt, me non refero; ita contra (*αὖ*) ne servus quidem esse volo. — *εἰς τὴν δουλείαν* pro: *εἰς τὴν τῶν δούλων τάξιν*.

εἶναί τίς μοι δοκεῖ μέση — ὁδός] Non raro pronomen *τὶς* interiectis pluribus verbis a nomine suo divellitur.

οὔτε δι' ἀρχῆς, οὔτε διὰ δουλείας] Scil. *ἄγουσα*, quod *ἀπὸ κοινοῦ* ex sequenti *ἄγει* supplendum est. Infra III, 7, 1: *δυνατώτερον τῶν τὰ πολιτικὰ τότε πραττόντων*, i. e. *δυνατ. τὰ πολιτικὰ πράττειν*. Ingentem huius generis exemplorum nubem coegit C. Gu. Krüger. ad Dionys. historiogr. p. 17 sq. V. nos in Gr. T. II. §. 852, g. Cf. §. 12.

§. 12. *Ἀλλ' εἰ μέντοι*] At si profecto, uti I, 3, 10., ubi v. adnotata. *Μέντοι* igitur hic habet vim confirmativam: wenn wirklich; alterum autem, quod sequitur, *μέντοι* (*εἰ μέντοι*) refertur ad prius *μέντοι* et vim habet adversativam: wenn jedoch, uti alias *μέν* et *μέντοι* sibi invicem respondent. Cf. Schneiderum et Bornemannum ad Cyrop. V, 2, 12. p. 423., qui plura repetiti *μέντοι* exempla collegerunt, sed non satis diligenter discreverunt.

σοι δοκοῦσιν ἥδιον, οἱ κρατοῦντες, ἢ οἱ κρατούμενοι, ζῆν; — Ἀλλ' ἐγώ τοι, ἔφη ὁ Ἀρίστιππος, οὐδὲ εἰς τὴν 11
δουλείαν αὖ ἐμαυτὸν τάττω· ἀλλ' εἶναί τίς μοι δοκεῖ μέση τούτων ὁδός, ἣν πειρῶμαι βαδίζειν, οὔτε δι' ἀρχῆς, οὔτε διὰ δουλείας, ἀλλὰ δι' ἐλευθερίας, ἥπερ μάλιστα πρὸς εὐδαιμονίαν ἄγει. — Ἀλλ' εἰ μέντοι, ἔφη ὁ 12
Σωκράτης, ὥσπερ οὔτε δι' ἀρχῆς οὔτε διὰ δουλείας ἡ ὁδὸς αὕτη φέρει, οὕτως μηδὲ δι' ἀνθρώπων, ἴσως ἄν τι λέγοις· εἰ μέντοι ἐν ἀνθρώποις ὢν μήτε ἄρχειν ἀξιώσεις μήτε ἄρχεσθαι, μήτε τοὺς ἄρχοντας ἐκὼν θερα-

ναι, sed e correct.; δοκεῖ habet Iunt. — Edd. pr. et Par. A B C D E G H. ἵνα τίς μοι δοκῇ. Etiam F. habet δοκῇ.

§. 12. οὕτως μηδὲ] Sic Iunt. ed. Par. cum B C D E G H. pro οὕτω μηδέ. V. ad I, 3, 1. — ἀξιώσεις — θεραπεύσεις] V. adn.

δι' ἀνθρώπων] Scil. φέροι, quod ἀπὸ κοινοῦ ex antecedenti φέρει repetendum est. V. ad §. 11.

ἴσως ἄν τι λέγοις] H. e. fortasse aliquid, i. e. rem magni momenti, dicas. Plat. Sympos. p. 173. B: οἴεσθέ τι ποιεῖν οὐδὲν ποιοῦντες. Sic apud Latinos aliquid.

εἰ — μήτε ἄρχειν ἀξιώσεις μήτε ἄρχεσθαι, μήτε — θεραπεύσεις] Sic Bornemannus cum aliis scripsit pro ἀξιώσῃς — θεραπεύσῃς, quod habetur in omnibus libris et scriptis et editis, ut servatum est ab Herbstio. Quanquam hanc semper sequendam duco rationem, ut nisi summa urgente necessitate a codicum auctoritate recedendum non esse censeam; tamen h. l. graviores fuerunt causae, quae hanc ut legem migrarem me impulerunt. Primum enim vix ulli apud Atticos pedestris orationis scriptores, qui Xenophontis aetate vixerunt, exagitari possunt loci, in quibus coniunctivus post εἰ particulam illatus codicum auctoritate satis confirmatus sit. Nam loci, qualis hic est, quem nunc tractamus, non multum habent ponderis, quum terminationes σεις et σῃς in codd. saepissime inter se permisceantur et confundantur. Ceterum viri docti de εἰ particulae cum coniunctivo constructione vel admittenda, vel reiicienda vehementer inter se discrepant. V. Hermannum de part. ἄν II, 7. et Opuscul. Vol. I. p. 275 — 281. Schneiderum ad Platon. Civit. T. III. p. 140 sq. Bornemannum ad Anab. III, 1, 36. et ad Cyrop. III, 3, 50. ed. Lips. Goellerum et Popponem ad Thucyd. VI, 21. Posterioris aetatis scriptores, ut Dionysius Hal., Diodorus, Lucianus, Plutarchus, quin hanc structuram satis frequentaverint, in dubium vocari nequit. Cf. not. in Gr. T. II. §. 818. not. 1. Dein indicativus futuri huius loci sententiae multo accommodatior videtur esse quam coniunctivus; nam conditio in futuro tempore posita ut certa et extra dubium collocata designatur, siquidem Aristippus suam ipse sententiam iam exposuit. Ceterum tertium μήτε — θεραπεύσεις offensioni potest esse, quum hic non, ut antea in ἄρχειν et ἄρχεσθαι, duo vocabula sibi invicem opponantur et disiungantur, sed nova enuntiatio negativa adiunga-

πεύσεις, οἶμαί σε ὁρᾶν, ὡς ἐπίστανται οἱ κρείττονες τοὺς ἥττονας καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ κλαίοντας καθιστάν-
13 τες δούλοις χρῆσθαι· ἢ λανθάνουσί σε οἱ ἄλλων σπειράντων καὶ φυτευσάντων τόν τε σῖτον τέμνοντες καὶ δενδροκοποῦντες, καὶ πάντα τρόπον πολιορκοῦντες τοὺς ἥττονας καὶ μὴ θέλοντας θεραπεύειν, ἕως ἂν πείσωσιν ἐλέσθαι δουλεύειν ἀντὶ τοῦ πολεμεῖν τοῖς κρείττοσι; καὶ ἰδίᾳ αὖ οἱ ἀνδρεῖοι καὶ δυνατοὶ τοὺς ἀνάνδρους καὶ ἀδυνάτους οὐκ οἶσθα ὅτι καταδουλωσάμενοι καρποῦνται; — Ἀλλ' ἐγώ τοι, ἔφη, ἵνα μὴ πάσχω ταῦτα, οὐδ' εἰς πολιτείαν ἐμαυτὸν κατακλείω,

καθιστάντες] V. adn. — δούλοις χρ.] V. adn.

tur, ubi μηδέ exspectes. (V. doctissimum censorem Halensem in A. L. Z. 1835. p. 437.) Sed tota haec enuntiatio ita accipienda est, ut duo priora membra a tertio seiungantur, sed unumquodque per se spectetur (si noles imperare, si noles aliorum imperio subiectus esse, si noles imperantes colere).

κλαίοντας καθιστάντες] dictum, ut apud Eurip. Androm. 635: ὃς κλαίοντά σε καὶ τὴν ἐν οἴκοις σὴν καταστήσει κόρην. Apud Xenoph. Symp. III, 11. usurpatur loquutio: κλαίοντα καθίζειν et Cyrop. II, 2, 14. κλαίειν καθίζειν et 15. κλαίοντας ἐκείνους πειράσῃ καθίζειν (cum participio): unde h. l. Schneiderus rescripsit: καθίσαντες. Plat. Io. p. 535. E: ἐὰν μὲν κλαίοντας αὐτοὺς καθίσω: ubi v. Stallbaum. p. 311 sq.

δούλοις χρῆσθαι] Sic Par. DKL. et a sec. manu G. pro vulgato δούλους χρ. Zeunius e Brodaei libris addidit ὡς, quod recentiores editores recte repudiaverunt. Utrumque enim bene dicitur: χρῆσθαί τινι δούλῳ et χρῆσθαί τινι ὡς δούλῳ. Cf. I, 2, 49: τεκμηρίῳ τούτῳ χρώμενος. 56. II, 6, 26. III, 11, 6. 14, 4. Symp. VIII, 3: τοῖς δὲ σεμνοτάτοις θεοῖς φίλοις χρώμενος. Contrarii generis exempla Sauppius ad I, 2, 56. excitavit haec: Anab. II, 6, 25. III, I, 30. Cyrop. III, 1, 3. 39. IV, 2, 8. Est inter utramque dicendi rationem hoc discrimen, ut χρῆσθαί τινι πιστῷ φίλῳ dicatur de eo, qui vere habet amicum fidelem; contra χρῆσθαί τινι ὡς πιστῷ φίλῳ de eo, qui putat se habere amicum fidelem, quanquam necesse non est eum vere fidelem esse.

§. 13. πολιορκοῦντες] Verbum πολιορκεῖν, obsidione cingere, saepe ad alius generis aerumnas atque vexationes transfertur. Cf. §. 17. Fr. Iacobsius in Att. p. 46. comparat Plat. Alcib. II. p. 142. A. Demosth. c. Aristog. p. 783, 8.

καὶ — αὖ] „iunguntur etiam Anab. I, 1, 7. 9, 19. VI, 1, 18. Plat. Alcib. I. p. 105 D." BORNEMANN. Anab. I, 1, 7: καὶ αὕτη αὖ ἄλλη πρόφασις ἦν αὐτῷ τοῦ ἀθροίζειν στράτευμα.

§. 14. Τοῦτο μέντοι ἤδη] Μέντοι est particula confirmativa: vero. V. Hartung. griech. Partik. T. II. p. 393 sq. Cf. nos in Gr. T. II. §. 698. a. — ἤδη, metaphorice usurpatum, h. l. gradationem significat:

ἀλλὰ ξένος πανταχοῦ εἰμι. Καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη· 14
Τοῦτο μέντοι ἤδη λέγεις δεινὸν πάλαισμα· τοὺς γὰρ
ξένους, ἐξ οὗ ὅ τε Σίννις καὶ ὁ Σκείρων καὶ ὁ
Προκρούστης ἀπέθανον, οὐδεὶς ἔτι ἀδικεῖ· ἀλλὰ νῦν
οἱ μὲν πολιτευόμενοι ἐν ταῖς πατρίσι καὶ νόμους τι-
θενται, ἵνα μὴ ἀδικῶνται, καὶ φίλους πρὸς τοῖς ἀναγ-
καίοις καλουμένοις ἄλλους κτῶνται βοηθούς, καὶ ταῖς
πόλεσιν ἐρύματα περιβάλλονται, καὶ ὅπλα κτῶνται, οἷς
ἀμύνονται τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ πρὸς τούτοις ἄλλους
ἔξωθεν συμμάχους κατασκευάζονται· καὶ οἱ μὲν πάντα
ταῦτα κεκτημένοι ὅμως ἀδικοῦνται· σὺ δὲ οὐδὲν μὲν 15

nun ja, nun erst. Sic Latini usurpant iam: praeclarum iam artificium dicis! Plat. Phaedr. p. 260. C: *Παγγέλοιόν γ' ἂν ἤδη εἴη*, das wäre ja erst recht lächerlich. „Ei! das ist mir erst eine recht meisterliche Finte," uti eleganter interpretatus est Weiskius. Eadem vi hanc particulam supra §. 5. dictam legimus, sed in interrogatione, uti Hieron. I, 36: *πῶς οὐχὶ τοῦτο ἤδη δυσχερὲς τὸ πάθημα καὶ οἰκτρόν;* Sic infra II, 9, 7. *ἤδη τότε*, tum vero. Porro *οὕτως ἤδη*, sic demum, Thuc. V, 76. Cf. Ios. Strangium in Lips. Diar. Suppl. 1835. p. 603. Hartung. l. d. T. I. p. 243. Cf. nos in Gr. T. II. §. 690, b. Omnia salsae ironiae plena sunt.

πάλαισμα] *κακοτεχνία*, uti interpretatur Hesychius. „Proprie dicitur artificium luctatorum, quod supplantandi superandique adversarii causa comminiscuntur (Aelian. V. H. II, 6. Wyttenb. ad Iulian. p. 214); hoc autem loco significat callidum et astutum consilium." HERBSTIUS.

Σίννις — Σκείρων — Προκρούστης] Latrones infames, a Theseo trucidati. V. Plut. Thes. c. 8—11. Apollodor. III, 16, 1. In Socratis oratione venusta inest ironia, uti recte monet Weiskius. Dicere enim vult, licet crudeles latrones, quales fuerunt Sinnis, Sciro, Procrustes, iam non in viis grassentur, tamen non deesse alios homines, qui ad iniuriam aliis inferendam parati sint.

οὐδεὶς ἔτι ἀδικεῖ] Contrariam sententiam Socratem per ironiam significare voluisse, quum ex toto loco, tum ex sequentibus verbis apparet. Si ne cives quidem, omni praesidiorum genere muniti, ab aliorum iniuriis tuti sunt, sed sui tuendi causa affinibus amicisque serviunt; multo minus tuti putandi sunt hospites, omnis praesidii exsortes, multoque magis sui tuendi causa aliis servire debent.

τοῖς ἀναγκαίοις] necessariis, i. e. affinibus cognatisve. Cf. Stallbaum. ad Plat. de Rep. IX. p. 574. C.

οἷς ἀμύνονται] quibus arcere et repellere conantur, uti interpretatur Frotscher. ad Hieron. I, 30. p. 22 sq. De quo praesentis et imperfecti usu v. nos in Gr. T. II. §. 438, 2. (Gr. schol. §. 382, 2.) Nulla igitur necessitas urget, ut cum Matthiaeo Gr. T. II. §. 481. *ἀμυνοῦνται*, vel cum Ernestio *ἀμύνωνται* legamus.

ὅμως] V. nos in Gr. T. II.

τούτων ἔχων, ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς, ἔνθα πλεῖστοι ἀδικοῦνται, πολὺν χρόνον διατρίβων, εἰς ὁποίαν δ' ἂν πόλιν ἀφίκῃ, τῶν πολιτῶν πάντων ἥττων ὤν, καὶ τοιοῦτος, οἵοις μάλιστα ἐπιτίθενται οἱ βουλόμενοι ἀδικεῖν, ὅμως διὰ τὸ ξένος εἶναι οὐκ ἂν οἴει ἀδικηθῆναι; ἢ, διότι αἱ πόλεις σοι κηρύττουσιν ἀσφάλειαν καὶ προσιόντι καὶ ἀπιόντι, θαῤῥεῖς; ἢ διότι καὶ δοῦλος ἂν οἴει τοιοῦτος εἶναι, οἷος μηδενὶ δεσπότῃ λυσιτελεῖν; τίς γὰρ ἂν ἐθέλοι ἄνθρωπον ἐν οἰκίᾳ ἔχειν πονεῖν μὲν μηδὲν ἐθέλοντα, τῇ δὲ πολυτελεστάτῃ διαίτῃ
16 χαίροντα; Σκεψώμεθα δὲ καὶ τοῦτο, πῶς οἱ δεσπόται τοῖς τοιούτοις οἰκέταις χρῶνται· ἆρα οὐ τὴν μὲν λαγνείαν αὐτῶν τῷ λιμῷ σωφρονίζουσι; κλέπτειν δὲ κωλύουσιν ἀποκλείοντες ὅθεν ἄν τι λαβεῖν ᾖ; τοῦ δὲ

§. 15. πολιτῶν πάντων] Ed. Caseliana πολ. πάντα. — τοιοῦτος εἶναι] Iuntina et Bas. 1. 2. cum Castal. τοιοῦτος omittunt.

§. 17. καὶ διψήσουσι] Iuntina 1. 2. Bas. 1. εἴτε καταδιψήσουσι, Aldina et Par. c. D E G. εἴτε καὶ δ.; B. C. εἴτε διψ. — καὶ ἀγρυπνήσουσι] Haec omitt. Par. E. et edd. pr. — F. διψ. καὶ ἀγρ. καὶ ῥιγ. — ἄλλο γε ἢ ἀφροσύνη] Morus c. Bessar. corrig. οὐκ ἄλλο γε: Ruhnk. οὐ πολλή γε ἀφρ.: Ern. ἆλλο

§. 667. c. (Gr. schol. §. 577. c.) Cf. §. 15.

§. 15. ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς — εἰς ὁποίαν δ' ἂν πόλιν ἀφίκῃ] Hae duae enuntiationes opponuntur verbis οὐδὲν μὲν τούτων ἔχων; hinc duplex δέ: et in viis longum tempus commorans, et, quamcunque in urbem veneris, civibus omnibus inferior.

τοιοῦτος, οἷοις] nullam certam sedem habens, nullos amicos sociosve, sed ab alia in aliam urbem migrans. De numero plurativo post singularem illato v. nos in Gr. T. II. §. 784, 2. α. p. 503. (Gr. schol. §. 652, 2. α.)

διὰ τὸ ξένος εἶναι] De attractione v. ad I, 2, 3. τῷ φανερὸς εἶναι.

ἢ διότι καὶ δοῦλος] Sententiae hoc fere modo cohaerere videntur: Peregrinum ab iniuria tutum esse nullo modo credere potes, quum vel ii, qui in civitate multis praesidiis muniti vivunt, iniuriae expositi sint. Facile igitur fieri potest, ut tu, qui semper in viis versaris, nullo praesidio munitus, in servitutem abducaris. At ne servus quidem ab iniuria tutus vives, quum laboris impatiens, magnificentiae studiosus sis et proinde domino utilis esse nequeas. — An idcirco fidenti animo es (θαῤῥεῖς), quod credis te etiam servum eiusmodi futurum esse, qui nulli domino prosit? — Supra demonstratum est neque civem, neque hospitem ab aliorum iniuriis tutum vivere posse, sed tuendi sui causa affinium, sociorum, amicorum praesidio egere. Iam ponamus te servum esse. At ne si servus qui-

δραπετεύειν δεσμοῖς ἀπείργουσι; τὴν ἀργίαν δὲ πληγαῖς ἐξαναγκάζουσιν; ἢ σὺ πῶς ποιεῖς, ὅταν τῶν οἰκετῶν τινα τοιοῦτον ὄντα καταμανθάνῃς; — Κολάζω, 17
ἔφη, πᾶσι κακοῖς, ἕως ἂν δουλεύειν ἀναγκάσω. Ἀλλὰ γάρ, ὦ Σώκρατες, οἱ εἰς τὴν βασιλικὴν τέχνην παιδευόμενοι, ἣν δοκεῖς μοι σὺ νομίζειν εὐδαιμονίαν εἶναι, τί διαφέρουσι τῶν ἐξ ἀνάγκης κακοπαθούντων, εἴ γε πεινήσουσι καὶ διψήσουσι καὶ ῥιγώσουσι καὶ ἀγρυπνήσουσι καὶ τἆλλα πάντα μοχθήσουσιν ἑκόντες; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ οἶδ', ὅ τι διαφέρει τὸ αὐτὸ δέρμα 18
ἑκόντα ἢ ἄκοντα μαστιγοῦσθαι, ἢ ὅλως τὸ αὐτὸ σῶμα πᾶσι τοῖς τοιούτοις ἑκόντα ἢ ἄκοντα πολιορκεῖσθαι, ἄλλο γε ἢ ἀφροσύνη πρόσεστι τῷ θέλοντι τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν. — Τί δέ, ὦ Ἀριστιππε, ὁ Σωκράτης ἔφη,

τι ἤ vel potius ἄλλο δὲ ἤ: Brodaeus ἄλλως τε ἢ ἀφρ. Cod. Vatic. ἀλλ' ὥγε: alii praetulerunt ἢ (ἦ?) ἄλλο γε ἢ ἀφρ., alii τί δ' ἄλλο γ' ἢ ἀφρ. vel ἦ γὰρ ἄλλο γε vel ἀλλ' ἢ ἀφρ. C. G. Iacob. Observatt. Halis 1819. p. 25. coniecit τί δ' ἄλλο γ' ἢ ἀφροσύνη πρόσεστι; plena post πολιορκεῖσθαι posita interpunctione. Dindorf. totum locum ἐγὼ μὲν γὰρ — ὑπομένειν uncinis circumdedit. V. adn.

dem esses, sperare posses te ab omni iniuria tutum victurum esse; nam sine dubio inutilis plane fores servus. Per ironiam igitur Socrates interrogat Aristippum: an in eo fiduciam collocas, quod, si servus factus esses, inutilis plane esses servus. Iam de singulis! καὶ δοῦλος i. e. καὶ εἰ δοῦλος εἶης. Saepe enuntiatio conditionalis latet in nomine aliquo. V. Gr. T. II. §. 823, 2. (Gr. schol. §. 684, 2.) De relativo οἷος cum infinitivo pro ὥστε constructo v. ad I, 4, 6. οἷονς τέμνειν.

τίς γὰρ] H. e. Minime vero; quis enim. V. ad I, 4, 9. οὐδὲ γάρ.

§. 16. ἆρα οὐ] V. ad I, 3, 11.

§. 17. Ἀλλὰ γάρ] At enim. Aber (ἀλλά) worin unterscheiden sich ja (γάρ). Saepe hae particulae obiiciendi vim habent.

V. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 470 sqq. Cf. nos in Gr. T. II. §. 754, 5. p. 454. De Latinorum at enim v. nos ad Cicer. Tuscul. V, 16, 47.

εἴ γε πεινήσουσι κτλ.] De particulis εἴ γε, si quidem, v. nos in Gr. T. II. §. 704, 1.; de futuro, quod de necessitate vel destinatione usurpatur, v. Rost. §. 116. not. 7. Kühner. T. II. §. 446, 3. Cf. III, 3, 52. 6, 13: Λέγεις — παμμέγεθες πρᾶγμα, εἴ γε καὶ τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθαι δεήσει.

οὐκ οἶδ', ὅ τι διαφέρει τὸ αὐτὸ δέρμα ἑκόντα ἢ ἄκοντα μαστιγοῦσθαι—, ἄλλο γε ἢ ἀφροσύνη πρόσεστι τῷ θέλοντι τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν] Non intelligo, qua re alia (ὅτι ἄλλο) differat in eadem cute aut volentem aut nolentem flagris caedi,

οὐ δοκεῖ σοι τῶν τοιούτων διαφέρειν τὰ ἑκούσια τῶν ἀκουσίων, ἢ ὁ μὲν ἑκὼν πεινῶν φάγοι ἄν, ὁπότε βούλοιτο; καὶ ὁ ἑκὼν διψῶν πίοι, καὶ τἆλλα ὡσαύτως· τῷ δ' ἐξ ἀνάγκης ταῦτα πάσχοντι οὐκ ἔξεστιν, ὁπόταν βούληται, παύεσθαι; ἔπειτα ὁ μὲν ἑκουσίως ταλαιπωρῶν ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι πονῶν εὐφραίνεται, οἷον οἱ τὰ θηρία θηρῶντες ἐλπίδι τοῦ λήψεσθαι ἡδέως μοχθοῦσι. 19 Καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ἆθλα τῶν πόνων μικροῦ τινος ἀξιά ἐστι· τοὺς δὲ πονοῦντας, ἵνα φίλους ἀγαθοὺς

§. 18. ἢ ὁ μὲν] Par. A G L. εἰ ὁ μέν. Male. V. adn. — πονῶν] est egregia coniectura Taylo ris ad Lysiam p. 491., a cod. Stobaei (A) stabilita, pro vulg. φρονῶν („bona spe fretus" explicat Hindenb.). Corruptela sine dubio nata est e seq. verbo.

§. 19. χειρώσωνται] V. adn. — πῶς οὐκ οἴεσθαι χρὴ] Sic Schn. e cod. Stobaei (A), praeeunte Wyttenb. ad Plat.

quam (eo) quod is, qui vult res molestas sustinere, stultitiae particeps est. Vocabulum ἄλλο iungendum est cum ὅτι; hoc ἄλλο iam in διαφέρει latet, ut sine detrimento sententiae omitti potuerit; sed additum est non solum ad differentiae notionem magis urgendam; hinc etiam γέ accessit; sed etiam perspicuitatis causa. Nam quum verba ἢ ἀφροσύνη — ὑπομένειν multis interiectis verbis disiuncta essent a verbis ὅ τι διαφέρει, interpositaque enuntiatione ἢ ὅλως — πολιορκεῖσθαι sequentium verborum ἢ ἀφροσύνη — ὑπομένειν relatio obscurata esset: aptissime adiectum est ἄλλο γε, quo et repeteretur differentiae notio, quae latet in longissime remoto διαφέρει, et de integro indicaretur, quo sequens ἤ referendum esset. Ceterum pro ὅ τι διαφέρει — ἄλλο γε ἢ ἀφροσύνη πρόσεστι κτλ. e nostrae linguae ratione exspectes: ὅ τι διαφέρει — ἄλλο γε, ἢ ὅτι ἀφρ. κτλ. Sed illud ὅτι omissum est h. l. eadem ratione, qua omittitur in loquutione: οὐδὲν ἄλλο ἤ, ἄλλο τι ἤ, τί ἄλλο ἤ. Cf. infra II, 3, 17: τί γὰρ ἄλλο ἢ κινδυνεύσεις; V. Heindorfium ad Plat. Phaedon. p. 63. D. Stallbaum. ad Lysid. p. 222. D. Popponem ad Thuc. Part. III. Vol. 2. p. 840. Matthiae. Gr. T. II. §. 635. Rost. §. 139. p. 734. Kühner. T. II. §. 852. m. (Gr. schol. §. 710, 3) Vulgo hic locus ita distinguebatur, ut post verbum πολιορκεῖσθαι colon et post ὑπομένειν signum interrogationis poneretur. Quam interpungendi rationem reiiciendam esse viderunt vir quidam doctus apud Simsonem, qui locum sic constituit: οὐκ οἶδα, ὅτι (pro ὅ τι) διαφέρει — ἄλλο γε, ἢ ἀφροσύνη κτλ., et Heindorfius ad Platonem l. d., qui eandem sequitur rationem, nisi quod ὅ τι retinuit. Etiam Weiskius probat hanc interpunctionem, sed inter ἤ et ἀφροσύνη inserendum censet ἤ.

πολιορκεῖσθαι] vexari. V. ad §. 13.

§. 18. τῶν τοιούτων] Scil. τοῦ πεινῆν, διψῆν, ῥιγοῦν, ἀγρυπνεῖν. Verba sic construenda sunt: οὐ δοκεῖ σοι τὰ ἑκούσια τῶν τοιούτων διαφέρειν τῶν ἀκουσίων.

κτήσωνται, ἢ ὅπως ἐχθροὺς χειρώσωνται, ἢ ἵνα δυνατοὶ γενόμενοι καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τὸν ἑαυτῶν οἶκον καλῶς οἰκῶσι, καὶ τοὺς φίλους εὖ ποιῶσι, καὶ τὴν πατρίδα εὐεργετῶσι, πῶς οὐκ οἴεσθαι χρὴ τούτους καὶ πονεῖν ἡδέως εἰς τὰ τοιαῦτα, καὶ ζῆν εὐφραινομένους, ἀγαμένους μὲν ἑαυτούς, ἐπαινουμένους δὲ καὶ ζηλουμένους ὑπὸ τῶν ἄλλων; Ἔτι δὲ 20 αἱ μὲν ῥᾳδιουργίαι καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ οὔτε σώματι εὐεξίαν ἱκαναί εἰσιν ἐνεργάζεσθαι, ὡς φασιν

Phaedon. p. 166. pro vulg. πῶς οὐκ οἶσθα, ὡς χρή: quod etiam Par. AEGH, sublata distinctione, exhibent: BCF. πῶς οὐκ οἶσθα χρή: Vindob. 2. πῶς οὐκ οἶσθα χρῆν.

§. 20. ἐνεργάζεσθαι] Sic Zeun. e Vindob. 2.; AHK. ἐξεργ.; CEG. et edd. ante Zeun. ἐργ.

ᾗ] quatenus. Supra I, 7, 3. ταύτῃ, hactenus, legimus.

πλοι] Ex antecedentibus φάγοι ἄν repetenda est particula ἄν. V. ad I, 3, 15.

ἐπόταν βούληται] Paulo ante ὁπότε βούλοιτο, quia haec verba referenda sunt ad φάγοι ἄν et incertam quandam conditionem designant. V. nos in Gr. T. II. §. 810. a.

παύεσθαι] Scil. πεινῶντι, διψῶντι κτλ.

ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι] bona spe nisus, bonae spei pretio ductus. Saepe ἐπί cum dativo iunctum significat pretium, quo quid fit. Cf. II, 2, 8. Cyrop. III, 1, 43. V. nos in Gr. T. II. §. 612. g. p. 298. (Gr. schol. §. 532.) De sententia cf. I, 6, 8.

§. 19. χειρώσωνται] Sic vulgo legitur. Schneiderus e Par. G. H. recepit χειρώσονται, Dawesiano scilicet canone commotus, de quo quid statuendum sit, vidimus ad I, 2, 37. Sed mira est permutatio coniunctionum ἵνα et ὅπως, de qua Bornemannus hos locos contulit: IV, 4, 16. Anab. II, 6, 21. Isocrat. Nicocl. c. 3. Adde Andoc. or. III. p. 25, 14. et 15: ἵνα ἡ πόλις —, ἀλλ' ὅπως —· ἀλλ' ἵνα — ἀλλ' ὅπως — ἵνα —, et quos permultos locos congessit Maetznerus ad Antiph. or. I. p. 144, 24 (p. 144).

καλῶς οἰκῶσι] V. ad I, 1, 7.

τούτους] Saepe vel perspicuitatis causa, vel, ut h. l., cum vi quadam substantivum antecedens per pronomen demonstrativum repetitur. Cyrop. II, 1, 13: γιγνώσκω γάρ, ἔφη, ὅτι οἱ τῶν ἱκανωτάτων καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν λόγοι, οὗτοι καὶ μάλιστα ἐνδύνονται ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων: ubi v. Bornemannum. Hieron. 1, 21. 25. 32. IV, 1: πλείω ἔχων τῶν ἰδιωτῶν κτήματα ὁ τύραννος διὰ τοῦτο καὶ πλείω ἀπ' αὐτῶν εὐφραίνεται. Hellen. II, 3, 43. Infra III, 7, 4: καὶ οἱ κατὰ μόνας ἄριστα καθαρίζοντες οὗτοι καὶ ἐν τῷ πλήθει κρατιστεύουσιν: ubi vide Sauppium. IV, 6, 5. 11. Vide Frotscherum ad Hier. I, 17. Krügerum ad Anab. I, 6, 9. Haasium ad Remp. Laced. I, 2. Cf. nos in Gr. T. II. §. 858, 10.

§. 20. (αἱ) ἐκ τοῦ παρα-

οἱ γυμνασταί, οὔτε ψυχῇ ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσιν· αἱ δὲ διὰ καρτερίας ἐπιμέλειαι τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν ἔργων ἐξικνεῖσθαι ποιοῦσιν, ὥς φασιν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες· λέγει δέ που καὶ Ἡσίοδος·

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· λείη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν

λείη] Codd. Hesiodi habent ὀλίγη. Goettlingius e Plat. de Rep. II. p. 364., e nostro loco et e Stobaeo dedit λείη. Cf. C. E. Chr. Schneiderum ad Plat. l. d. p. 129. — ἐς αὐτὴν] D. F. ἐπ' αὐτήν. Eadem lectionis diversitas ap. Hesiod. — ἵκηται] V. adn. — Ὦ πονηρέ — ἔχῃς] Sic Steph. et K, nisi quod habent μώμεο pro μώεο. Edd. pr. et Par. cum CEH.

χρῆμα ἡδοναί] Heindorfius ad Plat. Protag. p. 353. D. explicat τὰς ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδονάς (s. τὰς παραυτίκα ἡδονάς, uti legitur Cyrop. I, 5, 9. II, 2, 24. VIII, 1, 32. et VII, 5, 76. τὸ αὐτίκα ἡδύ) eas voluptates, quarum in praesens est fructus citoque perit; similiter Schneiderus intelligit eas voluptates, quae statim percipiuntur et quarum usus breve tempus durat; Ernestius denique ad h. l. et Fischerus ad Cyrop. I, 5, 9. interpretantur voluptates praesentes, quae statim et sponte veniunt nulloque negotio parantur. Quam ultimam explicationem egregie amplexatus est atque tutatus Guil. Straubius in Lipsiens. Annal. phil. Supplem. 1839. p. 469 sq. Verissime. intelligit voluptates eiusmodi, quas, ubi concupiveris, statim, utpote sine ullo labore parabiles, percipere liceat. Nam primum nostro loco Xenophon dixit ἐκ τοῦ παραχρῆμα, quod nequaquam potest esse in praesens: quod si significare voluisset, sine dubio dixisset τὰς εἰς τὸ παραχρῆμα ἡδονάς. Praepositio enim ἐκ significat post. Deinde τὸ παραχρῆμα in hac dicendi formula idem est, quod τὸ αὐτίκα s. τὸ παραυτίκα: atqui τὸ αὐτίκα (παραυτίκα) nunquam indicat id, quod ultra praesens temporis momentum non durat, quod cito praeterit (das Momentane), sed id, quod praesens tempus statim (alsbald, sogleich) sequitur. Ergo αἱ παραυτίκα ἡδοναί non sunt eae voluptates, quae in praesens tantum percipiuntur, sed eae, quae, simulatque eas expetiveris, statim tibi obveniunt, nulla ante adhibita vel corporis vel animi contentione. Huc denique accedit, quod nostri loci ratio egregie confirmat explicationem propositam. Nam et quae antecedunt huic loco, et quae eum sequuntur, ita comparata sunt, ut sponte appareat τὰς ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδονάς iis voluptatibus opponi, quae corporis animique contentione parantur, non iis, quarum fructus perennis est. Nec dispar ratio est locorum e Cyrop. allatorum. Quid, quod ipse Xenophon in Comment. IV, 5, 10. easdem voluptates τὰς ἐγγυτάτω ἡδονάς appellans satis clare demonstravit, qua senten-

Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὀρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα.

Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ἐν τῷδε·

Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί.

Καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησίν·

Ὦ πονηρέ, μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληρ' ἔχῃς.

μήτι μάλα κακῶς (codd. Brodaei *κακός*, Stob. *μαλακῶς*) *ὁ μὴ τὰ σκληρ' ἔχεις.* — *μώεο* est in Par. B. D. et Flor. B.E. et in Phurnuto c. 14., ubi haec leguntur: *μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληρ' ἔχῃς.* Vulgo *μώμεο*. Alii codd. aliter depravate hunc locum exhibent.

tia *τὰς παραυτίκα ἡδονάς* acceptas voluerit?

ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν] Recte additum est *ἀξιόλογον*: nam *αἱ παραυτίκα ἡδοναὶ* dici non possunt nullam omnino animo parare scientiam; quis enim neget ex percipiendis musicis, ex spectandis picturis, aliis id genus voluptatibus nullam prorsus hauriri scientiam?

αἱ δὲ διὰ καρτερίας ἐπιμέλειαι] sunt studia, quae perseverantia, h. e. intenta assiduitate atque industria, tractantur. Opponuntur *ταῖς ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναῖς.*

καλῶν τε κἀγαθῶν ἔργων ἐξικνεῖσθαι] Verbum *ἐξικνεῖσθαι*, pervenire, construitur cum genitivo qui dicitur partitivo ex eadem ratione, qua verba *τυγχάνειν, λαγχάνειν, προσῆκειν.* Pari modo *ἐφικνεῖσθαι* genitivum adsciscit, ut Isocrat. Paneg. p. 64, 113: *τίνος γὰρ οὐκ ἐφίκοντο;* ibid. p. 80, 187: *οὐκ ἐφικνοῦμαι τοῦ μεγέθους αὐτῶν* (*τῶν πραγμάτων*).

Ἡσίοδος] Opp. 285 (287 Goettl.) sqq.

ἵκηται] „Subiectum est in hoc ipso verbo *ἵκηται*, si eo pervenerit qui hanc viam elegit." GOETTLINGIUS. Aptius Sauppius nomen *οἶμος* pro subiecto habet. Par. cod. F. et cod. Stobaei exhibent *ἵκηαι*, quod glossatoris manum satis clare arguit.

ῥηϊδίη] Observandus est transitus a genere masculino ad femininum; dicitur enim et *ὁ* et *ἡ οἶμος.*

Ἐπίχαρμος] Coo, Aegaei maris insula, oriundus, poeta comicus, Syracusis vixit: unde Siculus cognominatus est. Floruit circa a. 500 a. Chr. Cf. C. O. Müller. Dor. T. II. p. 352 sq. et 358—360. et C. G. Cobetum in Prosopogr. Xen. p. 11. Versus autem, qui hic afferuntur, sunt tetrametri trochaici. — De genitivo *τῶν πόνων* cf. infra II, 8, 2: *μισθοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἐργάζεσθαι.*

Καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ — ἔχῃς] Totus hic locus a Bessarione omissus et a Socratis consilio alienus a recentiore philologo adiectus in margine visus est Valckenario ad Herodot. II, 117. p. 157 [*κατὰ δὲ ταῦτα τὰ ἔπεα καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα*, ubi *χωρίον* similiter atque hoc loco *τόπος* dictum est: unde etiam hunc Herodoti locum Valckenarius ab aliena manu importatum su-

21 *Καὶ Ἱππόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι· φησὶ γὰρ Ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὥρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐ-*

§. 21. *γιγνόμενοι*] ABDF. *γινόμενοι*. V. Exc. I. E qua lectione Schn. suspicatur fuisse *γενόμενοι*: quod recte reprobavit Born., monens rem tractari fieri solitam, quoticscunque XX. aetatis annum iuvenes attigissent: „in welchem Alter die Jünglinge erst selbstständig werden und zeigen." — *ὁποτέραν*] Sic Iunt. Stob. Voss. 2. Par. B. C. et Vindob. — Ald. Par. et Steph. *πο-*

spicatur], qui scriptorum veterum ulli [aliter res sese habet apud recentiores Graecos] *τόπον* de loco libri aut scriptoris dictum negat. Cuius admonitu Schützius verba suspecta seclusit: quem sequor." SCHNEIDERUS. Gu. Dindorfius totum locum inde a *Μαρτυρεῖ* usque ad *ἔχῃς* abiiciendum censet, et versum *τῶν πόνων — οἱ θεοί* Platoni comico ab scholiaste Hermogenis tribui monet. Equidem nec Valckenarii nec Dindorfii sententiae calculum meum qualemcunque addere possum.

μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ κτλ.] Sententia: Noli mollem vitam quaerere, ne molli vita duram sortem tibi pares.

§. 21. *Ἱππόδικος*] De Prodico, Ceo, sophista clarissimo, eleganter exposuit Car. Beierus ad Cic. de Offic. I, 32, 118. Cf. Cobetum Prosop. p. 35 sq. Ceterum recte C. Fr. Hermannus in disp. de Socr. magistris. Marb. 1837. p. 49 sq. docet errare eos, qui Prodicum Socratis magistrum fuisse statuant.

ὅπερ δὴ — ἐπιδείκνυται] *ὅπερ δή* est: quod quidem, uti constat inter omnes. V. ad II, 2, 3. Praesenti tempore *ἐπιδείκνυται* utitur Xenophon, quia tum, quum Socrates hoc colloquium habebat, iste sophista hanc declamationem recitare solebat. Ceterum verbum *ἐπιδείκνυσθαι* proprie dicitur de eo, qui de se aliquod sapientiae vel artis specimen exhibet (hinc IV, 4, 12. *δικαιοσύνης ἐπίδειγμα*, iustitiae specimen; hinc etiam *ἐπιδείξεις* sophistarum declamationes vocitantur), vel omnino, qui aliquid de se praedicat, ut Plat. Phaedr. p. 232. A. *Ἔργα ἐπιδείξασθαι* Cyrop. VIII, 4, 8. non est simpliciter res gerere, sed ita gerere, ut virtutis cuiusdam specimen ex iis eluceat. Activa forma *ἐπιδεικνύναι* dicitur de eo, qui alteri aliquid eo consilio ostendit, ut alter rem propositam vel spectet, vel discat, vel perquirat. Sic infra III, 10, 9. de artifice, qui Socrati *θώρακας εὖ εἰργασμένας* ostendit. 10: *τὸν δὲ ῥυθμὸν — πότερα μέτρῳ ἢ σταθμῷ ἐπιδεικνύων πλείονος τιμᾷς;* concinnitatem vero utrum mensura, an pondere exhibens pluris aestimas? ubi perperam Schneiderus *ἀποδεικνύων* scribendum censet. III, 11, 1. 2. *τὸ κάλλος ἑαυτῆς ἐπιδεῖξαι* apte dicitur mulier, quae pictoribus deformandam sese dans tanquam specimen muliebris venustatis exhibuit. Cf. Stallbaumium ad Platon. Lysid. p. 206. C. et

τοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν, εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀποροῦντα, ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται· καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προϊέναι μεγάλας, τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέριον, φύσει κεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα 22

τέραν, ut §. 23., ubi v. adn.

§. 22. προϊέναι] quod est ex occulto prodire. Cod. Stob. προσιέναι, quod receperunt Schn. Born. Sauppius. Non recte, opinor. Vulgata est elegantissima. — ἐλευθέριον] V. adn.

Hipp. Mai. p. 282. B., in quibus locis forma activa et medialis eo quod significavimus sententiae discrimine coniunctae leguntur. Iniuria infra IV, 4, 18. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Ἱππία, τὸ αὐτὸ ἐπιδείκνυμι νόμιμόν τε καὶ δίκαιον εἶναι, σὺ δ', εἰ τἀναντία γιγνώσκεις, δίδασκε, editores contra omnes codd. et edd. vett. auctore Schneidero scripserunt ἀποδείκνυμαι. Nam ἐπιδείκνυμι significat doceo, demonstro. Similiter II, 3, 17. Nunquam autem, quod vult Haasius ad Rphl. Lac. p. 307., ἐπιδεικνύναι τι simpliciter de re, quam quis ipse perfecit, dicitur. Nam Vectig. II, 5. (δοκοῦμέν μοι) ἰσχυροτέραν ἂν καὶ μείζω [redacted]λιν ἐπιδεικνύναι, hoc vergnificat efficere, ut cividior et maior appareat. Rep. Lac. I. 2. Uti ἀποννύναι simpliciter est dere, ita ἀποδείκνυsimpliciter est sentensuam proferre. De :f. Oecon. III, 1: ἦν σοι ικνύω πρῶτον μὲν οἰνὺς μὲν ἀπὸ πολλοῦ ἀρἀχρήστους οἰκοδομοῦνὺς δὲ ἀπὸ πολὺ ἐλάττοντα ἐχούσας ὅσα δεῖ, ἢ ν τί σοι τοῦτο τῶν οἰκον ἔργων ἐπιδεικνύναι). De medio cf. Comment. IV, 4, 10. Immerito Schneiderus ad IV, 4, 18. ἀποδείκνυσθαι de factis dici negat. Cyrop. VII, 5, 64. in omnibus fere libris legitur ἔργα ἀπεδείκνυτο et Anab. VII, 7, 46. εὔνοιαν ἀποδείκνυσθαι, ubi v. Bornemannum. V. eundem ad Cyrop. V, 5, 20., ubi Lobeckium ad Soph. Ai. 618. laudat. In pluribus autem loquutionibus non multum differt, utrum hoc, an illo verbo utare, ut ἀδικοῦντά τινα ἀποδεικνύναι et ἐπιδεικνύναι. V. Maetznerum ad Antiphont. Or. IV. p. 126, 7. (p. 189).

ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι] Cicero de Offic. I, 32, 118: (Herculem) exisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse etc. Aliter de h. l. iudicat Schmidt. Quaest. p. 18., qui, ἡσυχίας nomen solitudinem significare negans, verba εἰς ἡσυχίαν cum καθῆσθαι coniungit, ut sit quiete considere.

τράπηται] De coniunctivo deliberativo v. ad I, 2, 15. Cf. §. 23.

§. 22. εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν] V. ad I, 6, 5.

ἐλευθέριον] Gaisfordius ex cod. Stob. ἐλευθερίαν habet; terminatio huius adiectivi feminina apud Xenophontem flu-

καθαρότητι, τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ· τὴν δ' ἑτέραν τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἀπαλότητα, κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα, ὥστε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι, τὸ δὲ σχῆμα, ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι, τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα, ἐσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι, κατασκοπεῖσθαι δὲ θαμὰ ἑαυτήν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ, εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται,
23 πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. Ὡς

καθαρότητι] V. adn. — ἐξ ἧς ἂν — διαλάμποι] Stob. ignorat ἄν. At Xen. significare voluit: e qua pellucere posset. — θαμὰ ἑαυτήν] Post haec verba F. habet: ἔπειτα δὲ εἴ τις αὐτὴν θεᾶται, πολλοὺς — αὐτῆς σκιὰν βλέπειν. Etiam H. et G. omitt. ἐπισκοπεῖν δέ.

§. 23. ἐγένοντο] Sic Bessar. Steph. 2. Voss. 1. 2. Vind. F. pro vulg. ἐγένετο. — πλησιαίτερον] Sic Paris. marg. Steph. Voss. 1. 2. Vind. 2. et Par. K. L. F. D. G. a sec. manu pro vulg. πλησιέστερον. — ἐπὶ τὸν βίον] Bessar. et Voss. 2. omitt. —

ctuat. Legimus enim in Sympos. II, 4: ὀσμαὶ — ἡδεῖαί τε καὶ ἐλευθέριοι; at ibid. VIII, 16: θάλλουσα μορφῇ τε ἐλευθερίᾳ καὶ ἥθει αἰδήμονι. V. Lobeckium ad Phryn. p. 105 sq. ad Soph. Aiac. 175. Paralip. II. p. 455—498. Bremium ad Isocrat. Exc. II. p. 201. Gregor. Cor. p. 62. 64. ed. Schaef. Goettlingium ad Theodos. p. 247. De dativo φύσει v. ad §. 31.

καθαρότητι] D. F. et Stobaei codex exhibent καθαριότητι (h. e. munditie, elegantia): quod recepit Herbstius. At vulgata egregie videtur convenire personae virginis honestae, cuius ornatus nihil habebat arte quaesiti, sed in ipsa corporis naturali puritate ac castitate constabat. Contra nomen καθαριότητος adiunctam habet notationem elegantiae arte quaesitae. Naturalis corporis pulchritudo opponitur sequentibus verbis: κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα. Apte Voigtlaenderus in Observatt. I. p. 14 sq. comparat Oecon. X, 7.

ἐσθῆτι δὲ λευκῇ] Pendent haec verba ab antecedenti participio κεκοσμημένην: sed desideratur orationis concinnitas, quam facile Xenophon efficere poterat, si scripsisset: κεκοσμ. τὸ μὲν χρῶμα καθ., τὰ δὲ ὄμμ. αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφρ., τὸ δὲ σῶμα ἐσθῆτι λευκῇ: verum vel apud elegantissimos quosque et tersissimos scriptores multa reperiuntur exempla concinnitatis susque deque habitae. V. ad I, 3, 9. Quare lectionis correctione abstinendum est.

λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν] Interpretes conferunt Oecon. X, 2. Horat. Sat. I, 2, 123: Candida rectaque sit, munda hactenus, ut neque longa, Nec magis alba velit, quam det natura, videri.

τοῦ ὄντος] V. ad I, 6, 11.

δοκεῖν φαίνεσθαι] V. ad I, 4, 6. οὐ δοκεῖ — ἰοσμέναι. Verte: ut candidiorem et rubicundiorem spe-

δ' ἐγένοντο πλησιαίτερον τοῦ Ἡρακλέους, τὴν μὲν πρόσθεν ῥηθεῖσαν ἰέναι τὸν αὐτὸν τρόπον, τὴν δ' ἑτέραν φθάσαι βουλομένην προσδραμεῖν τῷ Ἡρακλεῖ καὶ εἰπεῖν· Ὁρῶ σε, ὦ Ἡράκλεις, ἀποροῦντα, ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τράπῃ· ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος, ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥᾳστην ὁδὸν ἄξω σε, καὶ τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσῃ, τῶν δὲ καλεπῶν ἄπειρος διαβιώσῃ. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πολέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς, ἀλλὰ σκοπούμενος διέσῃ, τί ἂν κεχαρισμένον ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ 24

Zeun. ut glossema e superioribus huc tractum seclusit. — ποιησάμενος] V. adn.

§. 24. διέσῃ] V. adn. — σιτίον] Sic Steph. et K. — Iunt. 1. 2. Ald. Bas. 1. Paris. σῖτον. At singulari numero non dicitur τὸ σῖτον. Saepe vocabula σῖτος et σιτίον in codd. permiscentur. Cf. I, 6, 2. IV, 2, 17. Krüger. ad Anab. VII, 1, 33. Bornemann. ad Anab. VI, 2, 4. Frotscher. ad Hieron. III, 11. p. 37. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 64. D.

ciem prae se ferre (φαίνεσθαι) videretur (δοκεῖν). Bornemannus sic reddit: ut videretur aperte esse.

ὄμματα — ἀναπεπταμένα] Oculi late aperti (βλέμμα ἱταμόν) opponuntur oculis verecunde demissis.

ὥρα] Schneiderus ex Aristaeneto I. ep. 25., ubi hic locus imitatione est expressus, addidit articulum ἡ, quod recte reprobavit Bornemannus, docens nomen ὥρας articulo carere ad nominum propriorum exemplum. V. Rost. Gr. §. 98, 6. Kühner. T. II. §. 484. not. Etiam alia similia vocabula sine articulo usurpata leguntur. Cf. §. 21: εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ κτλ. IV, 1, 2: οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος. Cf. infra §. 28. γῆν: ubi v. V. L. De verbo κάλλος saepe articulo destituto v. Bornemannum ad Symp. I, 8. p. 52. Ceterum verbum ὥρας de iuvenili pulchritudine ac vigore dici satis notum est.

εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται] Exspectes fortasse αὐτήν, atque id quidem necessarium esset, si pro indicativo θεᾶται optativus positus esset. V. adnotata in I, 2, 49.

§. 23. τὸν αὐτὸν τρόπον] eodem incessu, quo antea usa erat, neque tardiore, neque citiore.

ἀποροῦντα, ποίαν ὁδὸν — τράπῃ] §. 21: ἀποροῦντα, ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. V. ad I, 1, 1. init.

ποιησάμενος] Sic Iuntina, Par. F. G. Stob. et Brodaei libri. Recte; ex antecedentibus enim verba τὴν ἐπὶ τὸν βίον ὁδὸν τράπῃ supplenda sunt. Florentini ACEKM. exhibent ποιήσῃ, Vat. 1. Par. D. ποιήσει, E. Ald. Par. et Steph. ποιήσῃς. De participio per ellipsin explicando v. Hermann. ad Viger. §. 227. p. 776 sq. et Bornemannum ad Symp. IV, 53. p. 146.

§. 24. διέσῃ] Sic omnes fere

τί ἂν ἰδὼν ἢ τί ἀκούσας τερφθείης, ἢ τίνων ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης, τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης, καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, καὶ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. Ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπάνεως ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα, οὐ φόβος, μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα πορίζεσθαι· ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζωνται, τούτοις σὺ χρήσῃ, οὐδενὸς ἀπεχόμενος, ὅθεν ἂν δυνατὸν ἢ τι κερδᾶναι· πανταχόθεν γὰρ ὠφελεῖσθαι τοῖς

ἢ τί ἀκούσας] Edd. pr. ABEGH. Voss. 2. Bessario omitt. haec.

§. 25. ἐπὶ τὸ πονοῦντα] Sic Castal. Par. Steph. Par. D. in margine et L. — Iunt. 2. Ald. Vict. et Par. codd. plerique ἐπὶ τὸν π.

§. 26. μισοῦντές με] Flor. A. C. omitt. με: unde Schn. exulare iussit. Post ὀνομάζουσι F. et Stob. omitt. με. Bornem.

libri, nisi quod Vind. 2. et Par. F. habent δεήσῃ et Par. H. δὲ ἔσῃ. Una ed. Par. exhibet διάξεις, quod apertum est glossema verbi διέσῃ, quod praeter Zonaram p. 75. ed. Tittm. (Bast. ad Greg. Cor. p. 348. Schaef.), ubi v. ἴδιος per ὁ ἀεὶ διώ explicatur, apud alios scriptores usurpatum non reperitur, et a Gu. Dindorfio propter etymologiam verbi ἴδιος fictum putatur. Herbstius recepit Seidleri coniecturam, in Iacobi Quaest. Lucian. c. III. p. 6. proposita: ἀεὶ ἔσῃ. Alii aliis coniecturis hoc verbum tentarunt, ut διαγενήσῃ, διοίσῃ vel potius διοίσεις, διατελέσεις, διαιτήσῃ (v. Bast. ad Greg. Cor. p. 895.). Omnium elegantissima est coniectura Budaei: δὴ ἔσῃ, quam recipiendam censet Finckhius (in Zimmermanni Ephem. schol. 1829. p. 891.), de particula δή comparans III, 7, 2. Anab. VII, 1, 76. Soph. O. R. 66. et de ἔσῃ Anab. VII, 1, 26. 6, 36. Soph. O. R. 1125. Sed neque δή, neque ἔσῃ h. l. mihi apta videntur. Quare ego cum Sauppio vulgatam διέσῃ retinendam censeo, quum verbum διεῖναι verbis similibus διαγίγνεσθαι, διατελεῖν, διάγειν, aliis, tam forma, quam significatione respondeat.

§. 25. σπάνεως ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα] H. e. σπάνεως τούτων, ἀφ' ὧν κτλ., unde hae voluptates parari possint. De praepositione ἀπό instrumentum significante v. ad I, 2, 14.

οἷς — τούτοις] De attractione v. Matthiae. T. II. §. 473. Rost. §. 99, 9. 10. p. 460 sq. Kühner. T. II. §. 787, 2. et not. 3.

ὠφελεῖσθαι — ἐξουσίαν] Infra III, 6, 11: οὐκ οἴει καὶ ἁρπάζειν ἐξουσίαν ἔσεσθαι (i. e. ἐξέσεσθαι) τῷ βουλομένῳ. V. nos in Gr. T. II. §. 641. c.

§. 26. ὄνομα δέ] De particula δέ in interrogatione posita v. ad I, 3, 13.

ὑποκοριζόμενοι] „Hunc locum Suidas v. et Etymologus M. p. 782, 35. laudantes ὑποκο-

ἐμοὶ ξυνοῦσιν ἐξουσίαν ἔγωγε παρέχω. Καὶ ὁ Ἡρα- 26
κλῆς ἀκούσας ταῦτα· Ὦ γύναι, ἔφη, ὄνομα δέ σοι
τί ἐστιν; Ἡ δέ· Οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί
με Εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι
ὀνομάζουσί με Κακίαν. . Καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ 27
προσελθοῦσα εἶπε· Καὶ ἐγὼ ἧκω πρὸς σέ, ὦ Ἡρά-
κλεις, εἰδυῖα τοὺς γεννήσαντάς σε, καὶ τὴν φύσιν τὴν
σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα· ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν
πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, σφόδρ' ἄν σε τῶν καλῶν καὶ
σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἐμὲ ἔτι πολὺ

utrumque recte retinuit, comp. Fritzsch. Quaest. Luc. p. 14 sq. et praefat.-p. XXIII., qui repetitorum pronominum multa exempla contulit. — *ὑποκοριζόμενοι*] Bessar. omitt. Etiam Valck. exterminandum putat. Toup. corrig. *μὴ ὑποκ.*; alius V. D. *θυμῷ χαριζόμενοι*; Wyttenb. ad Plutarch. p. 460 sq. *ὑποκνιζόμενοι*, aemulatione et invidia puncti. At v. adn.

§. 27. *εἶπε*] Sic B C D F. Schn. — Ceterae edd. *εἶπεν.*

ρίζεσθαι exponunt *διασύρειν*. Leunclavius aliique capiunt pro invidioso et odioso nomine aliquem appellare." PIERSONUS ad Moeridis Atticistae Lex. p. 381. At haec significatio in verbo *ὑποκορίζεσθαι* non inest; sed primitiva ac propria huius verbi vis nulla alia videtur esse, nisi deminuendi; hinc *ὄνομα ὑποκοριστικόν*, nomen deminutivum. Docte de huius verbi usu exposuit Fr. A. G. Spohnius in Commentat. de extrema Odysseae parte p. 109 sq. Cf. Stallbaumium ad Plat. de Rep. p. 560. E. Quemadmodum igitur lingua nominibus *ὑποκοριστικοῖς* aut blandiendi aut contemtus significandi causa utitur; ita verbum *ὑποκορίζεσθαι* adhiberi potest ad rem invidiosam nomine blando, aut ad rem laudabilem invidioso nomine appellandam; in utroque inest vis deminuendi; in altero enim res bona, in altero res mala nomine deminuitur. Rem conficit Aristoteles Rhet. III, 2. p. 569., ab Ernestio comparatus: *ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμὸς, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν.* Quare coniecturis, a VV. DD. ad h. l. prolatis, supersedere possumus. Neque credo, quod Sauppius vult, Socratis ironiam de industria aliam vocabulo subiecisse significationem, ut Voluptas deridenda praeberetur. Cur autem hoc verbum plerumque denotet rem odiosam nomine blando, rarissime autem, ut h. l., rem bonam nomine odioso exprimere, in ipsa rei natura positum est, neque ulla indiget explicatione. Ceterum Fr. Iacobsius Socr. p. 54. alium etiam ex posterioris aetatis scriptore excitavit locum, in quo hoc verbum hanc detrahendi vim habet: Theod. Metoch. Miscell. c. 115. p. 786. de Demetrio Poliorcete dicit: *καὶ πρὸς ὕβριν ὑποκοριζόμενος Σέλευκον μὲν ἐλεφαντάρχην, Πτολεμαῖον δὲ ναύαρχον (ἐκάλει).*

ἐντιμοτέραν καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς διαπρεπεστέραν φανῆναι· οὐκ ἐξαπατήσω δέ σε προοιμίοις ἡδονῆς, ἀλλ', ὑπερ οἱ θεοὶ διέθεσαν, τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας.
28 Τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις· ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς· εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον· εἴτε ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν Ἑλλάδα πειρατέον

§. 28. *εἴτε γῆν*] Sic Vat. 1. Flor. E. Stob. et F. pro vulg. *εἴτε τὴν γῆν φέρειν σοι βούλει κ. ἀφθ.* — Vocabulum *γῆ* ex iis

§. 27. *ἐπ' ἀγαθοῖς διαπρεπεστέραν*] propter bona, quae tibi a me parabuntur, illustriorem. Cf. ad I, 2, 61. *ὀνομαστὸς ἐπὶ τούτῳ γέγονε.* Eadem ratio est §. 28. in *ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι.*

φανῆναι] V. ad I, 3, 15.

διέθεσαν, τὰ ὄντα] Alii distinctionem post *τὰ ὄντα* posuerunt, offensi scilicet coniunctione verborum: *τὰ ὄντα* et *μετ' ἀληθείας.* At recte contra monet Bornemannus hac distinctione nihil nos lucrari, siquidem verba *τὰ ὄντα* ad sequentia quoque trahenda sint. Valckenarius verba *μετ' ἀληθείας* exterminanda censet. At mutatione nihil opus est. Multa huius generis exempla collegerunt Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 169. Lobeckius ad Phrynich. p. 758. Bornemannus ad Sympos. VIII, 4. p. 186 sq. Stallbaum. ad Plat. Phaedon. p. 66. C. Cf. nos in Gr. T. II. §. 858, 3.

§. 28. *Τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν κτλ.*] „Hoc voluit Xenophon: *ἃ γάρ ἐστιν ἀγαθὰ καὶ καλά, τούτων οὐδὲν ἄνευ πόνου —θεοὶ διδόασιν.*" SCHAEFER. Apparat. Demosth. I. p. 419.

ἀπὸ βοσκημάτων] V. ad I, 2, 14.

τέχνας αὐτάς τε] Particula *τέ* post *αὐτάς* posita est, quasi oratio sic decurreret: *τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε καὶ, ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι, μαθητέον*, non solum ipsae artes, sed etiam earum exercitatio perdiscenda est. Addito autem verbo *ἀσκητέον*, oratio sic constituta esse debebat: *τὰς π. τ. αὐτὰς παρὰ τῶν ἐπ. μαθητέον τε, καὶ, ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι, ἀσκητέον.* Bornemannus apte comparat Cyrop. VIII, 2, 22: *τούτοις* (his rebus) *τάς τ' ἐνδείας τῶν φίλων ἐξακοῦμαι, καὶ πλουτίζων καὶ εὐεργετῶν ἀνθρώπους εὔνοιαν ἐξ αὐτῶν κτῶμαι καὶ φιλίαν* pro *ἐξακοῦμαί τε καὶ — κτῶμαι.* Quos vero alios in partes vocavit locos, alienissimi sunt. Haec particulae *τέ* traiectio manasse videtur ex oppositionis duarum notionum vi, qua prior particulam *τέ* enuntiationis praedicato adiungendam quasi arripit. Adde locum simillimum Anab. I, 2, 21: *ἐπεὶ ἤσθετο τό τε Μένωνος στράτευμα ὂν ἤδη ἐν Κιλικίᾳ ἦν —, καὶ ὅτι τριήρεις ἥκουε περιπλεούσας κτλ.*, ubi Xenophon orationem sic exorsus est quasi omisso verbo *ἥκουε* dicturus: *ἐπεὶ ἤσθετο τό τε M. στρ. ὅτι — ἦν, καὶ ὅτι.* V. Krügerum ad l. d.

ἀσκητέον] Fr. Iacobsius Socr. p. 56. concinnitatis gratia additum et praegnanti significatu

εὖ ποιεῖν· εἴτε γῆν βούλει σοι καρποὺς ἀφθόνους φέρειν, τὴν γῆν θεραπευτέον· εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον· εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾷς αὔξεσθαι, καὶ βούλει δύνασθαι τούς τε φίλους ἐλευθεροῦν καὶ τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι, τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον, καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον· εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα καὶ γυμναστέον

est, quae *κατ' ἀναλογίαν* nominum propriorum saepe sine articulo efferuntur. V. adn. ad §. 22.

pro *ἀσκήσει μαθητέον* accipiendum existimat. Magis mihi placet ratio Bornemanni, qui verba *ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι* unam notionem (*τὴν αὐτῶν χρῆσιν*) constituere putat, coll. Cyrop. V, 3, 43: *ἡ σιωπὴ ἀσκητέα*. Ernestius sic vertit locum: oportet et artes ipsas discere et modum utendi. Cf. locum ab Herbstio allatum, de Vectig. IV, 1: *ταύτην* (*τὴν δύναμιν*) — *γνόντες καὶ ὅπως χρῆσθαι δεῖ*.

εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι] Post particulas *εἴτε* — *εἴτε* ultimum orationis membrum, in quo totius rei cardo vertitur, cum maiore vi per *εἰ δέ* adiungitur, ut per particulam adversativam *δέ* hoc membrum tanquam gravissimum ceteris opponatur. Cf. Plat. Apol. p. 40. C. V. Gr. nostr. T. II. §. 746. not. Sic apud Latinos saepe sibi respondent sive et si vero. V. adnotata nostra in Cicer. Tusc. I, 41, 97.

τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι] Post haec verba cum Weiskio aliisque distinctionem posui, ut verba *τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν* cum *ἐθιστέον* coniungenda essent. Bornemannus, Sauppius, alii distinctionem post v. *ὑπηρετεῖν* posuerunt, ut iungerentur *τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν*. Ut taceam verbum *ἐθίζειν* rarissime absolute usurpari (locus a Sauppio excitatus De re equestri III, 8: *μαθόντες δὲ καὶ ἐθισθέντες καὶ μελετήσαντες καλῶς ἂν ταῦτα πάντα ποιοῖεν* propter reliqua participia absolute posita non satis aptus est), ingenue fateor me intelligere non posse, quid sibi velint verba *τῷ σώματι — ὑπηρετεῖν*. Contra distinctione post *εἶναι* posita, sententia exit sanissima. Nam qui corpore validus esse vult, corpus assuefaciat necesse est, ut obsequatur rationi, quae ad corporis vires firmandas augendasque labores suscipere nos iubet. Finckhius in Iahnii Annal. 1828. p. 289. et in Diar. schol. Darmst. 1830. 40. sententiam propositam egregie stabilivit loco Oecon. XVII, 7: *οὐκοῦν τοῦτο μέν, ἔφην ἐγώ, ἤδη μελέτης δεῖται, ὥςπερ τοῖς κιθαρισταῖς ἡ χείρ, ὅπως δύνηται ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ*. Neque aliter Cicero de Offic. I, 23. (a Victorio comp.) hunc locum intellexit: Exercendum corpus et ita afficiendum est, ut obedire consilio et rationi possit.

γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι] Vossianus 2. exhibet *ἱδρῶσι*, quod mirifice blanditur et ob antecedentem pluralem *πόνοις*, et ob Cyrop. VIII, 8, 8: *βουλόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρώτων τὰ σώματα στερροῦσθαι*, ubi Bornemannus com-

29 σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι. Καὶ ἡ Κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ὡς φησι Πρόδικος· Ἐννοεῖς, ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν
30 ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. Καὶ ἡ Ἀρετὴ εἶπεν· Ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις; ἢ τί ἡδὺ οἶσθα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα; ἥτις οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένεις, ἀλλὰ, πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι, πρὶν μὲν πεινῆν ἐσθίουσα,

§. 30. καὶ ἵνα μὲν] Sic Ald. Par. Steph. Bessario, Clemens Alex. Strom. II. p. 406. D. At Iust. I. 2. Bas. 1. Stob. Par. D F G. omittunt καί. Ac recte quidem; nam hae enuntiationes cum antecedentibus verbis arctissime cohaerent. — Margo Steph. K. M. ἵνα δὲ καὶ ἡδ. — οἴνους τε] F. et Clemens l. d. omitt. τε. — καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς] Clemens l. d. κατακοιμηθῇς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς κλίνας μαλθακάς, ἀλλὰ

parat Plutarch. Demetr. c. 38: ἱδρῶτες ὀξεῖς, et Eustath. de Ism. 11, 429. De rariore praepositionis σύν significatione instrumenti v. nos in Gr. T. II. §. 601. p. 276.

§. 29. εὐφροσύνας] V. ad I, 1, 11. ἀνάγκαις.

§. 30. τί δὲ — ἔχεις] V. ad I, 3, 13. τοὺς δὲ καλούς.

ἥτις] pro simplici ἥ positum videtur; at videtur tantum. Nam enuntiatio relativa rei definitionem attributivam non simpliciter indicat, sed ita ponit, ut ad ipsam rei naturam s. ποιότητα referatur; qua re pronomen ὅστις explicari potest per ita comparatus, ut, s. ut qui, quippe qui, utpote qui cum coniunctivo. Cf. Weiskium de Pleonasm. p. 82 sq. Hartung. de cas. format. et sign. p. 286. Kühner. Gr. T. II. §. 781. 4. 5.

μηχανωμένη — παρασκευάζῃ] Oratio sic conformata esse debebat: καὶ ἵνα μὲν ἡδέως φάγῃς, ὑποποιοῦς μηχανᾷ, ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς, οἴνους — παρασκευάζῃ. Verum pro verbo finito Xenophon posuit participium μηχανωμένη, ut videtur, antecedentis orationis conformatione abreptus; dein autem sequentium sententiarum gravitate commotus a participio ad verbum finitum deflectit. De orationis a verbo finito ad participium transitu v. Matthiae. Gr. T. II. §. 632, 4. Kühner. T. II. §. 675, 4. Cf. adnotata in II, 2, 5. οὔτε γιγνώσκον τὸ βρέφος, et ad IV, 4, 1. Aliam huius transitus causam ad II, 4, 4. (ἀνατίθεσθαι) videbimus.

οἴνους] De plurativo numero v. nos in Gr. T. II. §. 408. b.

χιόνα] „Ad refrigerandum vinum. Recondebant enim nivem et glaciem in subterraneis scrobibus ad usum conviviorum. Cf. ad Athen. III. p. 124. Plin. IX. c. 4. Gell. XIX, 5. Macrob. Saturn. VII, 12." SCHNEIDERUS. Quibus Bornemannus addit Wyttenbachium ad Plutarch. Praecept. sanit. p. 809.

οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακάς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας κτλ.] Oratio per gradationem ascendens sic accipienda videtur: Homines voluptarii, ut suaviter dormiant, non contenti

πρὶν δὲ διψῆν πίνουσα, [καὶ] ἵνα μὲν ἡδέως φάγῃς, ὀψοποιοὺς μηχανωμένη, ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς, οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζῃ, καὶ τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς· ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακάς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζῃ· οὐ γὰρ διὰ τὸ πονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν, ὅ τι ποιῇς, ὕπνου ἐπιθυμεῖς· τὰ δὲ ἀφροδίσια πρὸ τοῦ δέεσθαι ἀναγκάζεις, πάντα μηχανωμένη, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χρω-

καὶ τὰ ὑπόβ. ταῖς κλίναις παρασκευάζῃ: quod receperunt Dind. et Saupp. Iniuria. Clementi enim non multum auctoritatis tribuendum, quippe qui etiam pro καθυπνώσῃς veritus non sit κατακοιμηθῇς scribere. Schn. verba τὰς κλίνας καὶ τά uncinis sepsit. — κλίναις παρασκευάζῃ] Sic Clemens l. d. pro vulg. παρασκευάζεις, quod ab h. l. abhorret. — ποιῇς] V. adn. — δέεσθαι] V. adn. — καὶ ἀνδράσι] V. adn.

sunt stragulis mollibus humi stratis, sed lectulos sibi parant, quibus insternunt mollia illa stragula, quin immo, quo magis augeatur mollities, lectulis ὑπόβαθρα subiiciunt, ut cubantes molli lectuli agitatione molliter sese consopiant. Iam de singulis dispiciamus. Articulus verbis στρωμνάς, κλίνας, ὑπόβαθρα additus est, ut hae res tanquam in usu hominum mollium haberi solitae efferrentur. Quare per τὰς κλίνας intelliges non quoslibet lectos, sed pretiosis tapetibus stratos et affabre factos. De collocatione adiectivi μαλακάς post substantivum v. ad I, 4, 13. Nomen ὑπόβαθρα perperam interpretabantur tapetes lectorum pedibus suppositos, coll. Cyrop. VIII, 8, 16. Veram huius nominis vim doctissime enucleavit Schneiderus, coll. tribus locis Antylli medici in Fragm. medicorum Oribas. ed. Matthaei p. 114. 170. 172., e quibus apparet ὑπόβαθρα fulcra diagonalia pedibus lecti subiecta esse, ut σεισμός, lecti agitatio, efficeretur. Comparat hos lectos cum cunis pendulis. Voigtlaenderus in Observatt. laud. de ὑπόβαθρον confert Stob. tit. 91. 83. Theophrast. I. p. 192. Schn. Quod alii senserint de h. l., v. in Var. Lectt.

τὸ μηδὲν ἔχειν, ὅ τι ποιῇς] quod nihil habes, quod agas, quod nescis, quid agas. Sic legunt Castal. et Steph. pro vulg. ποιεῖς. De coniunctivo deliberativo v. Matthiae. Gr. T. II. §. 516, 2. Rost. §. 119. p. 574. Kühner. T. II. §. 464.

δέεσθαι] Sic edd. primae cum L D F E. pro δεῖσθαι. V. ad I, 6, 10.

ἀναγκάζεις] ἀφροδίσια ἀναγκάζειν recte Weiskius interpretatur Liebeslust erzwingen.

καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χρωμένη] tam muliebres, quam viriles amores consectans. Stephanus correxit (neque aliter habet Stob.) καὶ γυναιξὶ τοῖς ἀνδράσι χρ. i. e. et viris tanquam mulieribus utens. V. ad §. 12. δούλοις χρῆσθαι. Etiam Bessario vertit: ipsis etiam viris ut mulieribus uteris. Ste-

μένη· οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζουσα, τῆς δ' ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον
31 κατακοιμίζουσα. Ἀθάνατος δὲ οὖσα ἐκ θεῶν μὲν ἀπέρριψαι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀτιμάζῃ· τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς, ἀνήκοος εἶ, καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου θεάματος ἀθέατος· οὐδὲν γὰρ πώποτε σεαυτῆς ἔργον καλὸν τεθέασαι. Τίς δ' ἂν σοι λεγούσῃ τι πιστεύσειε; τίς δ' ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; οἱ νέοι μὲν ὄντες τοῖς σώμασιν ἀδύνατοί εἰσι, πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι,

τοὺς ἑαυτῆς φίλους] Sic Iunt. 1. 2. Basil. 1. 2. Voss. 2 Flor. A B C E. Stob. V. ad I, 4, 9.

§. 32. ἀγαπητὴ μὲν] Scil. οὖσα. V. adn. ad I, 4, 10. Edd.

phani correctionem quamvis acutissimam censeam, tamen nulla mihi videtur idonea esse causa, cur derelinquam vulgatam.

οὕτω γὰρ παιδεύεις — ὑβρίζουσα — κατακοιμίζουσα] Saepe participium complementum est verbi antecedentis cum pronomine demonstrativo coniuncti. Cyrop. I, 4, 15: οὕτω διῆγεν ὁ Κῦρος, πᾶσιν ἡδονῆς μὲν καὶ ἀγαθοῦ τινος συναίτιος ὤν, κακοῦ δὲ οὐδενὶ οὐδενός. VIII, 4, 5: καὶ ὁ Κῦρος δὲ οὕτως ἐσαφήνιζε μὲν τοὺς κρατιστεύοντας παρ' ἑαυτῷ, εὐθὺς ἀρξάμενος ἐξ ἕδρας καὶ παραστάσεως. V. nos in Gr. T. II. §. 663. XI. Adde Bremium ad Lysiam c. Poliarchum §. 19. Verbum κατακοιμίζειν proprie est consopire; dein eleganti metaphora transfertur ad eum, qui tempus inutiliter consumit et quasi somno obruit, uti h. l. diei optimam partem inutiliter quasi somno obruens. Cf. §. 33: διὰ τοῦτον (τὸν ὕπνον) μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. Ceterum totus hic locus ἀντιθέσεων vi mirifice sese commendat.

παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους] V. Var. Lectt. Paulo post ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ. V. adn. in I, 4, 9. Quod autem deinde in omnibus codd. et edd. constanter legitur οὐδὲν γὰρ πώποτε σεαυτῆς ἔργον καλὸν τεθέασαι, non ἑαυτῆς, mirum videri non debet. Nam hic longe alia ratio est, atqui in illis locis. In verbis παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους vel omisso ἑαυτῆς oratio satis clara esset; contra in verbis οὐδὲν πώποτε σεαυτῆς ἔργον καλὸν τεθέασαι omnis rei cardo in efferenda secunda persona vertitur.

§. 31. ἀκούσματος] Hieron. I, 14: τοῦ μὲν ἡδίστου ἀκροάματος ἐπαίνου οὔποτε σπανίζετε: ubi v. Frotscher. p. 15. Cicero pro Archia poet. IX, 32: Themistoclem dixisse aiunt, quum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: Eius, a quo sua virtus optime praedicaretur.

λεγούσῃ τι πιστεύσειε] Pronomen τι iunge cum πιστεύσειε, ut τινὸς cum ἐπαρκέσειεν. V. ad I, 2, 60.

θιάσου] Per ironiam utitur illustri vocabulo θιάσου, quod proprie significat coetum hominum ad deorum sacra obeunda congregatum. Xen. Symp. VIII, 1: τοῦ θεοῦ τούτου θιασῶται

ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες, τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι, τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι. Ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν 32
θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς· ἔργον δὲ καλὸν οὔτε θεῖον οὔτε ἀνθρώπινον χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται· τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις, οἷς προσήκει, ἀγαπητὴ μὲν συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις, εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις, ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ

pr. Paris. Brod. Stob. Bessario et Par. F. perperam addunt γάρ, ut supplendum sit εἰμί: quod h. l. durissimum foret.

(huius dei sodales): ubi plura contulit Herbstius p. 127.

οἵ] Scil. θιασῶται. De numero plurativo κατὰ σύνεσιν posito v. Matthiae. Gr. T. II. §. 434. b. Rost. §. 100. p. 470. Kühner. T. II. §. 418. Infra 2, 3: αἱ πόλεις παύσοντες. III, 5, 20. post ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή sequitur τούτοις.

τρεφόμενοι] Ruhnkenius legendum suspicatur φερόμενοι: quam quidem coniecturam ingeniosissimam sane omnes fere editores receperunt. Ego vero, cur a lectione omnium librorum auctoritate suffulta recedendum et ad coniecturam confugiendum sit, nullam video causam. Immo pulcherrimarum ἀντιθέσεων vis multo clarius in vulgata lectione, quam in illa coniectura exsplendescit. Voluptatis socii sine labore nitidi (i. e. in omnium rerum affluentia) per iuventutem aluntur (i. e. ab aliis se ali patiuntur); cum labore squalidi (i. e. in omnium rerum penuria) per senectutem transeunt. Quamdiu igitur iuvenes sunt, a parentibus vel affinibus aluntur et sine labore in omni rerum affluentia ingenio suo indulgere possunt; senes autem facti et parentum aliorumque auxilio orbati, quum molles et effeminati, nulla bona arte instructi, non habeant, unde vivant, aerumnosam et squalidam aetatem transigunt. Contra si Xenophon scripsisset φερόμενοι, huic verbo sine dubio non περῶντες, quod simpliciter est transire, sed aliud verbum, quod lentitudinis significationem haberet, opposuisset.

§. 32. παρὰ ἀνθρώποις, οἷς προσήκει] H. e. παρ' οἷς προσήκει ἐμὲ τιμᾶσθαι. Infra III, 7, 3: ἐν ταῖς συνουσίαις, αἷς σύνει τοῖς τὰ τῆς πόλεως πράττουσι. Symp. IV, 1: ἐν τῷ χρόνῳ, ᾧ ὑμῶν ἀκούω: ubi v. Bornemannum et Herbstium. Hieron. I, 11: ἔρχονται καὶ εἰς τὰς πόλεις, ἂς ἂν βούλωνται: ubi v. Frotscherum p. 14. Rarius praepositio repetitur. Cf. infra III, 3, 6: ἐν τοιούτοις — χωρίοις, ἐν οἷοιπερ. V. Matthiae. T. II. §. 595. c. Kühner. T. II. §. 625. 3. De Latinis cf. Cicer. de Fin. IV, 20: Platonem eadem esse in sententia, qua tyrannum Dionysium. V. nos ad Cicer. Tuscul. I, 39, 94. p. 144. De infinitivo τιμᾶσθαι ex antecedente verbo finito (τιμῶμαι) ἀπὸ κοινοῦ

πόνων, βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀφί-
33 στη δὲ φιλίας κοινωνός. Ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φί-
λοις ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυ-
σις· ἀνέχονται γὰρ, ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν.
Ὕπνος δ' αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων ἢ τοῖς ἀμόχθοις, καὶ
οὔτε ἀπολείποντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον
μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. Καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν
πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς
τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται· καὶ ἡδέως μὲν τῶν πα-
λαιῶν πράξεων μέμνηνται, εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδον-
ται πράττοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπη-
τοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν· ὅταν δ' ἔλθῃ τὸ πε-
πρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ
μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. Τοι-
αῦτά σοι, ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν Ἡράκλεις, ἔξεστι
διαπονησαμένῳ τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆ-
34 σθαι. Οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' Ἀρετῆς
Ἡρακλέους παίδευσιν, ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι
μεγαλειοτέροις ῥήμασιν ἢ ἐγὼ νῦν. Σοὶ δ' οὖν ἄξιον,
ὦ Ἀρίστιππε, τούτων ἐνθυμουμένῳ πειρᾶσθαί τι καὶ
τῶν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον τοῦ βίου φροντίζειν.

§. 33. ἀπολείποντες] Sic Voss. 2. Vindob. uterque et Flor. ABCK. pro vulg. ἀπολιπόντες, ut est in DGH. et Stob.

repetendo v. nos in Gr. T. II. §. 852. g. Infra III, 8, 3: οὔτ' οἶδα, ἔφη, οὔτε δέομαι sc. εἰδέναι. Frequentissima est haec omissio in verbis προσήκει, ἔοικε, εἰκός ἐστι, δεῖ, χρή, similibus. Infra II, 6, 22: μὴ λυπεῖν, οὓς μὴ προσήκει. 7, 6: ἐργάζεσθαι ἃ καλῶς ἔχει. III, 11, 1: ἐπιδεικνύειν —, ὅσα καλῶς ἔχοι sc. ἐπιδεικνύειν. IV, 5, 7: ἐπιμελεῖσθαι ὧν προσήκει.

§. 33. ἡδεῖα — ἀπόλαυσις] Cf. I, 6, 5.

εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες] Attende ad exquisitiorem verborum collocationem, quae nata est e studio τῶν ἀντιθέσεων concinnitatem servandi. Nam vocula εὖ proprie cum πράττοντες coniungenda erat. Alia est causa Cyrop. I, 6, 24: εὖ γὰρ οἶμαι δεῖν ποιοῦντα φανερὸν εἶναι.

θάλλουσι] Cicer. Tusc. I, 49. init.: Harmodius in ore et Aristogito, Lacedaemonius Leonidas, Thebanus Epaminondas vigent.

Τοιαῦτα] De asyndeto v. ad I, 1, 9. τοὺς τὰ τοιαῦτα.

μακαριστοτάτην] Haec superlativi forma, ad positivum μακαριστός a verbo μακαρίζω referenda, Xenophontis propria est. Apolog. extr. ἀξιομακαριστότατον. At Cyrop. VII, 2, 27. utitur forma μακαριωτάτην. Cf. Bornemannum ad Apolog. l. d. p. 79. ed. 1824.

§. 34. τὴν ὑπ' Ἀρετῆς

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Agit hoc caput, quo Socratis cum filio suo Lamprocle matri irato colloquium continetur, de liberorum in parentes pietate. Pulcherrimus est locus, qui describit parentum, imprimis matris, in liberos amorem. Sententiae sic fere sese excipiunt:

a) Ingrati homines ii dicuntur, qui beneficiis affecti gratiam non referunt, quum possunt.

b) Ingrati in iniustorum numero referendi sunt (§. 1. 2).

c) Quo quis autem maioribus beneficiis affectus est, eo iniustior habendus est, qui gratiam non refert. Atqui maxima beneficia sunt ea ducenda, quae a parentibus, imprimis a matre, in liberos conferuntur (§. 3 — 6). Hinc sequitur, ut, licet difficilis et morosa sit, tamen filius, quum hanc educationis asperitatem non ex maligna mente, sed ex optimo consilio proficisci sciat, matrem pie colere debeat (§. 7 — 12). Quam grave autem crimen neglecta in parentes pietas ducatur, vel ex eo intelligitur, quod, qui id in se admisit, a civitate poena afficitur, et ab hominibus contemnitur (§. 13. 14).

Αἰσθόμενος δέ ποτε Λαμπροκλέα, τὸν πρεσβύτατον υἱὸν ἑαυτοῦ, πρὸς τὴν μητέρα χαλεπαίνοντα· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ παῖ, οἶσθά τινας ἀνθρώπους ἀχαρίστους 1

Cap. II. §. 1. *υἱὸν ἑαυτοῦ*] Par. F. et K. *αὐτοῦ*.

Ἡρακλέους παίδευμα] Observandum est verbi passivi structuram translatam esse ad substantivum verbale. Hieron. VII, 6: *αἱ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τιμαί εἰσι*: ubi v. Frotscherum p. 53. Cyrop. III, 3, 2: *ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ*. Comment. IV, 4, 4: *ὅτε τὴν ὑπὸ Μελήτου γραφὴν ἔφευγε*. Thuc. II, 65: *ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή*. Plat. Symp. p. 216. B: *ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν*. Protag. p. 354. A: *τὰς ὑπὸ τῶν λατρῶν θεραπείας*. Politic. p. 291. D: *τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν δυνασteίαν*. Similiter infra III, 10, 13: *τὸ μὲν ὑπὸ τῶν κλειδῶν καὶ ἐπωμίδων, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ὤμων* (sc. *βάρος*), i. e. onus partim a claviculis, partim ab humeris gestatum. Cf. Bernhardyum gr. Synt. p. 268. Kühner. Gr. T. II. §. 516. not. 4.

Cap. II. §. 1. *Λαμπροκλέα*] Filii Socratis tres fuerunt, Lamprocles, Sophroniscus, Menexenus. V. Cobetum Prosop. p. 57 sq. De Xanthippe v. Cobet. l. d. p. 56 sq.

καλουμένους; — Καὶ μάλα, ἔφη ὁ νεανίσκος. — Καταμεμάθηκας οὖν τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν; — Ἔγωγε, ἔφη· τοὺς γὰρ εὖ παθόντας, ὅταν δυνάμενοι χάριν ἀποδοῦναι μὴ ἀποδῶσιν, ἀχαρίστους καλοῦσιν. — Οὐκοῦν δοκοῦσί σοι ἐν τοῖς ἀδίκοις καταλογίζεσθαι τοὺς ἀχαρίστους; — Ἔμοιγε, 2 ἔφη. — Ἤδη δέ ποτ' ἐσκέψω, εἰ ἄρα, ὥςπερ τὸ ἀνδραποδίζεσθαι τοὺς μὲν φίλους ἄδικον εἶναι δοκεῖ, τοὺς δὲ πολεμίους δίκαιον, καὶ τὸ ἀχαριστεῖν πρὸς μὲν τοὺς φίλους ἀδικόν ἐστι, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους

Οὐκοῦν] Alii *οὔκουν*. Edd. vett. *οὐκ οὖν*, ut 3. II, 1, 5. V. Excurs. III.

§. 2. *δίκαιον, καὶ*] V. adn. — *πρὸς μὲν τοὺς φίλους*] Steph. sec. *πρ. τοὺς μὲν φ.* At Isocr. Paneg. c. 41: *πρὸς*

τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν;] Mira quadam dicendi brevitate pro: *καταμεμάθηκας οὖν, τίνας τὸ ὄνομα τοῦτο* (scil. *ἀχαρίστους*) *ἀποκαλοῦσιν, καὶ τί ποιοῦσιν οὗτοι, οὓς τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν*; Vel pro: *καταμεμάθηκας, τί ποιοῦσιν οὗτοι, οὓς τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν*; Sic saepe apud Graecos interrogatio instituitur, ut, sive interrogatio sit recta, sive obliqua, uti h. l., participio cum articulo posito et inter utrumque pronomine interrogativo interiecto duae interrogationes in unam conflentur. Hac ratione fit, ut eiusmodi interrogatio e duabus in unam confusa formam induat interrogationis rectae. Loci nostro plane gemini sunt Plat. de Rep. p. 332. C. Symp. p. 206. B: *Ὅτε δὴ τούτου ὁ ἔρως ἐστίν, ἢ δ' ἥ, τῶν τίνα τρόπον διώκόντων αὐτὸ* (sc. *τὸ ἀγαθὸν αὐτοῖς ἀεὶ εἶναι*) *καὶ ἐν τίνι πράξει ἡ σπουδὴ καὶ ἡ σύντασις ἔρως ἂν καλοῖτο*; Cf. exempla a Bornemanno ad Symp. VIII, 36. allata. V. Matthiae. T. II. §. 567. Rost. §. 123b. c. Kühner. T. II. §. 843, 2. De duplici accusativo cf. Oecon. VII, 3: *καλοῦσί με τοῦτο τὸ ὄνομα*. V. Stallbaum. ad Plat. Phaedr. p. 238. A. Matthiae. T. II. §. 420. not. 2. b. Rost. §. 486. not. 5. Kühner. T. II. §. 558. b.

καταλογίζεσθαι] Zeunius post hoc verbum intelligi vult infinitivum *δεῖν*. Nihil intelligendum est, sed res sic animo conformanda. Ubi post verba credendi, ut *νομίζειν, οἴεσθαι, ἡγεῖσθαι, δοκεῖν*, similia, infinitivus *δεῖν* omissus videtur, in verbis illis aut consilii voluntatisve, aut probandi, vel aequum necessariumve censendi notio latet. Cf. exempla a Lobeckio ad Phryn. in Pareng. p. 753 sqq. et a nobis in Gr. T. II. §. 638. p. 337. allata. Sic infra III, 8, 1. 9, 4. V. Bornemannum ad Sympos. IV, 42. p. 138 sq. et Cyrop. IV, 5, 16. VIII, 1, 12. ed. Goth. Krügerum ad Anab. I, 2, 1.

§. 2. *Ἤδη δέ*] V. ad I, 3, 13. *τοὺς δὲ καλούς*. — *εἰ ἄρα*, num forte, ob nicht vielleicht. Cf. ad I, 1, 8. *δῆλον, εἰ ἀνιάσεται*.

δίκαιον, καὶ τὸ ἀχαριστεῖν] Sic edd. pr. cum codd. Par. omnibus (nisi quod et hi et illae *δίκαιον εἶναι καὶ τό* exhi-

δίκαιον; — Καὶ μάλα, ἔφη· καὶ δοκεῖ μοι, ὑφ' οὗ ἄν τις εὖ παθὼν εἴτε φίλου εἴτε πολεμίου μὴ πειρᾶται χάριν ἀποδιδόναι, ἄδικος εἶναι. — Οὐκοῦν, εἴ 3
γε οὕτως ἔχει τοῦτο, εἰλικρινής τις ἂν εἴη ἀδικία ἡ ἀχαριστία; — Συνωμολόγει. — Οὐκοῦν, ὅσῳ ἄν τις μείζω ἀγαθὰ παθὼν μὴ ἀποδιδῷ χάριν, τοσούτῳ ἀδικώτερος ἂν εἴη; — Συνέφη καὶ τοῦτο. — Τίνας οὖν, ἔφη, ὑπὸ τίνων εὕροιμεν ἂν μείζονα εὐεργετημένους ἢ παῖδας ὑπὸ γονέων; οὓς οἱ γονεῖς ἐκ μὲν οὐκ ὄντων ἐποίησαν εἶναι, τοσαῦτα δὲ καλὰ ἰδεῖν καὶ τοσούτων

μὲν τοὺς φίλους — πρὸς δ' ἐχθρούς. V. Gr. T. II. §. 733, 1.

§. 3. *ὑπὸ γονέων*] Sic Zeun. auctore Stephano e Stob. L. et Par. G., qui *ὑπό* suprascriptum habet, pro vulg. *ἀπό*.

bent). Stephani secunda ante vocalem *καί* addit *οὕτω*: quod in omnes fere editiones migravit. Etiam Bessario vertendo expressit, nec ignorat Stobaeus p. 463. At recte Sauppius comparat IV, 4, 7: *ὥςπερ σύ, καὶ ἐγώ*. Omissi *οὕτως* exempla frequentissima sunt, ubi alterum comparationis membrum per *ὥςπερ* inductum alteri subiungitur. Idem V. D. comparat Cyrop. I, 6, 3. V, 2, 12. Adde Apol. 33: *ὥςπερ οὐδὲ πρὸς τἆλλα τἀγαθὰ προσάντης ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλακίσατο*. Cf. infra III, 1, 4. et Bornemannum ad Apol. l. d. p. 78. et Lamb. Bosium de ellips. p. 778. ed. Schaef.

ὑφ' οὗ ἄν τις] Est genus attractionis, quo enuntiatio relativa conformatur ad enuntiationem sibi subiectam, vel, ut h. l., ad participium sibi subiectum. Nam ex nostrae linguae ratione oratio sic constituenda est: *καὶ δοκεῖ μοι, ὅςτις ἄν, ὑπό τινος εὖ παθὼν* (vel *ἐὰν ὑπό τινος εὖ πάθῃ*), *μὴ πειρᾶται χάριν ἀποδιδόναι, ἄδικος εἶναι*. Cf. §. 6. V. nos in Gr. T. II. §. 791. Eadem dicendi ratio in lingua Latina frequentissima est. V. G. T. A. Krüger.: Untersuchg. a. d. Geb. d. lat. Spr. III. §. 96. p. 239 sqq. et nos ad Cicer. Tusc. 1, 34, 84.

§. 3. *εἴ γε οὕτως ἔχει, — ἂν εἴη*] Infra III, 11, 3: *εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἐμὲ ἂν δέοι ὑμῖν τῆς θέας χάριν ἔχειν*. Cyrop. II, 1, 8: *εἰ οὖν οὕτως ἔχει, — τί ἂν ἄλλο τις κρεῖττον εὕροι, ἢ πέμπειν ἐς Πέρσας*. Plura exempla collegimus in Gr. T. II. §. 817. b. (Gr. schol. §. 679. b.) De vocabulo *εἰλικρινής* et h. l. et Cyrop. VIII, 5, 14. nulla lectionis diversitas enotata est; sed C. Ern. Chr. Schneiderus ad Plat. Civ. V. p. 477. A. (T. II. p. 123 sq.) doctissime demonstravit hoc vocabulum cum aspero spiritu ab Atticis pronuntiatum fuisse.

μείζω ἀγαθὰ] Unus cod. Par. D. exhibet *μείζονα*, uti paulo post legitur *μείζονα εὐεργετημένους*. At promiscuus plane fuit solutarum et contractarum formarum usus. Cyrop. III, 3, 20. *βελτίονας* et *βελτίους*. Agesil. II, 7. *ἐλάττους* et *χείρονας*. Cf. Sauppium ad h. l. Bornemannum ad III, 3, 5. et Grammaticas.

Τίνας — ὑπὸ τίνων] De hac duarum enuntiationum interrogativarum in unam confusione

ἀγαθῶν μετασχεῖν, ὅσα οἱ θεοὶ παρέχουσι τοῖς ἀνθρώποις· ἃ δὴ καὶ οὕτως ἡμῖν δοκεῖ παντὸς ἄξια εἶναι, ὥστε πάντες τὸ καταλιπεῖν αὐτὰ πάντων μάλιστα φεύγομεν· καὶ αἱ πόλεις ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι ζημίαν θάνατον πεποιήκασιν, ὡς οὐκ ἄν μείζονος κακοῦ
4 φόβῳ τὴν ἀδικίαν παύσοντες. Καὶ μὴν οὐ τῶν γε ἀφροδισίων ἕνεκα παιδοποιεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνεις, ἐπεὶ τούτου γε τῶν ἀπολυσόντων μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοί, μεστὰ δὲ τὰ οἰκήματα· φανεροὶ δ' ἐσμὲν καὶ σκοπούμενοι, ἐξ ὁποίων ἂν γυναικῶν βέλτιστα

§. 4. *Καὶ μὴν οὐ — ὑπολαμβάνεις*] Sic edd. pr. cum Par. A B C D E F G. Leunclav. ed. *ὑπολαμβάνοις*, Castalio *καὶ μὲν οὐ — ὑπολαμβάνει*. Schn. c. Brod. *ὑπολάμβανε* et c. Schütz. *μή που* pro *μὴν οὐ*. In loco planissimo haesisse viros doctos mirum est. — *τούτου γε*] V. adn. — *τέκνα γένοιτο*] K. H. *γένοιντο*.

v. Rost. §. 123b. 10. d. Kühner. T. II. §. 843, 1.

ἃ δή] H. e. quae, uti satis constat. Hanc vim saepe habet particula *δή*. V. nos in Gr. T. II. §. 692. Cf. II, 1, 21: *ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται*. III, 5, 11: *οἳ δὴ καὶ λέγονται κτλ.* Hieron. XI, 8: *οὗ δὴ σὺ ἐπιθυμῶν τυγχάνεις*, quod te concupiscere constat. Plat. Phaedr. p. 242. A: *σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἴσταται ἡ δὴ καλουμένη σταθερά*, uti recte legitur pro *ἤδη*.

ὥστε — φεύγομεν] V. ad I, 2, 31.

ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι] Praepositio *ἐπί* cum dativo iuncta h. l. eadem potestate posita est, qua in loquutione *νόμους θέσθαι ἐπί τινι*. V. nos in Gr. T. II. §. 612. (Gr. schol. §. 532.)

ζημίαν θάνατον πεποιήκασιν] Recte observat Sauppius dici solere *θάνατος ἡ ζημία ἐστίν*, at *θάνατον ζημίαν τάττειν, ἐπιτίθεσθαι, ποιεῖν*. Cf. Poppo nem ad Thuc. P. III. Vol. 2. p. 101. et 644. et Stallbaumium ad Plat. Protag. p. 325. B. Scilicet in priore loquutione articulus additus indicat subiectum, in posteriore nomen *ζημίας* non vim subiecti habet, sed vocabulo *θανάτου* accuratioris explicationis causa (als Strafe) adiectum est. Maetznerus ad Antiphont. Or. V. p. 134, 34. *ἡ ζημία* interpretatur sua atque merita poena. Nomen *θανάτου* articulo carere solere, nominum propriorum rationem sequutum, in vulgus notum est. Apolog. §. 1: *ἡγεῖτο αἱρετώτερον εἶναι τοῦ βίου θάνατον*: ubi v. Bornemannum p. 33. in ed. 1824.

ὡς οὐκ ἄν — παύσοντες] H. e. existimantes se non gravioris mali metu iniuriam coercituros fore. De particula *ὡς* participio addita v. Rost. Gr. §. 130. p. 678. Kühner. T. II. §. 671; de partic. *ἄν* v. Rost. §. 120. p. 591. Kühner. T. II. §. 671.

§. 4. *Καὶ μὴν — γε*] V. ad I, 4, 12. Dein *τούτου γε τῶν ἀπολυσόντων* v. ad II, 1, 5. Singularis numerus *τούτου* non ad solum substantivum *ἀφροδισίων* referendus est, sed ad universam antecedentium verborum notionem, scil. ad *τὸ τῶν ἀφροδισίων*

ἡμῖν τέκνα γένοιτο, αἷς συνελθόντες τεκνοποιούμεθα. Καὶ ὁ μέν γε ἀνὴρ τήν τε συντεκνοποιήσουσαν ἑαυτῷ τρέφει, καὶ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι παισὶ προπαρασκευάζει πάντα, ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς πρὸς τὸν βίον, καὶ ταῦτα ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα· ἡ δὲ γυνὴ ὑποδεξαμένη τε φέρει τὸ φορτίον τοῦτο, βαρυνομένη τε καὶ κινδυνεύουσα περὶ τοῦ βίου, καὶ μεταδιδοῦσα τῆς τροφῆς ἧς καὶ αὐτὴ τρέφεται, καὶ σὺν πολλῷ πόνῳ διενέγκασα καὶ τεκοῦσα τρέφει τε καὶ ἐπιμελεῖται, οὔτε προπεπονθυῖα οὐδὲν ἀγαθὸν, οὔτε γι-

§. 5. *Καὶ ὁ μέν γε*] Sic ABCDFHL. et Stob. cod. pro *καὶ ὁ μὲν γάρ*, quod est in Iunt. Par. cod. Par. G. — Ceterae edd. et Par. E. omitt. — *ἧς καὶ αὐτὴ τρέφεται*] V. adn. — *διενέγκασα*] Stob. et F. *διενεγκοῦσα*. V. adn. — *γιγνῶσκον*] Quatuor Par. *γινῶσκον*. V. Exc. I.

ἐπιθυμεῖν. Cf. Gr. T. II. §. 421. not. 2. De collocatione articuli v. ad I, 6, 13. *τὴν σοφίαν τοὺς μὲν πωλοῦντας*. Denique vett. edd. Par. A E H. et Vindob. 1. exhibent *τοῦ γε* pro *τούτου γε*, quod habet Stob. L. et a prima manu Par. D. omisso *γέ*. Illam lectionem *τοῦ γε* praeeunte Schützio reposuit Schneiderus, reiecit Bornemannus, defendit Sauppius ad III, 10, 4., ubi pro *Οὐκοῦν τοῦτό γε μιμητὸν ἐν τοῖς ὄμμασιν;* alii habent *Οὐκοῦν τό γε* —. At lapsus est V. D.; nam quos in partes vocavit locos, Plat. Euthyd. p. 291. A: *ἀλλὰ μὴν τό γε εὖ οἶδα, ὅτι* κτλ. Polit. p. 305. C: *τό γε δὴ καταφρονητέον*, nihil prorsus probant, quum in iis *τό γε* enuntiationis initio legatur, quod saepe fieri apud Platonem satis constat. At neque *τοῦ γε* pro *τούτου γε*, neque post *οὐκοῦν τό γε* pro *τοῦτό γε* apud Atticos solutae orationis scriptores usurpatum reperietur.

βέλτιστα] robustissima.

§. 5. *ὑποδεξαμένη τε — βαρυνομένη τε*] De duplici *τέ* v. ad I, 1, 14. Ceterum observandum est posterius *τέ* particulis *καί — καί* excipi.

τῆς τροφῆς ἧς καὶ αὐτὴ τρέφεται] Sic cum Par. sex codicibus omnes edd. vett. praeter Steph., quae cum Stob. exhibet *ἣ καὶ* κτλ.: quod Schneiderus, Bornemannus, alii receperunt. Rarissimus est usus attractionis pronominis relativi, in dativo ponendi. Exemplis a me in Gr. T. II. §. 787. not. 4. collectis adde Aeschin. de F. Leg. 43: *παρ' ὧν μὲν βοηθεῖς οὐδεμίαν λήψει χάριν* pro: *παρὰ τούτων, οἷς βοηθεῖς*.

διενέγκασα] V. adnotata in I, 2, 53. *ἐξενέγκαντες*.

οὔτε γιγνῶσκον τὸ βρέφος — οὐδὲ σημαίνειν δυνάμενον] Editores ad unum omnes dicunt haec verba pendere e praecedente *τρέφει*. A. de Wannowski de construct. quae dicitur absoluta. p. 6. existimat absolutorum nominativorum structuram h. l. esse statuendam. Neutra ratio mihi placet. Prior duplici causa reiicienda est: primum, quod durissimum est haec verba referre ad verbum *τρέφει*, quum et verba *οὔτε προπεπον-*

γνῶσκον τὸ βρέφος ὑφ' ὅτου εὖ πάσχει, οὐδὲ σημαίνειν δυνάμενον, ὅτου δεῖται, ἀλλ' αὐτὴ στοχαζομένη τά τε συμφέροντα καὶ κεχαρισμένα πειρᾶται ἐκπληροῦν, καὶ τρέφει πολὺν χρόνον καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ὑπομένουσα πονεῖν, οὐκ εἰδυῖα, τίνα τούτων χάριν ἀπο-
6 λήψεται. Καὶ οὐκ ἀρκεῖ θρέψαι μόνον, ἀλλὰ καί, ἐπειδὰν δόξωσιν ἱκανοὶ εἶναι οἱ παῖδες μανθάνειν τι,

εὖ πάσχει] Sic Par. Steph. et Stob. pro συμπάσχει ceterarum edd. et G. — E. pr. manu habet αὐτοῦ εὖ πάσχειν. — καὶ κεχαρισμένα] Sic vulgo, neque aliter FGH. — Stob. καὶ τὰ κεχαρισμένα: quod cum Zeunio Schn. et Born. receperunt. V. in I, 1, 19. — καὶ νυκτὸς] Sic Vat. 1. Par. ABCD. Flor. A. Stob. et Bessar. interpret. Lat. pro νύκτας: quod respuit huius loci ratio. Significatur enim: Tags und Nachts, non: Tage und Nächte hindurch. — εἰδυῖα, τίνα] Stob. L. et Brodaei liber εἴ τινα τούτων. — Schn. coni. πολὺν μὲν χρόνον — οὐκ εἰδυῖα δέ. V. ad I, 1, 18.

§. 6. ἃ μὲν ἂν] Edd. pr. codd. Par. EFG. et ed. Par. omitt.

θυῖα οὐδὲν ἀγαθόν interiecta sint, et, si ad antecedens verbum referenda essent, certe non ad prius τρέφει, sed potius ad posterius verbum ἐπιμελεῖται referendum esset; deinde, quod tota orationis conformatio ita est comparata, ut ex ea luculenter appareat haec duo orationis membra, per particulas οὔτε — οὔτε inducta, a prioribus verbis esse disiuncta. Altera ratio propterea displicet, quod, quae a VV. DD. dici haberique solet nominativorum absolutorum structura, nulla est, sed, quae ad confirmandam hanc sententiam afferuntur exempla, in iis aut accusativi absoluti accipiendi, aut nominativi vel ex orationis ἀνακολουθίᾳ, vel ex oratorio quodam dicendi genere explicandi sunt. Quid igitur statuamus de loco, quem nunc tractamus? Scilicet oratio vulgaris grammaticae regulis adstricta sic debebat decurrere: τεκοῦσα τρέφει τε καὶ ἐπιμελεῖται, οὔτε προπεπονθυῖα οὐδὲν ἀγαθόν, οὔτε γιγνώσκοντος τοῦ βρέφους, ὑφ' ὅτου εὖ πάσχει, οὐδὲ σημαίνειν δυναμένου, ὅτου δεῖται, ἀλλ' αὐτὴ στοχαζομένη τά τε συμφέροντα καὶ κεχαρισμένα πειρωμένη ἐκπληροῦν· καὶ τρέφει κτλ. At Xenophon, anxia grammatici ἀκριβείᾳ contempta, totam orationem ῥητορικῶς conformavit. Primum pro genitivis absolutis γιγνώσκοντος τοῦ βρέφους posuit nominativos membrorum concinnitatis servandae causa, quia haec verba utrinque nominativis (προπεπονθυῖα et στοχαζομένη) cincta sunt. Deinde orationis gravitate permotus pro participio πειρωμένη posuit verbum finitum πειρᾶται. Cf. adnotata in II, 1, 30. Denique verbis καὶ τρέφει πολὺν χρόνον κτλ. antecedentia breviter repetuntur, et quidem novis aucta sententiis, quibus incredibilis matris in infantes declararetur caritas. In καί igitur latet, ut saepe, vis: et quidem.

οὐδὲ — δυνάμενον] Ernestius et Schneiderus ex Hindenburgii coniectura ediderunt οὔτε. Temere; saepissime enim post οὔτε infertur οὐδέ (und nicht). V. Bornemannum ad Anab. III, 2, 27. Rost. Gr. §. 134. not. 2. Kühner. T. II. §. 743. n. 4.

ἃ μὲν ἂν αὐτοὶ ἔχωσιν οἱ γονεῖς ἀγαθὰ πρὸς τὸν βίον, διδάσκουσιν· ἃ δ' ἂν οἴωνται ἄλλον ἱκανώτερον εἶναι διδάξαι, πέμπουσι πρὸς τοῦτον δαπανῶντες, καὶ ἐπιμελοῦνται πάντα ποιοῦντες, ὅπως οἱ παῖδες αὐτοῖς γένωνται ὡς δυνατὸν βέλτιστοι. — Πρὸς ταῦτα ὁ νεανίσκος ἔφη· Ἀλλά τοι, εἰ καὶ πάντα ταῦτα πεποίηκε καὶ ἄλλα τούτων πολλαπλάσια, οὐδεὶς ἂν δύναιτο αὐ- 7

ἄν, et deinde Par. et cod. F. ἔχουσιν pro ἔχωσιν. — ἃ δ' ἂν] Sic Par. Stob. et Steph. — Edd. pr. et Par. E.G. pr. m. ἀλλ' ἄν: unde Born. susp. ἀλλ' ἂν οἴωνται. — ὅπως γένωνται] V. adn. Codd. A.L. παῖδες αὐτοῖς ἀγαθοὶ γένωνται καὶ ὡς δυν. β. — K. γένωνται ἀγαθοὶ καὶ ὡς δ. β. Etiam H. addit ἀγαθοί.

§. 7. εἰ καὶ πάντα ταῦτα] Voss. 1. εἰ καὶ ταῦτα πάντα. Vat. 1. D. F. εἰ πάντα ταῦτα, Stob. εἰ πάντα πεποίηκε. — Utrumque recte dicitur, πάντα ταῦτα, ut II, 7, 5. IV, 4, 24. et ταῦτα πάντα, ut II, 6, 22. IV, 2, 27. V. Bornem., qui plura contulit, et Saupp. ad Hipparch. VI, 5.

§. 6. ἐπιμελοῦνται πάντα ποιοῦντες, ὅπως οἱ παῖδες αὐτοῖς γένωνται] Bornemannus aliique, codicis Parisiensis F. auctoritatem sequuti, scripserunt: ὅπως ἂν οἱ παῖδες γένοιντο. Non nego equidem hanc lectionem mihi quoque arrisuram esse, si aliorum codicum auctoritate firmaretur. Nunc autem suspicari mihi videor manum emendatricem, quam etiam alias in hoc codice non raro deprehendimus. Nam quum structura: ἐπιμελοῦμαι, ὅπως ἂν γένοιτο, apud Xenophontem frequentissima sit (v. Bornemannum ad Symp. VII, 2. ad Cyrop. I, 2, 10. in ed. Lips. 1838. et imprimis Popponem ad Cyrop. I. d. p. 12. et nuper Sauppium ad R. Equ. IX, 3.), facile fieri potuit, ut doctus librarius hanc etiam huic loco tanquam vere Xenophonteam inferret. Quare acquiescendum puto in lectione vulgata: ὅπως οἱ π. αὐτοῖς γένωνται (v. Var. Lectt.): cuius structurae exempla collegit Bornemannus ad Sympos. VIII, 25. p. 203. Structura coniunctionis ὅπως cum indicativo futuri vel cum coniunctivo post verba curandi legitima est. Quid discriminis inter coniunctivum et indicativum sit, satis constat. Schneiderus aut ὅπως ἂν γένωνται aut ὅπως γένοιντο scribendum censet. At posterius a grammaticae norma abhorret; priorem constructionem (ὅπως ἄν c. coniunct.) Poppo ad Cyrop. I, 2, 10. p. 12. docet minus probari Xenophonti; pleraque enim eius exempla, ut Cyrop. I, 6, 3. IV, 5, 57. VIII, 3. 6., dubia esse: quae quidem opinio etsi exemplis a Bornemanno ad h. l. et ad Anab. VI, 1, 17. allatis infirmatur (v. Cyrop. V, 5, 48. VIII, 3, 6. De re equ. IV, 3. Hellen. I, 6, 9.), tamen, cur h. l. invitis codicibus et libris editis ἄν addamus, nulla prorsus excogitari potest causa.

§. 7. ὁ νεανίσκος ἔφη] V. ad I, 2, 9. ὁ κατήγορος ἔφη. De verbis ἀλλά τοι v. ad I, 2, 36.

εἰ — πεποίηκε —, οὐδεὶς ἂν δύναιτο] V. ad I, 2, 28: εἰ δ' αὐτὸς σωφρονῶν διατέλει, πῶς ἂν δικαίως τῆς οὐκ ἐνούσης αὐτῷ κακίας αἰτίαν ἔχοι; Ceterum ad πεποίηκε non mirum

τῆς ἀνασχέσθαι τὴν χαλεπότητα. — Καὶ ὁ Σωκράτης· Πότερα δὲ οἴει, ἔφη, θηρίου ἀγριότητα δυσφορωτέραν εἶναι, ἢ μητρός; — Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἔφη, τῆς μητρός, τῆς γε τοιαύτης. — Ἤδη πώποτε οὖν ἡ δακοῦσα κακόν τί σοι ἔδωκεν ἢ λακτίσασα, οἷα ὑπὸ
8 θηρίων ἤδη πολλοὶ ἔπαθον; — Ἀλλά, νὴ Δία, ἔφη, λέγει, ἃ οὐκ ἄν τις ἐπὶ τῷ βίῳ παντὶ βούλοιτο ἀκοῦσαι. — Σὺ δὲ πόσα, ἔφη ὁ Σωκράτης, οἴει ταύτῃ δυσάνεκτα καὶ τῇ φωνῇ καὶ τοῖς ἔργοις ἐκ παιδίου δυσκολαίνων καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς πράγματα παρασχεῖν, πόσα δὲ λυπῆσαι κάμνων; — Ἀλλ' οὐδεπώποτε αὐτήν, ἔφη, οὔτ' εἶπα οὔτ' ἐποίησα οὐδέν, ἐφ'
9 ᾧ ᾐσχύνθη. — Τί δ'; οἴει, ἔφη, χαλεπώτερον εἶναί σοι

§. 8. δυσάνεκτα] Schn. coni. δυσάνεκτα ποιῆσαι καὶ — πράγματα παρασχών. Born. πράγματα expellendum putat. Nihil tentandum. Recte inter δυσάνεκτα et πράγματα ea sunt interiecta, quibus explicatur, in quibus rebus illa δυσάν. πρ. cernantur.

§. 9. εἰδώς, ὡς, ὅ τι] Ed. Rom. et K. dant εἰδὼς ὡς

est, quod non adiiciatur ἡ ἐμὴ μήτηρ: Lamprocles enim suam tantum matrem in animo habet.

τούτων πολλαπλάσια] V. Rost. Gr. §. 109. not. 7. Kühner. T. II. §. 540. β. p. 198 sq. (Gr. schol. §. 468.)

χαλεπότητα] Cf. Symp. II, 10.

Πότερα δὲ] V. ad I, 3, 13.

τῆς μητρός, τῆς γε τοιαύτης] Schneiderus et Herbstius cum Stobaeo articulum τῆς ante μητρός omiserunt. Perperam. Socrates quidem recte dixit μητρός sine articulo, ut qui generatim de matre loqueretur; Lamprocles autem, qui de sua tantum matre cogitaret, articulum apte addidit. Hic enim non dicere vult se cuiuslibet durae matris saevitiam minus tolerabilem, quam ferarum iudicare, sed suae matris, τῆς γε τοιαύτης, i. e. quum talis, tam saeva sit.

πώποτε] Haec particula, significans noch jemals, cuius propria sedes est in enuntiationibus negativis, ut Anab. V, 5, 9: οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πώποτε ὑπηρξαμεν κακῶς ποιοῦντες, pari iure etiam in enuntiationibus interrogativis, quippe in quibus vis negativa insit, usurpatur. Infra IV, 2, 24: εἰς Δελφοὺς δὲ ἤδη πώποτε ἀφίκου; ubi Bornemannus confert Hellen. III, 5, 14. alia. Adde infra IV, 4, 11: ἦσθησαι οὖν πώποτέ μου κτλ.; 5, 9: ἐκεῖνο δὲ ἤδη πώποτε ἐνεθυμήθης; Thuc. III, 45, 2. Praeterea etiam locum habet post coniunctiones conditionales, ut εἴ τι πώποθ' ὑμᾶς οὗτοι ἠδίκησαν Anab. V, 4, 6. (Bornem. comp. Cyrop. VI, 4, 5. Aristoph. Acharn. 380.); deinde post pronomina relativa (Sauppius comp. Plat. Apol. p. 19. D: ὅσοι ἐμοῦ πώποτε ἀκηκόατε διαλεγομένου); denique etiam additur participiis in enuntiationes relativas resolvendis, ut οἱ ἐμοῦ πώποτε ἀκηκοότες. Cf. Poppo nem ad Thuc. P. III. Vol. 2. p. 647.

ἀκούειν ὧν αὐτὴ λέγει, ἢ τοῖς ὑποκριταῖς, ὅταν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἀλλήλους τὰ ἔσχατα λέγωσιν; — Ἀλλ', οἶμαι, ἐπειδὴ οὐκ οἴονται τῶν λεγόντων οὔτε τὸν ἐλέγχοντα ἐλέγχειν, ἵνα ζημιώσῃ, οὔτε τὸν ἀπειλοῦντα ἀπειλεῖν, ἵνα κακόν τι ποιήσῃ, ῥᾳδίως φέρουσι. — Σὺ δ' εὖ εἰδὼς, ὡς, ὅ τι λέγει σοι ἡ μήτηρ, οὐ μόνον οὐδὲν κακὸν νοοῦσα λέγει, ἀλλὰ καὶ βουλομένη σοι ἀγαθὰ εἶναι, ὅσα οὐδενὶ ἄλλῳ, χαλεπαίνεις; ἢ νομίζεις κακόνουν τὴν μητέρα σοι εἶναι; — Οὐ δῆτα, ἔφη, τοῦτό γε οὐκ οἶμαι. — Καὶ ὁ Σωκράτης· Οὐκοῦν, ἔφη, σὺ ταύτην, εὔνουν τέ σοι οὖσαν καὶ ἐπιμελομένην, ὡς μάλιστα δύναται, κάμνοντος, ὅπως ὑγιαίνῃς τε καὶ ὅπως τῶν ἐπιτηδείων μηδενὸς ἐνδεὴς

ὅτι (i. e. ὅ τι, quicquid): quae lectio non dubito quin a Xenophontis manu profecta sit. Etiam Bessario vertit: quod quicquid mater dicit. Quare eam in verborum ordinem recepi. Stob. habet εἰδὼς ὅτι ἃ λέγει: quod post Stephanum omnes edd. reposuerunt.

§. 8. ἐπὶ τῷ βίῳ παντὶ] V. ad II, 1, 18. ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι.

πόσα — πόσα δὲ] V. ad I, 1, 1. ἀδικεῖ Σωκράτης — ἀδικεῖ δέ.

εἶπα] Haec forma apud Atticos rarius usurpatur, multo minus rara secunda persona εἶπας, ut infra III, 10, 3. Symp. IV, 56. Oecon. XV, 3. XIX, 14. Cyrop. II, 2, 19. VI, 3, 20. Anab. V, 8, 10. Bornemannus e codd. EFYH recepit: σὺ δ' εἶπας pro vulg. εἶπες. Primam pluralis εἴπαμεν refugiunt Attici; secundam vero εἴπατε frequentissime usurpant; tertia εἶπαν rara est: Sauppius comp. Hellen. III, 5, 24. IV, 1, 31. VII, 4, 4., quanquam alii his locis εἶπον, προεῖπον legunt. Symp. III, 2. tres codd. exhibent εἶπαν, ceteri εἶπον. Iidem tres codd. etiam IV, 56. habent εἶπαν, et cod. A., sed suprascripto ε. V. ibi Born. p. 148. Imperativi forma εἶπον etiam raro reperitur, ut III, 6, 3. ἀλλ' εἶπον ἡμῖν magno librorum et scriptorum et editorum consensu: ubi v. Bornem. Frequentissimum est εἰπάτω, ut Hieron. VIII, 3. de Rep. Ath. III, 6. προεἰπάτω; porro εἴπατε, ut Anab. II, 1, 21. VII, 6, 14. Hellen. VI, 1, 16. Cyrop. VII, 3, 2. V, 1, 23. III, 2, 28. IV, 2, 20.

§. 9. Sententiae sic cohaerent: Quemadmodum histriones in tragoediis gravissimis se invicem conviciis lacessentes non ira incenduntur, sed facile ferunt, quoniam sciunt vituperantem non laedendi causa vituperare, et minantem non damni inferendi causa minari: ita multo minus tu matri irasci debebis, quoniam scis eam tibi benevolam esse et te reprehendentem illud sequi consilium, ut tibi optima quaeque parentur, h. e. ut homo evadas continentissimus, probissimus, honestissimus.

§. 10. ὅπως ὑγιαίνῃς τε καὶ ὅπως — ἔσῃ] Par. L. et Stob. habent ὑγιανῇς, quod

ἔσῃ, καὶ πρὸς τούτοις πολλὰ τοῖς θεοῖς εὐχομένην ἀγαθὰ ὑπὲρ σοῦ, καὶ εὐχὰς ἀποδιδοῦσαν, χαλεπὴν εἶναι φῄς; ἐγὼ μὲν οἶμαι, εἰ τοιαύτην μὴ δύνασαι
11 φέρειν μητέρα, τἀγαθά σε οὐ δύνασθαι φέρειν. Εἰπὲ δέ μοι, ἔφη, πότερον ἄλλον τινὰ οἴει δεῖν θεραπεύειν, ἢ παρεσκεύασαι μηδενὶ ἀνθρώπων πειρᾶσθαι ἀρέσκειν, μηδ' ἕπεσθαι, μηδὲ πείθεσθαι μήτε στρατηγῷ μήτε
12 ἄλλῳ ἄρχοντι; — Ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε, ἔφη. — Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, καὶ τῷ γείτονι βούλει σὺ ἀρέσκειν, ἵνα σοι καὶ πῦρ ἐναύῃ, ὅταν τούτου δέῃ, καὶ ἀγαθοῦ τέ σοι γίγνηται συλλήπτωρ, καί, ἄν τι

§. 11. *μηδ' ἕπεσθαι*] Haec verba omitt. C D F H L. et Stob. Sequentia C. G. recte exhibent *μηδὲ πείθ.* pro *μήτε π.* Ceterum B. omitt. haec verba, et cum Stephano et Iuntina seclusit Zeun. V. adn.

Schneiderus propter sequens ἔσῃ in *ὑγιανεῖς* mutavit: eum sequutus est Herbstius. Par. H. et margo D. prae se ferunt *ὑγιαίνεις*, et codd. Stob. *ὑγιαίνοις*. Vulgata nullo modo tentanda erat. Satis frequentia sunt exempla, in quibus coniunctiones in duabus se excipientibus enuntiationibus cum diversis modis construuntur, semper tamen cum discrimine quodam sententiae. Sic h. l. primum positus est coniunctivus, quia consilii eventus magis aliunde, i. e. a deorum voluntate, quam ab eo, qui consilium concepit, pendet; dein autem sequitur indicativus futuri, quia alterius consilii effectio magis in matris potestate posita et proinde consilii eventus certior est. Cf. II, 4, 2., quanquam ibi lectio dubia est: *τοὺς πολλοὺς οὔτε ὅπως κτήσονται φροντίζοντας, οὔτε ὅπως οἱ ὄντες ἑαυτοῖς σώζωνται.* Conf. Bornemannum ad Symp. VIII, 25. p. 203, qui comparat Anab. IV, 6, 10: *ὅπως ὡς κράτιστα μαχούμεθα, — ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν τραύματα λάβωμεν, ὡς ἐλάχιστα δὲ σώματα ἀνδρῶν ἀποβάλωμεν.* Agesil. VII, 7.

πολλὰ τοῖς θεοῖς εὐχομένην] Recte vertit Sauppius: multa bona a diis precantem: quod alias (ut Cyrop. I, 6, 5) exprimitur per: *αἰτεῖσθαι ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν.* Infra III, 14, 3: *ὅταν γε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τοῖς θεοῖς εὔχωνται πολυκαρπίαν.* IV, 2, 36: *ὅ τι πρὸς τοὺς θεοὺς εὔχεσθαι χρή.* — *Εὐχὰς ἀποδιδόναι*, vota reddere, est persolvere, quae diis promiseris.

§. 11. *μηδενὶ — ἀρέσκειν, μηδ' ἕπεσθαι, μηδὲ πείθεσθαι — ἄρχοντι*] Verba *μηδ' ἕπεσθαι — ἄρχοντι* ab hoc loco aliena videntur, quum quae significant non sint arbitrii, sed officii, et idcirco cum verbis antecedentibus *θεραπεύειν* et *ἀρέσκειν*, quae ad arbitrium spectant, pugnare videantur. Quare Langius omnia post *ἀρέσκειν* usque ad *ἄρχοντι* abiicienda censet. Verum observandum est haec verba antecedentibus *μηδενὶ ἀρέσκειν* quasi illustratio-

σφαλλόμενος τύχῃς, εὐνοϊκῶς ἐγγύθεν βοηθῇ σοι; — Ἔγωγε, ἔφη. — Τί δέ; συνοδοιπόρον ἢ σύμπλουν, ἢ εἴ τῳ ἄλλῳ ἐντυγχάνοις, οὐδὲν ἂν σοι διαφέροι φίλον ἢ ἐχθρὸν γενέσθαι, ἢ καὶ τῆς παρὰ τούτων εὐνοίας οἴει δεῖν ἐπιμελεῖσθαι; — Ἔγωγε, ἔφη. — Εἶτα τούτων μὲν ἐπιμελεῖσθαι παρεσκευάσαι, τὴν δὲ 13
μητέρα τὴν πάντων μάλιστά σε φιλοῦσαν οὐκ οἴει δεῖν θεραπεύειν; οὐκ οἶσθ', ὅτι καὶ ἡ πόλις ἄλλης μὲν ἀχαριστίας οὐδεμιᾶς ἐπιμελεῖται, οὐδὲ δικάζει, ἀλλὰ περιορᾷ τοὺς εὖ πεπονθότας χάριν οὐκ ἀποδιδόντας, ἐὰν δέ τις γονέας μὴ θεραπεύῃ, τούτῳ δίκην

§. 12. *βούλει σὺ*] Sic Castal. Par. Steph. K. libri Brodaei. — BCFH. Vindob. 2. Stob. *βουλήσῃ* pro *βούλει σύ*. Non male. Ceterae edd. et Vindob. 1. *βούλει σοι*.

nis et accuratioris explicationis causa esse adiecta. Scilicet quum ex superiore sermone clare appareat Lamproclem filium matris admonitionibus et correctionibus obstinato animo refragari et adversari solitum esse, atque adeo obedientiam matri debitam non praestitisse: Socrates nunc placendi aliis studium revocat ad studium aliorum hominum voluntati obsequendi. Unde patere videtur verba *μηδ' ἕπεσθαι κτλ.* arcte cohaerere cum antecedentibus. Sequentia exempla nihil quidem habent commune cum isto aliis parendi studio; sed hoc nihil ad rem. Nam quoniam significavit tam aliis placendi, quam aliis parendi studium laudabile esse, in sequentibus exemplis redit ad placendi studium, cui tanquam pars subiectum est parendi studium. — Verba *συνώνυμα ἕπεσθαι* et *πείθεσθαι* composuisse videtur ad maiorem orationi concinnitatem conciliandam. Prius enim, quod magis spectat ad corpus, referendum est ad *στρατηγῷ*, posterius, quod animi est, ad *ἄλλῳ ἄρχοντι*. Cf. Anab. I, 3, 6., quanquam ibi lectio dubia est.

§. 12. *οὐδὲν ἂν σοι διαφέροι φίλον ἢ ἐχθρὸν γενέσθαι*] Sic verbum *διαφέρει* (refert) cum accusativo quantitatis et dativo personae iunctum legitur in Platonis ep. 13 (p. 362. A.): *ἂν τι σοὶ αὐτῷ διαφέρῃ μέγα, ὥστε — ὀνῆσαι κτλ.* Eurip. Troad. 1248: *δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχύ, εἰ πλουσίων τις τεύξεται κτερισμάτων.* V. Guil. Straubium in Lips. Annal. phil. Suppl. 1839. p. 473.

τῆς παρὰ τούτων εὐνοίας] benevolentiae ab his profectae. III, 11, 3: *τὸν παρ' ἡμῶν ἔπαινον κερδαίνει.* Demosth. de Coron. p. 226, 3: *τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν.* Aliter explicandum est III, 11, 13: *δωροῖο τὰ παρὰ σεαυτῆς.* V. adnotata in III, 11, 14. *τῶν παρ' ἐμοί.*

§. 13. *Εἶτα*] V. adnotata in I, 2, 26.

γονέας μὴ θεραπεύῃ] De *γραφῇ κακώσεως γονέων*, contra omnem in parentes contumeliam data, v. Meierum et

τε ἐπιτίθησι, καὶ ἀποδοκιμάζουσα οὐκ ἐᾷ ἄρχειν τοῦτον, ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυόμενα ὑπὲρ τῆς πόλεως, τούτου θύοντος, οὔτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτου πράξαντος; Καὶ νὴ Δία ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τοὺς τάφους μὴ κοσμῇ, καὶ τοῦτο ἐξετάζει ἡ πόλις ἐν ταῖς τῶν ἀρ-
14 χόντων δοκιμασίαις. Σὺ οὖν, ὦ παῖ, ἂν σωφρονῇς, τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ σιγγνώμονάς σοι εἶναι, εἴ τι παρημέληκας τῆς μητρός, μή σε καὶ οὗτοι νομίσαντες ἀχάριστον εἶναι οὐκ ἐθέλωσιν εὖ ποιεῖν· τοὺς δὲ ἀνθρώπους αὖ φυλάξῃ, μή σε αἰσθόμενοι τῶν γονέων ἀμελοῦντα πάντες ἀτιμάσωσιν, εἶτα ἐν ἐρημίᾳ φίλων ἀναφανῇς· εἰ γάρ σε ὑπολάβοιεν πρὸς τοὺς γονεῖς ἀχάριστον εἶναι, οὐδεὶς ἂν νομίσειεν εὖ σε ποιήσας χάριν ἀπολήψεσθαι.

§. 14. *Σὺ οὖν*] Priscian. Putschii p. 1193. habet *σὺ μὲν οὖν*. V. ad I, 2, 55. — *καὶ οὗτοι*] Iunt. Par. G. pr. m. et Stob. omitt. *καί*. Dein F. *ἐθελήσωσιν* et D. *ἐθελήσουσιν*. — *αὖ φυλάξῃ*] Sic bene Zeun. e Castal. — Etiam Bessario vertit quoque. — Vulgo et ap. Stob. itemque in Par. ADG. *οὐ φ*. Steph. ed., Par. BCH. et cod. Stob. nec *οὐ* nec *αὖ* agnoscunt. — *εἶτα*] V. adn. — *γονεῖς*] V. adn.

Schoemannum att. Proc. III, 1. p. 288. et C. F. Hermanni gr. Staatsalterthümer. §. 133, 11. p. 254.

ἄρχειν] archontem esse. V. ad I, 1, 18.

ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυόμενα — οὔτε — τούτου πράξαντος] Oratio sic complenda est: *ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυόμενα, τούτου θύοντος, οὔτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν πρατ-τόμενον, τούτου πράξαντος*. Supplendum est *ἀπὸ κοινοῦ* participium *πραττόμενον* e participio *πράξαντος*. Sic verba *τούτου θύοντος* et *τούτου πράξαντος* egregie sibi invicem respondent. De particula *ἄν* cum participio sociata v. adnotata in §. 3. *ὡς οὐκ ἂν — παύσοντες*. Infra IV, 2, 6: *ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἀξιόλογοι γενόμενοι*.

ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων δοκιμασίαις] *Δοκιμασία* Athenis appellabatur examen, quod si qui magistratus appeterent subire debebant, quo eorum genus, aetas et mores explorabantur. V. C. F. Hermannum gr. Staatsalterth. §. 148, 3. p. 284.

§. 14. *αὖ*] V. ad I, 2, 12.

εἶτα] Paris. octo libri exhibent *καὶ εἶτα*, unde Zeunius fecit *κἄτα*, quod recentiores editores receperunt. Equidem cum Heindorfio vulgatum *εἶτα* retinendum iudico. Satis enim constat *εἶτα* et *ἔπειτα* saepe pro *καὶ εἶτα*, *καὶ ἔπειτα* post verbum finitum inferri, significareque vel deinde, postea, vel, quod rarius est, atque tum, *καὶ τότε*, ut infra IV, 5, 3: *ἴσως γὰρ ἐλεύθερον φαίνεταί σοι τὸ πράττειν τὰ βέλτιστα, εἶτα —*

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Socrates, quum duos fratres, Chaerephontem et Chaerecratem, inter se dissidere comperisset, Chaerecrati fraternam concordiam his fere argumentis commendat.

I. Frater tibi carior esse debet quam opes (§. 1). Opum enim possessio dubia est atque incerta, nisi habes amicos et socios, quorum auxilio fretus et tueri eas et frui iis possis (§. 2. 3). Verissimus autem sine dubio amicus iudicandus est is, qui a natura tibi datus est, i. e. frater. Nam primum mutuus fratribus insitus est amor; deinde etiam ii, qui fratres habent, et magis coluntur ab hominibus, et minus adversariorum impetui obnoxii sunt quam qui non habent fratres (§. 4).

II. Quae quum ita sint, officium exigit, ut, etiamsi frater inimicam et infestam in te habeat mentem, tamen eum ne odio persequare, sed, omissa ira, placare studeas (§. 5—9). Placabis autem, si ipse prior tentabis illius animum benevolis et dictis et factis ad reconciliationem provocare (§. 10—14): quod eo magis te facere oportebit, si minor natu es, quandoquidem usquequaque more

νομίζεις; Plat. Apol. p. 23. C: *αὐτοὶ πολλάκις ἐμὲ μιμοῦνται, εἶτα* (i. e. *καὶ τότε*) *ἐπιχειροῦσιν ἄλλους ἐξετάζειν*: ubi vide Stallbaumium. Phaedr. p. 229. A. et C. Xen. de Venat. III, 8: *αἱ δὲ ὑποθέουσιν, εἶτα ἁμαρτάνουσιν*: ubi v. Sauppium in ed. Lips. Huc accedit, quod proxime antecedens verbum *ν ἐφελκυστικὸν* (*ἀτιμάσωσιν*) habet, quod tacite expunxit Bornemannus. Quod autem subiectum mutatur (v. ad II, 1, 8), id non potest esse causa, cur h. l. legatur *κἄτα*.

τοὺς γονεῖς] Sic A B C D E F G H. Stob. et edd. — Zennius et Schneiderus ediderunt *γονέας*. At altera accusativi forma in *εῖς* nominum in *εύς* non rara est apud Xenophontem. Infra III, 5, 19. *τοὺς ἱππεῖς*. 7, 6. *γναφεῖς, σκυτεῖς, χαλκεῖς*. 9, 10. *βασιλεῖς*. 10, 6. *δρομεῖς*. IV, 4, 20. primum cum librorum consensu legitur *γονέας*, sed paulo post quatuor codd. cum Stob. habent *γονεῖς*. Adde Hellen. I, 2, 6 et 7. III, 4, 10. IV, 1, 17. VII, 1, 20. Cyrop. II, 1, 5 (ubi bis legitur *ἱππεῖς*). V, 3, 1 (ubi Schneid. male edidit *ἱππέας*). Multos alios locos e Xenophonte exagitaverunt Bornemannus ad Anab. VII, 4, 22. p. 511. et Poppo ad Cyrop. I, 4, 1., qui idem observavit nec tragicos accusativi formam in *εῖς* prorsus spernere, in melicis saltem carminibus, comp. Soph. Ai. 383 (Herm.). Adde Frotscherum ad Hieron. III, 7. (*γονεῖς*) et Sauppium ad h. l. et ad Hipparch. IX, 3. Sed accusativi forma *νέεῖς* omnibus scriptoribus Atticis legitima est. V. Lobeckium ad Phryn. p. 69. Contra *ἱππέας* legitur infra III, 3, 5., *φονέας* Hieron. III, 14.

receptum est, ut minores natu maioribus plus reverentiae tribuant. Quo magis autem ambitioso et liberali ingenio praeditus est frater inimicus, eo facilius eum benevolentia tibi reconciliare poteris (§. 15—17).

III. Fratres non sibi invicem obstare, sed amice inter se conspirare debent. Sicut corporis membrorum paria, ut manus, ut pedes, ut oculi: ita fratres ad mutuam opem a deo creati sunt; et quidem fratrum amicitia eo maiorem affert utilitatem, quod, licet longo spatio disiuncti sint, tamen animis coniunctis sibi invicem utiles esse possunt (§. 18. 19).

Ceterum bene monet Weiskius non exiguam Socratem in hoc sermone ostendere sapientiam et prudentiam. Saepius enim fit, inquit, ut alius, qui similiter inimicos reconciliare vult, alterum alteri adducat, utrumque moneat, roget, obtestetur et gravissimis rationibus commemoratis ad concordiam revocare studeat, ceterum nihil efficiat, nisi ut et sibi ipsi reddat inimicos et inter se etiam inimiciores. Hoc modo peccat Iocasta in Euripidis Phoenissis Eteoclem et Polynicen ad fraternam concordiam reducere tentans. Vidit Socrates unum esse adeundum in tali negotio, et eum quidem, qui longius abesset ab implacabili odio, quique alterius animum movere et posset et vellet. Chaerephon autem fervidioris erat ingenii et praeterea *φιλότιμος* (§. 16). Cum eo igitur caute agendum erat, et frater permovendus, ut ipsum adiret et ad reconciliandam gratiam se praeberet auctorem.

---

1 *Χαιρεφῶντα δέ ποτε καὶ Χαιρεκράτην, ἀδελφὼ μὲν ὄντε ἀλλήλοιν, ἑαυτῷ δὲ γνωρίμω, αἰσθόμενος διαφερομένω, ἰδὼν τὸν Χαιρεκράτην· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Χαιρέκρατες, οὐ δήπου καὶ σὺ εἷ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων, οἳ χρησιμώτερον νομίζουσι χρήματα ἢ*

Cap. III. §. 1. *ἑαυτῷ δὲ γνωρίμω*] A.K. *αὐτῷ δ. γ.* V. ad I, 2, 49.

Cap. III. §. 1. *Χαιρεφῶντα*] De Chaerephonte v. Cobetum in Prosop. p. 61 sqq.

οὐ δήπου] De hac ironica interrogandi forma (doch wol nicht, hoffentlich nicht) v. nos in Gr. T. II. §. 835, 3. (Gr. schol. §. 696, 3.) Infra IV, 2, 11: *Οὐ δήπου — ταύτης τῆς ἀρετῆς ἐφίεσαι, δι' ἣν ἄνθρωποι πολιτικοὶ γίγνονται;*

χρησιμώτερον νομίζουσι χρήματα] Quemadmodum dicitur *χρήματά ἐστι χρήσιμον*, ubi notio pecuniae tanquam generalis effertur; ita recte dicitur *νομίζω χρήματα χρήσιμον εἶναι*. Herbstius apte confert

ἀδελφούς; καὶ ταῦτα τῶν μὲν ἀφρόνων ὄντων, τοῦ δὲ φρονίμου, καὶ τῶν μὲν βοηθείας δεομένων, τοῦ δὲ βοηθεῖν δυναμένου, καὶ πρὸς τούτοις τῶν μὲν πλειόνων ὑπαρχόντων, τοῦ δὲ ἑνός. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τοῦτο, εἴ τις τοὺς μὲν ἀδελφοὺς ζημίαν ἡγεῖται, ὅτι οὐ καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν κέκτηται, τοὺς δὲ πολίτας οὐχ ἡγεῖται ζημίαν, ὅτι οὐ καὶ τὰ τῶν πολιτῶν ἔχει, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν δύναται λογίζεσθαι, ὅτι κρεῖττον σὺν πολλοῖς οἰκοῦντα ἀσφαλῶς ἄρκοῦντα ἔχειν, ἢ μόνον διαιτώμενον τὰ τῶν πολιτῶν ἐπικινδύνως πάντα κεκτῆσθαι, ἐπὶ δὲ τῶν ἀδελφῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο 2

§. 2. δύνανται] D.F. δύνανται: quod ortum videtur e seq. ἀγνοοῦσι. — ἄρκοῦντα] Zeun. e coniect. τἀρκοῦντα. At cf. I, 2, 1., ubi Schn. comp. Oecon. II, 8.

Anab. III, 2, 22: τοὺς δὲ ποταμοὺς ἄπορον νομίζετε εἶναι. Cf. §. 5. 6, 21. 9, 1. III, 8, 5. 6. 9, 1. 6. 12, 3. IV, 2, 33. 5, 8. In Symp. IV, 14. additur κτῆμα: εἰδὼς ὅτι χρήματα ἡδὺ κτῆμα. V. Matth. Gr. T. II. §. 437. Buttm. §. 129, 4. Rost. §. 100. c. p. 471. Kühner. T. II. §. 421.

ἢ ἀδελφούς] Schneiderus ob sequentes singulares ex edit. Paris. et Stephani coniectura recepit ἀδελφόν: quod optimo iure a recentioribus editoribus reiectum est. Nam primo loco Socrates omnino de omnibus iis loquitur, qui opes praeferunt fratribus, et idcirco pluralitivo numero utitur; dein orationem deflectit ad ipsum Chaerecratem, qui unum habebat fratrem. Quod autem Weiskius post v. ἀδελφούς multa excidisse suspicatus est, hac potissimum ratione ductus, quod verba τῶν μὲν ἀφρόνων minus apte ad χρήματα referrentur, quam si putares mentionem iumentorum, armentorum et pecorum antecessisse, recte obiiciunt Langius et Bornemannus χρήματα proprie esse omnia quibus utimur, i. e. omnino omnes possessiones, ergo et pecora cett. Lexic. Seguer. p. 316 (Bekk.): χρημάτων· σημαίνει καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τὰ χρήματα καὶ τὴν ὅλην οὐσίαν. Bornemannus comp. Anab. VI, 4, 28. VII, 8, 12. 16. Neque negligenda est alliteratio, quae est in verbis χρησιμώτερον χρήματα, quam Socratem non temere admisisse vere monet Bornemannus, praesertim in sententia, quae proverbii speciem prae se fert. Cf. II, 4, 5: ποῖος γὰρ ἵππος ἢ ποῖον ζεῦγος οὕτω χρήσιμον, ὥσπερ ὁ χρηστὸς φίλος;

καὶ ταῦτα] et quidem. Cf. I, 4, 8. — βοηθείας δεομένων. Haec verba ob ἀντίθεσιν βοηθεῖν δυναμένου obscurius dicta sunt. Significare vult pecuniam ceterasque possessiones curam requirere possessorum, ut custodiantur et serventur.

§. 2. ἐπὶ δὲ τῶν ἀδελφῶν — ἀγνοοῦσι] De ἐπί praepositionis usu v. nos in Gr. T. II. §. 611. p. 295 sq. (Gr. schol. §. 531.) Infra III, 9, 3: ὁρῶ — ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων: ubi v. adnot. De plurativo numero

3 ἀγνοοῦσι. Καὶ οἰκέτας μὲν οἱ δυνάμενοι ὠνοῦνται, ἵνα συνεργοὺς ἔχωσι, καὶ φίλους κτῶνται, ὡς βοηθῶν δεόμενοι, τῶν δ' ἀδελφῶν ἀμελοῦσιν, ὥςπερ ἐκ πολιτῶν μὲν γιγνομένους φίλους, ἐξ ἀδελφῶν δὲ οὐ
4 γιγνομένους. Καὶ μὴν πρὸς φιλίαν μέγα μὲν ὑπάρχει τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν φῦναι, μέγα δὲ τὸ ὁμοῦ τραφῆναι, ἐπεὶ καὶ τοῖς θηρίοις πόθος τις ἐγγίγνεται τῶν συντρόφων· πρὸς δὲ τούτοις καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τιμῶσί τε μᾶλλον τοὺς συναδέλφους ὄντας τῶν ἀνα-
5 δέλφων, καὶ ἧττον τούτοις ἐπιτίθενται. Καὶ ὁ Χαιρεκράτης εἶπεν· Ἀλλ' εἰ μέν, ὦ Σώκρατες, μὴ μέγα εἴη τὸ διάφορον, ἴσως ἂν δέοι φέρειν τὸν ἀδελφὸν καὶ μὴ μικρῶν ἕνεκα φεύγειν· ἀγαθὸν γάρ, ὥςπερ καὶ σὺ λέγεις, ἀδελφός, ὢν οἷον δεῖ· ὁπότε μέντοι παντὸς ἐνδέοι, καὶ πᾶν τὸ ἐναντιώτατον εἴη, τί ἄν τις

§. 4. *ἐγγίγνεται*] ABCFH. *ἐγγίνεται*. V. Excurs. I.
§. 5. *τί ἄν τις*] Edd. pr. et Par. cum DEFGL. omitt. *ἀγνοοῦσι* post *εἴ τις* illato v. ad I, 2, 62.

§. 3. *ὥςπερ — γιγνομένους φίλους*] Sunt accusativi absoluti cum particula ὥςπερ, quasi, sociati. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 569. Buttmann. §. 145. not. 5. Rost. §. 131, 4. Kühner. T. II. §. 674.

§. 4. *Καὶ μὴν*] Apollonius Alex. de Coniunct. p. 518: *ὁ καὶ προσλαβὼν τὸν μήν ἀποδεικτικὸς γίνεται πάλιν ὑπαγομένης ἐναντιώσεως· οὐ βλέπω, καὶ μὴν ἡμέρα ἐστίν· ἐψεύσατο, καὶ μὴν ἀγαθός ἐστι.* Alias hae particulae cum vi aliqua transitum ad novam rem significant. Infra II, 6, 27: *καὶ μὴν οἱ συμμαχεῖν ἐθέλοντες εὖ ποιητέοι.* V. nos in Gr. T. II. §. 696. c. (Gr. schol. §. 594.)

§. 5. *ὁπότε μέντοι παντὸς ἐνδέοι*] Interpres Latinus vertit: at si plane desit officio. Quod abhorret ab huius verbi usu. Herbstius intelligit *αὐτῷ*, coll. Anab. VII, 1, 41: *ἐπεὶ δὲ πολλῶν ἐνέδει αὐτῷ*. Optime huius loci sententiam percepisse videtur Weiskius, sic vertens: wenn aber hierzu unendlich viel fehlt, wenn er gerade das Gegentheil ist. Scilicet ex antecedentibus hic locus sic videtur complendus: *ὁπότε μέντοι παντὸς ἐνδέοι, ὥςτε τὸν ἀδελφὸν τοιοῦτον εἶναι, οἷον δεῖ*, vel *ὁπότε παντὸς ἐνδέοι τῷ ἀδελφῷ τοιούτῳ εἶναι, οἷον δεῖ.*

τοῖς ἀδυνάτοις] ut scilicet ea, quae sibi sunt maxime contraria, concilientur et consocientur.

§. 6. *Πότερα δέ*] V. ad I, 3, 13. *τοὺς δὲ καλούς.*

Διὰ τοῦτο γάρ τοι] Gerade aus diesem Grunde. Infra II, 5, 4: *ἐγὼ γάρ τοι — ἀκούω*, ich höre ja eben. III, 5, 19: *τοῦτο γάρ τοι, ἔφη, καὶ θαυμαστόν ἐστι*, das ist ja (*γάρ*) grade (*τοι*) das Wunderbare. Symp. II, 3: *ὥςπερ γάρ τοι*, sowie ja grade. Plat. Phaedr. p. 227. C: *ὁ γάρ τοι λόγος, περὶ ὃν διεξέρ-*

ἐπιχειροίη τοῖς ἀδυνάτοις; Καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη· 6
Πότερα δέ, ὦ Χαιρέκρατες, οὐδενὶ ἀρέσαι δύναται
Χαιρεφῶν, ὥσπερ οὐδὲ σοί, ἢ ἔστιν οἷς καὶ πάνυ
ἀρέσκει; Διὰ τοῦτο γάρ τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἄξιόν
ἐστιν ἐμοὶ μισεῖν αὐτόν, ὅτι ἄλλοις μὲν ἀρέσκειν δύ-
ναται, ἐμοὶ δέ, ὅπου ἂν παρῇ, πανταχοῦ καὶ ἔργῳ
καὶ λόγῳ ζημία μᾶλλον ἢ ὠφέλειά ἐστιν. Ἆρ' οὖν, 7
ἔφη ὁ Σωκράτης, ὥσπερ ἵππος τῷ ἀνεπιστήμονι μέν,
ἐγχειροῦντι δὲ χρῆσθαι ζημία ἐστίν, οὕτω καὶ ἀδελ-
φός, ὅταν τις αὐτῷ μὴ ἐπιστάμενος ἐγχειρῇ χρῆσθαι,
ζημία ἐστίν; Πῶς δ' ἂν ἐγώ, ἔφη ὁ Χαιρεκράτης, 8
ἀνεπιστήμων εἴην ἀδελφῷ χρῆσθαι, ἐπιστάμενός γε καὶ
εὖ λέγειν τὸν εὖ λέγοντα, καὶ εὖ ποιεῖν τὸν εὖ ποι-
οῦντα; τὸν μέντοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πειρώμενον ἐμὲ
ἀνιᾶν οὐκ ἂν δυναίμην οὔτ' εὖ λέγειν, οὔτ' εὖ ποιεῖν,

τί: unde Castal. *τίς ἂν ἐπιχ.* H. *τίς ἄν τις ἐπ.* Brod. *τί ἄν τις.*
§. 6. *ἀρέσκει*] Sic Castal. Par. et Stob. Vulgo *ἀρέσκῃ.*

μεν, — *ἐρωτικός*, denn grade. Particula *τοί* inservit ad particulae *γάρ* vim intendendam. V. Hartung. griech. Partik. T. II. p. 353 sq. et nos in Gr. T. II. §. 705. (Gr. schol. §. 597.) De *γάρ* particula in responsione usurpata v. ad I, 4, 9.

ἄξιόν ἐστιν ἐμοὶ μισεῖν αὐτόν] H. e. iustum est, oportet me illum odisse. (Cf. II, 1, 34. Symp. IV, 13. 54. 56. Anab. II, 3, 25., ubi v. Krügerum p. 111.) Sic legitur in edd. pr. Paris. Stob. et codd. Par. DEFGH. pro vulg. *ἐμέ*, ut Cyrop. VII, 5, 56: *ἤδη καὶ οἰκίας σε τυχεῖν ἄξιον.*

καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ] Stobaeus et Bessarionis interpretatio Latina *λόγῳ καὶ ἔργῳ*, ut §. 8. Sed ibi optime sese habet hic verborum ordo, quia antecedunt haec: *ἐπιστάμενός γε καὶ εὖ λέγειν τὸν εὖ λέγοντα, καὶ εὖ ποιεῖν τὸν εὖ ποιοῦντα.* In aliis locis, ut §. 17. et supra I, 2, 59., huius collocationis nulla alia causa videtur esse, quam ut ascensio quaedam a minore ad maius significetur: non solum verbo, sed etiam re (durch Wort und That). Contra *καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ* tum dicitur, quum plus ponderis positum in verbo priore, posterius autem tanquam complementum modo ad prius adiunctum est. Infra II, 3, 15: *νομίζεται τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ ἔργου καὶ λόγου.* IV, 5, 11: *τοῖς ἐγκρατέσι μόνοις ἔξεστι σκοπεῖν τὰ κράτιστα τῶν πραγμάτων, καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ μὲν ἀγαθὰ προαιρεῖσθαι, τῶν δὲ κακῶν ἀπέχεσθαι*, ubi alii perperam legunt *καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ*; nam temperantiae vis maxime in iis factis cernitur. Utriusque ordinis exemplorum largam copiam suppeditant Bornemannus ad h. l. et Lobeckius in Paralipom. T. I. p. 64 sq.

§. 7. *τῷ ἀνεπιστήμονι μέν, ἐγχειροῦντι δὲ χρῆσθαι*] ei, qui, quum (quamvis) imperitus sit eo utendi (*χρῆ-*

9 ἀλλ' οὐδὲ πειράσομαι. Καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη· Θαυμαστά γε λέγεις, ὦ Χαιρέκρατες, εἰ κύνα μέν, εἴ σοι ἦν ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος ὤν, καὶ τοὺς μὲν ποιμένας ἡσπάζετο, σοὶ δὲ προσιόντι ἐχαλέπαινεν, ἀμελήσας ἂν τοῦ ὀργίζεσθαι ἐπειρῶ εὖ ποιήσας πραΰνειν αὐτόν, τὸν δὲ ἀδελφὸν φῂς μὲν μέγα ἂν ἀγαθὸν εἶναι, ὄντα πρὸς σὲ οἷον δεῖ, ἐπίστασθαι δὲ ὁμολογῶν καὶ εὖ ποιεῖν καὶ εὖ λέγειν, οὐκ ἐπιχειρεῖς μηχανᾶσθαι, ὅπως σοι
10 ὡς βέλτιστος ἔσται; Καὶ ὁ Χαιρεκράτης· Δέδοικα, ἔφη, ὦ Σώκρατες, μὴ οὐκ ἔχω ἐγὼ τοσαύτην σοφίαν, ὥστε Χαιρεφῶντα ποιῆσαι πρὸς ἐμὲ οἷον δεῖ. Καὶ μὴν οὐδέν γε ποικίλον, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὐδὲ καινὸν δεῖ ἐπ' αὐτόν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μηχανᾶσθαι, οἷς δὲ

§. 9. *εἰ κύνα μέν*] Sic CDFGH. Vat. 1. Flor. ACE. Vict. K. et Steph. — Parisina Brod. *εἰ κύων μὲν σοὶ ἦν* et Iunt. Ald. E. *εἰ κύν μὲν σοὶ ἦν.* — *ἐπιτήδειος ὤν* habent Vat. 1. Flor. BCE. Vict. K. L. Stob. Iunt. Ald. Par. — *εἰ σοὶ ἦν* habent ACDFGH. (B. *εἰ σοί* sine *ἦν*) et M. *εἰ κῦν ἀμφὶ εἴ σοι.* Finckhius (in Zimmerm. Ephem. 1829. p. 801) sic legendum putat: *εἰ κύων μὲν εἴ σοι ἦν ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος ὢν καὶ τοὺς μ. π. ἦ.* Nominativum *κύων* per attractionem explicandum censet (quod hoc quidem loco mihi durissimum videtur; accusativus *κύνα* codicum auctoritate satis est confirmatus), participium autem *ὤν* post *ἦν* defendit per Cyrop. II, 3, 13: *οὐ γὰρ ἔστι διδάσκαλος τούτων οὐδεὶς κρείττων ὢν τῆς ἀνάγκης*, ubi plura similia exempla Bornem. in ed. Lips. p. 207. contulit. — *μέγα ἄν*] Vat. tres, Par. D. F. et Stob. omitt. *ἄν.* — *ἔσται*] Sic Flor. ABC. Vict. K. L. M. et Par. ABC. pro vulg. *ᾖ.* —

σθαι, quod *ἀπὸ κοινοῦ* ex altero orationis membro supplendum est), tamen conatur eo uti. V. nos in Gr. T. II. §. 852. h.

§. 9. *εἰ — εἰ*] V. ad I, 2, 36. Ceterum attende ad elegantem orationis membrorum conformationem per particulas: *μέν — μέν — δέ — δέ — μέν — δέ.*

πραΰνειν αὐτόν] De pronomine *αὐτόν* ex abundantia quadam addito v. ad I, 4, 18.

τὸν δὲ ἀδελφὸν φῂς μὲν κτλ.] Concinnitas orationis paululum est turbata. Scribendum erat: *τὸν δὲ ἀδελφὸν φὰς μὲν μέγα ἂν ἀγαθὸν εἶναι, ὄντα πρὸς σὲ οἷον δεῖ, ἐπίστασθαι δὲ ὁμολογῶν κτλ.* Pro participio *φάς* positum est verbum finitum ob sententiae vim. V. supra ad II, 2, 5. Verba *ἐπίστασθαι δὲ ὁμολογῶν κτλ.* male vertit interpres Latinus: praesertim quum et verbis et factis benignum (sc. fratrem) esse ex confesso scias. Immo sic erant reddenda: posse autem te confessus et factis et verbis benignum esse, tamen operam nos das, ut cett.

§. 10. *Καὶ μὴν — γέ*] V. ad I, 4, 12.

οὐδὲν — ποικίλον] nihil artificiosum, prudenter

καὶ σὺ ἐπίστασαι αὐτὸς οἶομαι ἂν αὐτὸν ἁλόντα περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαί σε. — Οὐκ ἄν φθάνοις, ἔφη, λέγων, εἴ τι ἤσθησαί με φίλτρον ἐπιστάμενον, ὃ ἐγὼ εἰδὼς λέληθα ἐμαυτόν. — Λέγε δή μοι, ἔφη, εἴ τινα τῶν γνωρίμων βούλοιο κατεργάσασθαι, ὁπότε θύοι, καλεῖν σε ἐπὶ δεῖπνον, τί ἂν ποιοίης; — Δῆλον, ὅτι κατάρχοιμι ἂν τοῦ αὐτός, ὅτε θύοιμι, καλεῖν ἐκεῖνον. — Εἰ δὲ βούλοιο τῶν φίλων τινὰ προτρέψασθαι, ὁπότε ἀποδημοίης, ἐπιμελεῖσθαι τῶν σῶν, τί ἂν ποιοίης; — Δῆλον, ὅτι πρότερος ἂν ἐγχειροίην ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐκείνου, ὁπότε ἀποδημοίη. — Εἰ δὲ βούλοιο ξένον ποιῆσαι ὑποδέχεσθαι σεαυτόν, ὁπότε ἔλθοις εἰς τὴν ἐκείνου, τί ἂν ποιοίης; — Δῆλον, 11 12 13

F. dat εἴη.

§. 10. οἶομαι] Sic A B C D F H. — Edd. οἶμαι. Quod non improbandum. V. Born. ad Anab. V, 1, 4. Saupp. ad h. l. Matthiaeum Gr. T. I. §. 244. p. 623. Buttm. Gr. T. II. §. 195. et quos nos laudavimus in Gr. T. I. §. 192, 32. Infra III, 4, 8. 5, 9. 22. 23. IV, 2, 23. in omnibus libris legitur πάνυ ὤμην φιλοσοφεῖν κτλ. Neque aliter 24. τοῦτό γε ὤμην εἰδέναι. IV, 4, 2. ἣν οὐκ ἂν οἶμαι ἄλλον οὐδένα ἄνθρωπον ὑπομεῖναι. 7. περὶ μέντοι τοῦ δικαίου οἶμαι νῦν ἔχειν εἰπεῖν. 12. ὤμην — ἐπίδειγμα εἶναι. At mira est lectio Cyrop. IV, 6, 4. οὐδὲν θαυμαστόν, οἶομαι, παθών, ab optimis codicibus, Guelph. et Parr. A. B., exhibita pro vulg. θαυμαστὸν οἶμαι. de Vectig. IV, 15. ἄλλοις δέ γε, ὡς, οἶομαι, δύναμις ἑκάστοις ὑπῆρχεν, ubi Weiskius ὡς δύναμις, οἶμαι scribendum censuit.

excogitatum. Cf. Bremium et Fr. Iacobsium ad Demosth. c. Phil. III. p. 120, 37. Stallbaum. ad Plat. Symp. p. 182. B.

οἷς δὲ καὶ σὺ ἐπίστασαι αὐτός] Per attractionem pro: τούτοις, ἃ καὶ σὺ ἐ. αὐτός. Cf. ad II, 1, 25.

§. 11. Οὐκ ἂν φθάνοις — λέγων] Quin statim loqueris? i. e. quantocius dicas. Infra III, 11, 1: Οὐκ ἂν φθάνοιτ', ἔφη, ἀκολουθοῦντες. V. Matth. Gr. T. II. §. 553, 2. Buttm. §. 150. p. 442 sq. Kühner. T. II. §. 664. Ceterum signum interrogationis post ἐμαυτόν sustulimus. Nam οὐκ ἂν φθάνοις λέγων proprie significat: du dürftest dieses nicht zu früh sagen, i. e. du kannst es nicht schnell genug sagen, vel sage es sofort. Mirum commentum excogitavit Hermannus ad Viger. p. 764., quum statuit verbum φθάνειν proprie esse cessare, desinere.

Λέγε δή] V. ad I, 2, 41. De v. καλεῖν σε ἐπὶ δεῖπνον v. ad II, 9, 4.

§. 12. προτρέψασθαι] V. ad I, 2, 64.

§. 13. εἰς τὴν ἐκείνου] Scil. πόλιν.

ὅτι καὶ τοῦτον πρότερος ὑποδεχοίμην ἄν, ὁπότε ἔλθοι Ἀθήναζε· καὶ εἴ γε βουλοίμην αὐτὸν προθυμεῖσθαι διαπράττειν μοι ἐφ' ἃ ἥκοιμι, δῆλον, ὅτι καὶ τοῦτο
14 *δέοι ἂν πρότερον αὐτὸν ἐκείνῳ ποιεῖν. — Πάνυ ἄρα σύ γε τὰ ἐν ἀνθρώποις φίλτρα ἐπιστάμενος πάλαι ἀπεκρύπτου· ἦ οὐκ ἐμοῦ, ἔφη, ἄρξαι, μὴ αἰσχρὸς φανῇς, ἐὰν πρότερος τὸν ἀδελφὸν εὖ ποιῇς; καὶ μὴν πλείστου γε δοκεῖ ἀνὴρ ἐπαίνου ἄξιος εἶναι, ὃς ἂν*

§. 14. *καὶ μὴν πλείστου*] Sic Ald. Iunt. Bas. 2. Leuncl. pro vulg. *καὶ μὲν πλ.* Cf. §. 19. — *φύσιν*] Voss. 1. *πρᾶξιν*; Vat. 1. Par. CDEL. et in margine G. Stob. Steph. sec. *φιλίαν.*

αὐτὸν ἐκείνῳ ποιεῖν] Sauppius docet pronomen *αὐτόν* saepe personalia simul involvere, coll. Demosth. Ol. II, 1: *δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν αὐτούς.* Plat. Lach. p. 187. C: *αὐτοὺς δὴ χρὴ γιγνώσκειν, ὦ Νικία τε καὶ Λάχης.* Quae quidem sententia vereor ne non recte sese habeat. Puto enim in omnibus eiusmodi locis pronomen *αὐτόν* nihil aliud significare, nisi ipsum, selbst, ita quidem, ut scriptor ab oratione, quae ad certas quasdam personas conversa esse debeat, deflectat ad sententiam generalem, ut: es ist also nöthig, Athenaeer, *selbst* zu handeln. — De structura *τοῦτο ἐκείνῳ ποιεῖν* v. Rost. Gr. §. 104. not. 9. Kühner. T. II. §. 559. not.

§. 14. *ἐπιστάμενος — ἀπεκρύπτου*] Supra §. 11: *ὃ ἐγὼ εἰδὼς λέληθα ἐμαυτόν.* Cf. Sympos. I, 6: *ἀπεκρυπτόμην ὑμᾶς ἔχων πολλὰ καὶ σοφὰ λέγειν.*

ἦ οὐκ — ἄρξαι, μὴ αἰσχρὸς φανῇς] Particula *ἦ*, ut Latinorum an, proprie non usurpatur, nisi in altero interrogationis membro; sed saepe prius membrum ita supprimitur, ut tamen in antecedentibus lateat, et inde facile suppleri possit, uti h. l. *ἦ ἄρα — ἀπεκρύπτου, ἦ οὐκ ἐμοῦ.* — Ad verba *μὴ αἰσχρὸς φανῇς* e praegresso *οὐκ ἐμοῦ* eliciendum est *οὐκ ἐμῶν.* Infra II, 5, 5: *τὰ τοιαῦτα πάντα σκοπῶ, μὴ* i. e. *τὰ τ. π. σκοπῶν σκοπῶ, μή.* Anab. I, 3, 17: *οὐκ οἴην μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς αὐτοῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ· φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι ᾧ ἂν δοίη ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγάγῃ ὅθεν οὐχ οἷόν τε ἔσται ἐξελθεῖν.* Plat. Phaedr. p. 231. E: *εἰ τοίνυν τὸν νόμον τὸν καθεστηκότα δέδοικας, μὴ — ὄνειδός σοι γένηται.* Tali ratione etiam infra III, 9, 4. locum impeditum explicandum putamus. Nam hoc probe tenendum, *μή* cum verbo finito sociatum in lingua Graeca nunquam vim habere coniunctionis finalis, ut Latinorum ne pro ut ne positum, sed semper vices sustinere particulae interrogativae (ob doch nicht). V. nos in Gr. T. II. §. 779, 1. (Gr. schol. §. 698. c.) De v. *αἰσχρὸς φανῇς* v. ad I, 7, 4.

καὶ μὴν — γέ] atqui certe. V. ad I, 4, 12.

εἰ μὲν οὖν ἐδόκει μοι Χ. ἡγεμονικώτερος εἶναι σοῦ πρὸς τὴν φύσιν ταύτην] H. e. ex Leunclavii interpretatione: si mihi videretur Ch. ad tale inge-

φθάνῃ τοὺς μὲν πολεμίους κακῶς ποιῶν, τοὺς δὲ φίλους εὐεργετῶν· εἰ μὲν οὖν ἐδόκει μοι Χαιρεφῶν ἡγεμονικώτερος εἶναι σοῦ πρὸς τὴν φύσιν ταύτην, ἐκεῖνον ἂν ἐπειρώμην πείθειν πρότερον ἐγχειρεῖν τῷ σε φίλον ποιεῖσθαι· νῦν δέ μοι σὺ δοκεῖς ἡγούμενος μᾶλλον ἂν ἐξεργάζεσθαι τοῦτο. Καὶ ὁ Χαιρεκράτης 15
εἶπεν· Ἄτοπα λέγεις, ὦ Σώκρατες, καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ, ὅς γε κελεύεις ἐμὲ νεώτερον ὄντα καθηγεῖσθαι·

Coniecturae sunt hae: *χρῆσιν* (Ern.), *πρὸς ταῦτα τὴν φύσιν* (Schütz.), *φθάσιν*, *φιλανθρωπίαν*, *φιλονεικίαν*. V. adn.

nium prius induendum aptior esse. Lectio Vossiani l. *πρᾶξιν* apertum glossatoris interpretamentum est. De coniecturis, quibus VV. DD. lectionem vulgatam tentaverunt, immo vexaverunt, v. Var. Lectt. Mihi quidem omnia optime sese habere videntur. Socrates dicit haec: Chaerephon maior natu est, tu vero, o Chaerecrates, minor natu es. Atqui usquequaque more receptum est, ut minores erga maiores officiosos sese ac reverentiae plenos praebeant. E quo efficitur tuum minoris natu officium esse, ut fratrem maiorem *εὐεργετῶν φθάνῃς*. Dicit igitur Socrates se Chaerecratem minorem natu *ἡγεμονικώτερον πρὸς τὴν φύσιν ταύτην* iudicare, h. e. Chaerecratis potius, minoris natu, quam Chaerephontis, maioris natu, officium esse, ut ingenium suum ita constituat, ut maiorem fratrem *εὐεργετῶν φθάνῃ*, et hoc modo fratris amorem sibi conciliet.

νῦν δέ] Attende ad exquisitiorem harum particularum in oppositione usum, de quo v. nos in Gr. T. II. §. 690, 2. p. 385. Cf. Viger. Idiot. p. 426. et Hoogeveen. de Partic. Graec. p. 545 sq. ed. Schütz. Sic etiam nos utimur particulis: nun aber, et Latini nunc, nunc autem, nunc vero. V. nos ad Cicer. Tusc. III, 1, 2.

ἡγούμενος] principium faciens, *ἡγεμονικὸς ὤν*, *πρότερος*.

§. 15. *οὐδαμῶς πρὸς σοῦ*] Scil. *ὄντα* (v. ad I, 4, 10. *ὅσῳ μεγαλοπρεπέστερον*), i. e. nullo modo mori tuo convenientia. Symp. IV, 23: *οὐδὲ πρὸς σοῦ ποιῶ τὸ περιιδεῖν Κριτόβουλον οὕτως ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἐκπλαγέντα*, quae Weiskius sic interpretatur: iudico te indignum esse, puto tibi non convenire, quod Critobulum cett. Praepositio *πρός* cum genitivo sociata saepe significat id, quod alicuius est proprium, quod ex alicuius natura, more proficiscitur. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 316. not. et §. 590. *β*. Kühner. T. II. §. 517. not. 1. et §. 616. p. 306.

ὅς γε κελεύεις] qui quidem iubes. *Γέ* particula non habet, uti Herbstius vult, vim restrictivam, sed argumentativam s. explicativam, uti apud nos: der du ja. Cf. Symp. IV, 15., ubi v. Bornemannum p. 115. Infra IV, 4, 14: *νόμους — πῶς ἄν τις ἡγήσαιτο σπουδαῖον πρᾶγμα εἶναι —, οὕς γε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάσαντες μετατίθενται*, quas quidem (leges) s. quippe quas. 19. 23. Bornemann. ad Cyrop. II, 2, 10. p. 179. ed. Lips. V. nos in Gr. T. II. §.

καίτοι τούτου γε παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις τἀναντία νομίζεται, τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ ἔρ-
16 γου καὶ λόγου. Πῶς; ἔφη ὁ Σωκράτης· οὐ γὰρ καὶ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι πανταχοῦ νομίζεται, καὶ καθήμενον ὑπαναστῆναι, καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι, καὶ λόγων ὑπεῖξαι; ὠγαθέ, μὴ ὄκνει, ἔφη, ἀλλ' ἐγχείρει τὸν ἄνδρα καταπραΰνειν, καὶ πάνυ ταχύ σοι ὑπακούσεται· οὐχ ὁρᾷς, ὡς φιλότιμός ἐστι καὶ ἐλευθέριος; τὰ μὲν γὰρ πονηρὰ ἀνθρώπια οὐκ ἂν ἄλλως μᾶλλον ἕλοις, ἢ εἰ

§. 15. τούτου] Sic Steph. K.L. Stob. — Iunt. et G.H. τοῦτο. — Ald. et E. τούτῳ. — Parisina τούτων. — ἔργου καὶ λόγου] CDF. Stob. λόγου καὶ ἔργου. V. §. 6.

§. 16. πρεσβυτέρῳ] Zeun. e Stob. τῷ πρεσβυτέρῳ: quod receperunt edd. recentiores. Ego redii ad vulgatam, articulum nequaquam desiderari ratus. Ceterum τῷ πρεσβ. in Par. ABCDEF. non comparere testatur Gail. — καὶ καθήμενον] Sic Stob. et Brod. pro καὶ οὐ καθ. Reisk. pro καὶ οὐ coniecit καί που, Edwards οὐ καί. — καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι] Valck. ad Herod. II, 80. p. 140. haec verba spuria, Socrate in-

704. II. l. p. 400. (Gr. schol. §. 596.)

καίτοι — γέ] V. ad I, 2, 3.

τἀναντία νομίζεται] Sic §. 16: πανταχοῦ νομίζεται, more receptum est, ut IV, 4, 19. 20. Cf. adnotata in I, 1, 1. νομίζει θεούς, et Maetznerum ad Antiphont. Or. IV. p. 125, 1.

§. 16. οὐ γὰρ] De γάρ particula in interrogatione posita v. ad I, 3, 10. Cf. §. 17.

ὑπαναστῆναι] Alias additur θάκων, quod h. l. omissum est ob v. καθήμενον. Cf. Symp. IV, 31: ὑπανίστανταί δέ μοι ἤδη καὶ θάκων καὶ ὁδῶν ἐξίστανται: ubi v. Bornemannum. De constructione verborum ὑπαναστῆναι, παραχωρεῖν, ὑπείκειν v. Matthiae. Gr. T. II. §. 354. δ. Rost. §. 108, 5. Kühner. T. II. §. 512, 1.

κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι] Cf. Homer. Il. ι, 617. 659 sq. et Odyss. ω, 254., quos locos contulit Huschkius ad Tibull. I, 2, 56. p. 60., a Bornemanno laudatus.

ὠγαθέ] V. adnot. ad I, 4, 17.

τὸν ἄνδρα] Gravius pro ἐκεῖνον dictum, fortasse ut significaret Chaerephontis virilem aetatem, eamque Chaerecratis opponeret adolescentiae.

οὐχ ὁρᾷς] Saepe οὐχ ὁρᾷς, οὐχ ὁρᾶτε, οὐκ οἶσθα, similia reperiuntur, ubi praemissum ἤ, an, exspectes. Infra III, 4, 3. 5, 18. 13, 5., ubi facile quis hoc ἤ ab antecedenti ἀναπαύσῃ absorptum credat. Sympos. IV, 21: ἤν δὲ μὴ ὀνομάζω, ἠττόν τί με οἴει μεμνῆσθαι αὐτοῦ; οὐκ οἶσθα, ὅτι οὕτω σαφῶς ἔχω εἴδωλον αὐτοῦ ἐν τῇ ψυχῇ· VIII, 3., ubi Heindorfius legi vult ἤ οὐχ ὁρᾶτε, sed recte Bornemannus statuit nihil mutandum esse contra codd.; ubi autem codd. addicant, ἤ retinendum esse.

φιλότιμος] in bonam partem accipiendum est (ehrliebend), uti etiam φιλόνεικος,

διδοίης τι, τοὺς δὲ καλοὺς κἀγαθοὺς ἀνθρώπους προσφιλῶς χρώμενος μάλιστ' ἂν κατεργάσαιο. Καὶ ὁ 17
Χαιρεκράτης εἶπεν· Ἐὰν οὖν, ἐμοῦ ταῦτα ποιοῦντος, ἐκεῖνος μηδὲν βελτίων γίγνηται; Τί γὰρ ἄλλο, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδεῖξαι, σὺ μὲν χρηστός τε καὶ φιλάδελφος εἶναι, ἐκεῖνος δὲ φαῦλός τε καὶ οὐκ ἄξιος εὐεργεσίας; Ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι τούτων ἔσεσθαι· νομίζω γὰρ αὐτόν, ἐπειδὰν αἴσθηταί σε προκαλούμενον ἑαυτὸν εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον, πάνυ φιλονεικήσειν, ὅπως περιγένηταί σου καὶ λόγῳ καὶ

digna et a tota disputatione aliena censet. At v. adn. — *λόγων ὑπεῖξαι*] Sic ABCDE. pro vulg. *λόγῳ*, quod est orationi obtemperare. Vind. F. *λόγοις ὑπ.* — *ὠγαθέ*] Sic per crasin scribendum pro *ὦ 'γαθέ*, quod est in ABCF. Vulgo *ὦ ἀγ.* — *ἢ εἰ διδοίης*] F. et Stob. *δοίης*: quod ob *ἕλοις* recepit Born.

§. 17. *γίγνηται*] C.F. *γίνηται*. V. Excurs. I. — *φιλονεικήσειν*] V. adn. — *καὶ λόγῳ*] Sic D.F. Stob. Vulgo sine *καί*.

φιλόνεικος de laudabili aemulatione usurpari potest. Cf. ad §. 17.

τὰ μὲν γὰρ] *Γάρ* rationem reddit sententiae verbis *καὶ πάνυ ταχύ σοι ὑπακούσεται* expressae.

§. 17. *Τί γὰρ ἄλλο — ἢ κινδυνεύσεις*] V. ad II, 1, 17: *οὐκ οἶδ', ὅ τι διαφέρει — ἄλλο γε ἢ ἀφροσύνη πρόσεστι τῷ θέλοντι τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν.* Adde Plat. Men. p. 80. A: *σὺ οὐδὲν ἄλλο* (sc. *ποιεῖς*), *ἢ αὐτός τε ἀπορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖς ἀπορεῖν.* Livius XXXVII, 21: classis ad insulam se recepit, nihil aliud, quam depopulato hostium agro. V. G. T. A. Krüger. in Comment. de *ἀλλ' ἤ* etc. Brunsvig. 1834. p. 32 sq. eundemque in Comment. de formulae nihil aliud facere, quam vel nisi usu. Brunsv. 1838. p. 3 sq.

ἐπιδεῖξαι — φιλάδελφος εἶναι] Verbum *δεικνύναι* cum infinitivo construitur, ubi aut vim habet docendi, aut huius verbi obiectum tanquam id ponitur, quod non vere percipiatur, sed fieri tantum posse cogitetur, uti h. l. Cf. IV, 4, 18. V. nos in Gr. T. II. §. 658. not. 3. (Gr. schol. §. 568. not. 2.) Ceterum verba *σὺ μέν* ob oppositionis vim post *κινδυνεύσεις ἐπιδεῖξαι* posita sunt, et ad *ἐκεῖνος δέ* supplenda sunt *κινδυνεύσει ἐπιδεῖξαι — εἶναι.*

φιλονεικήσειν] Ernestius cum Caseliana scripsit *φιλονικήσειν*, quod etiam habet cod. Par. C., sed recte a Dindorfio, qui provocat ad Boeckhii Adn. critt. ad Pind. Pyth. IX, 32., a Bornemanno, qui laudat Buttmannum ad Plat. Alc. I. c. 38, 2., aliisque reiicitur. Etiam II, 6, 5. Ernestius contra omnes codd. scripsit *φιλόνικος*. III, 4, 3. e tribus codd. enotatur *φιλόνικος*. Etiam Cyrop. I, 4, 15. in duobus optimae notae codd. legitur *φιλονικοῦντας*. Bremius in Exc. I. ad Isocr. p. 199. *φιλονεικέω* (a

18 ἔργῳ εὖ ποιῶν. Νῦν μὲν γὰρ οὕτως, ἔφη, διάκει-
σθον, ὥςπερ εἰ τῷ χεῖρε, ἃς ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ συλλαμ-
βάνειν ἀλλήλαιν ἐποίησεν, ἀφεμένω τούτου τράποιντο
πρὸς τὸ διακωλύειν ἀλλήλω, ἢ εἰ τῷ πόδε θείᾳ μοίρᾳ
πεποιημένω πρὸς τὸ συνεργεῖν ἀλλήλοιν ἀμελήσαντε
19 τούτου ἐμποδίζοιεν ἀλλήλω. Οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία
εἴη καὶ κακοδαιμονία τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ πεποιημένοις
ἐπὶ βλάβῃ χρῆσθαι; Καὶ μὴν ἀδελφώ γε, ὥς ἐμοὶ
δοκεῖ, ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐπὶ μείζονι ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν,

§. 18. ἐπὶ τὸ συλλαμβάνειν] Stob. ἐπὶ τῷ συλλ., ut ἐπὶ βλάβῃ, ἐπ' ὠφελείᾳ. Contra Born. laudat Lobeck. ad Phryn. p. 475., ubi locus Aristotelis: ὁ νόμος ἐπὶ τὸ ὠφελεῖν τίθεται, est excitatus.

νεῖκος) et φιλονικέω (a νίκη), quum eandem fere rem exprimant, id non eadem ratione facere, sed illud magis esse vituperantis, hoc laudantis vel saltem excusantis statuit; difficillimum autem esse, quid singulis locis voluerit scriptor, perspicere. Exstiterunt qui formas φιλόνικος, —νικεῖν, —νικία prorsus exulare iuberent. Quam opinionem iure reprobat Sauppius ad III, 4, 3. Equidem singulorum scriptorum usum diligenter observandum arbitror; nam alii magis ad has, alii magis ad illas inclinant. Xenophon quidem φιλόνικος et reliquas omnino repudiasse videtur.

§. 18. τῶ χεῖρε — ἀφεμένω — ἀλλήλω] V. Matthiae. Gr. T. II. §. 436. Buttmann. §. 129, 7. Rost. §. 100. f. Kühner. T. II. §. 427. b. et not. De dualis et pluralis permutatione v. ad I, 2, 33.

§. 19. Οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη] Ernestio haec verba durius antecedentibus addita videbantur. Hinc Zeunius pro οὐκ ἄν scribendum suspicabatur οὐκοῦν. At nihil movendum esse egregie docuit Schneiderus, collatis Cyrop. I, 4, 13. 28. III, 1, 43. IV, 4, 5. VII, 5, 25. Quibus Bornemannus addidit M. S. III, 11, 1: Ἰτέον ἂν εἴη κτλ. Cf. eundem ad Sympos. III, 9. p. 94. et ad Cyrop. IV, 4, 5. ed. Goth. et Schneiderum ad Oecon. X, 5. Sic saepe enuntiatio, quae antecedentis orationis quasi summam breviter complectitur, ἀσυνδέτως adiungitur, uti supra ad I, 1, 9. τοὺς τὰ τοιαῦτα κτλ. demonstravimus.

Καὶ μὴν — γέ] V. ad I, 4, 12.

χεῖρέ τε καὶ πόδε καὶ ὀφθαλμὼ τἄλλά τε, ὅσα] Sic legunt ABDFH. — Iunt. τἄλλα τ' ἔως; Par. C. τἄλλα τέως; G. τἄλλα τε ὡς; L. καὶ ἄλλα τε. Vulgo καὶ τἄλλα. Lectio a nobis recepta, codicum auctoritate satis superque stabilita, videtur genuina esse. Vulgatae καὶ τἄλλα nihil fidei tribuendum putamus, quoniam vix dubitari potest, quin ea profecta sit a glossatore, qui particulam τέ post καί concoquere non posset. At nonnunquam, quanquam apud solutae orationis scriptores rarius, post membrum per καί inductum sequitur aliud membrum per τέ inductum, ita tamen, ut haec duo per καί et τέ illata membra sibi invicem non respondeant (quod fieri non pot-

ἢ χεῖρέ τε καὶ πόδε καὶ ὀφθαλμὼ τἄλλά τε, ὅσα ἀδελφὰ ἔφυσεν ἀνθρώποις. Χεῖρες μὲν γάρ, εἰ δέοι αὐτὰς τὰ πλέον ὀργυιᾶς διέχοντα ἅμα ποιῆσαι, οὐκ ἂν δύναιντο, πόδες δὲ οὐδ' ἂν ἐπὶ τὰ ὀργυιὰν διέχοντα ἔλθοιεν ἅμα, ὀφθαλμοὶ δέ, οἱ καὶ δοκοῦντες ἐπὶ πλεῖστον ἐξικνεῖσθαι, οὐδ' ἂν τῶν ἔτι ἐγγυτέρω ὄντων τὰ ἔμπροσθεν ἅμα καὶ τὰ ὄπισθεν ἰδεῖν δύναιντο, ἀδελφὼ δέ, φίλω ὄντε, καὶ πολὺ διεστῶτε πράττετον ἅμα καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν.

§. 19. *Καὶ μὴν*] Sic Leuncl. pro vulg. *καὶ μέν*, quod nescio an probandum sit. Cf. §. 14. II, 7, 1. — *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ*] K. Stob. et Brod. *ὡς ἐμοὶ δοκεῖν*. — *τἄλλά τε, ὅσα — οἱ καὶ — ἅμα καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ*] V. adn.

est; nam membrum quod dicitur praeparativum non potest continere sententiam graviorem, quam membrum sequens), sed posterius per *τέ* inductum priori per *καί* inducto tanquam accessio quaedam adiungatur. Thucyd. I, 54: *Κορίνθιοι μὲν κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ — καὶ ἄνδρας ἔχοντες αἰχμαλώτους οὐκ ἐλάσσους χιλίων, ναῦς τε* (praetereaque) *καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα, ἔστησαν τροπαῖον*. Ibid. 108: (*ὡμολόγησαν Αἰγινῆται*) *τοῖς Ἀθηναίοις τείχη τε περιελόντες καὶ ναῦς παραδόντες, φόρον τε* (insuperque) *ταξάμενοι ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον*. Ibid. III, 52: *προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ δικασταῖς ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα*, i. e. praetereaque iniustos punire. Neque aliter apud Latinos post et — et adiungitur nonnunquam que. Cicer. de Legg. II, 13, 33: Iam vero permultorum exemplorum et nostra est plena respublica, et omnia regna, omnesque populi, cunctaeque gentes, augurum praedictis multa incredibiliter vera cecidisse.

οἱ καὶ δοκοῦντες] Iunt. B C D G. et Stob. omittunt *καί*. Temere; nam in hac particula inest vis adversativa (*εἰ καί*). V. Hermann. ad Viger. §. 322. p. 837. Matthiae. Gr. T. II. §. 566, 3. Rost. §. 130, 1. Kühner. T. II. p. 667. c. (Gr. schol. §. 577. c.) Sic paulo post *καὶ πολὺ διεστῶτε*. Symp. IV, 13: *ὁ δὲ καλὸς καὶ ἡσυχίαν ἔχων πάντ' ἂν διαπράξαιτο*: ubi v. Bornemannum et Herbstium. Infra II, 4, 4: *καὶ πάνυ πολλῶν ὄντων*, ubi *καί* cum *ὄντων*, non cum *πάνυ* iungendum est.

πράττετον ἅμα καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν] Sic exhibent edd. pr. Par. codd. sex et Stobaeus pro vulg. *ἅμα καὶ τὰ ἐπ' ὠφ. ἀλλ.* A B L. et cod. Stob. omittunt *καί*: quod Schützius ut inutile delevit. Equidem nihil loco movendum puto. Dicit enim Socrates hoc: duo fratres, etiam magno disiuncti spatio, in negotio aliquo exsequendo vires suas sociare possunt, et quidem (*καί*) ita, ut alter alterius commodum adiuvet ac promoveat. Voculae *ἅμα καί* h. l. non significant, uti paulo ante,

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Hoc et sequentibus capitibus de amicitia agitur. Hoc capite de amicitiae pretio exponitur. Multi homines aliis omnibus rebus magis intenti sunt quam curae acquirendorum et conservandorum amicorum (§. 1—4). At vero nullum reperitur bonum, quod et pretiosius et stabilius et utilius sit quam amicus bonus. Is enim alterius negotia tanquam sua curat, omnes tam prosperas quam adversas res cum altero partitur et alterius saluti ac prosperitati tanquam suae, saepe etiam magis quam suae providet (§. 5—7). Platonici Socratis de amicitia sententia exposita est Platonis dialogo, qui inscriptus est Lysis; sed vere observavit Stallbaumius ad eum p. 89., etiamsi diffitendum non sit reperiri in hoc sermone veluti initia quaedam atque stamina eorum decretorum, quae in Symposio et Phaedro illustrantur, tamen in istis libris idem argumentum multo et subtilius et copiosius pertractari.

1 *Ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου, ἐξ ὧν ἔμοιγε ἐδόκει μάλιστ' ἄν τις ὠφελεῖσθαι πρὸς φίλων κτῆσίν τε καὶ χρείαν· τοῦτο μὲν γὰρ δὴ πολλῶν ἔφη ἀκούειν, ὡς πάντων κτημάτων κράτιστον ἂν εἴη φίλος σαφὴς καὶ ἀγαθός, ἐπιμελου-*

Cap. IV. §. 1. *κράτιστον ἂν εἴη*] Born. cum cod. C. omitt. *ἄν*: quod nemo facile probabit. V. adn. — *ἐπιμελουμένους*] F. *ἐπιμελομένους*: quod recepit Born. At v. ad I, 2, 22.

pariter ac, sed *ἅμα πράττειν* est in re aliqua agenda operam cum aliquo coniungere, et particula *καί* indicat et quidem. V. nos in Gr. T. II. §. 727, 1. (Gr. schol. §. 613, 5.)

Cap. IV. §. 1. *διαλεγομένου*] V. ad I, 7, 5.

τοῦτο μὲν γὰρ δή] Particula *δή* h. l. non cum *γάρ*, sed cum *τοῦτο* iungenda est; *τοῦτο δή* est hoc ipsum. Cyrop. V, 3, 8: *Εὖ μὲν οὖν, ἔφη, δοκῶ εἰδέναι· πολλὰ γὰρ δὴ ἔγωγε κἀκεῖνος ἐπαῤῥησιασάμεθα πρὸς ἀλλήλους*, h. e. *πολλὰ δή*, prorsus multa. Alias particula *δή* cum *γάρ* sociata referenda est ad hoc significatque explicationem per *γάρ* inductam satis apertam esse. Sympos. II, 4. Apolog. §. 20: *οὐ γὰρ δὴ καὶ στρατηγοὺς αἱρεῖσθε κτλ.* (denn ihr wählt ja bekanntlich). Hieron. I, 38. VII, 2: *Τοιαῦτα γὰρ δὴ ποιοῦσι τοῖς τυράννοις οἱ ἀρχόμενοι.* Infra III, 10, 10. 11, 17. 14, 2. IV, 2, 24. V. Hartung. griech. Partik. T. I. p. 287. et

μένους δὲ παντὸς μᾶλλον ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς ἢ φίλων κτήσεως. Καὶ γὰρ οἰκίας καὶ ἀγροὺς καὶ ἀν- 2
δράποδα καὶ βοσκήματα καὶ σκεύη κτωμένους τε ἐπιμελῶς ὁρᾶν ἔφη, καὶ τὰ ὄντα σώζειν πειρωμένους, φίλον δέ, ὃ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναί φασιν, ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς οὔτε ὅπως κτήσονται φροντίζοντας, οὔτε ὅπως οἱ ὄντες ἑαυτοῖς σώζωνται. Ἀλλὰ καὶ 3
καμνόντων φίλων τε καὶ οἰκετῶν ὁρᾶν τινας ἔφη τοῖς

§. 2. *κτήσονται*] Sic ed. Par., libri Voss. et Vind. pro vulg. *κτήσωνται*, quod etiam B E F. habent. V. adn. in II, 2, 10. — *ὅπως οἱ ὄντες ἑαυτοῖς σώζωνται*] Sic D., nisi quod *αὐτοῖς* pro *ἑαυτοῖς* exhibet; Schützius edidit: *ὅπως οἱ ὄντες ἑαυτοῖς σώσονται* (passive pro *σωθήσονται*, sed coniunctivus *σώζωνται* non est quod tentetur); edd. pr. Flor. B. C. Par. B C E. Voss. 1. habent *ὅπως οἱόν τε ἦ. σώζωνται*; Par. A G H K. *ὅπως οἱόν τε ἦ. σώζοντας*; ed. Par. *ὅπ. οἱόν τε ἦ. σώζεσθαι*; Vind. *ὅπως ὡς οἱόν τε σώζονται*. At recte monet Born. *ὅπως οἱόν τε* vel, quod usitatius est, *ὡς οἱόν τε* non legi sine adiectivo vel adverbio; nam de Rep. Ath. I, 20. lectionem incertam esse.

nos in Gr. T. II. §. 692. (Gr. schol. §. 591.)

κράτιστον ἂν εἴη φίλος σαφὴς καὶ ἀγαθός] Sauppius *ἄν* refert ad sententiam cogitatione supplendam: *εἴ τις εἴη*. Quod non placet. Immo enuntiatio conditionalis latet in adiectivis *σαφὴς καὶ ἀγαθός*, i. e. *εἰ σαφὴς κ. ἀγαθὸς εἴη*. V. nos in Gr. T. II. §. 823, 2. (Gr. schol. §. 684, 2.)

ὁρᾶν ἔφη] Quanquam verbum *ἔφη* modo praecessit, tamen h. l. repetitur, consuetudine Graecis usitatissima, e sermone quotidiano orta. Cf. §. 2. Pari modo in oratione recta saepe *ἔφη* iteratum reperitur. Infra III, 6, 11. 8, 3. 10, 10. 11, 5. V. ad I, 6, 4.

§. 2. *Καὶ γὰρ οἰκίας κτλ.*] Cicero in Lael. XV, 55: Quid autem stultius, quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quae parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa; amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitae, ut ita dicam, supellectilem?

φίλον δέ, ὃ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναί φασιν] Neutrum *ὅ* per genus quoddam attractionis dictum est pro *ὃν*. Cf. infra IV, 8, 4. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 440, 6. Rost. §. 99. not. 10. c. Kühner. T. II. §. 786, 3. Contra §. 7. *τοῦ δὲ παμφορωτάτου κτήματος, ὃ καλεῖται φίλος*, relativum non est accommodatum formae praedicati *φίλος*, quia maior vis posita est in v. *τοῦ παμφ. κτ.* De Latina lingua cf. adnotata nostra ad Cicer. Tuscul. IV, 10, 23.

κτήσονται — σώζωνται] V. Var. Lectt. Post *σώζωνται* repete *φροντίζοντας*. V. adnotata in I, 6, 8. Ceterum censor Halensis (A. L. Z. 1835. p. 438) acute monet vocabulum *φίλον* ob maiorem vim in enuntiationis principio collocatum requisivisse, ut oratio sic continuaretur: *οὔτε ὅπως, ὃν ἂν ἔχωσι, σώζωνται* (sibi servent).

μὲν οἰκέταις καὶ ἰατροὺς εἰσάγοντας, καὶ τἆλλα πρὸς ὑγιείαν ἐπιμελῶς παρασκευάζοντας, τῶν δὲ φίλων ὀλιγωροῦντας, ἀποθανόντων τε ἀμφοτέρων ἐπὶ μὲν τοῖς οἰκέταις ἀχθομένους καὶ ζημίαν ἡγουμένους, ἐπὶ δὲ τοῖς φίλοις οὐδὲν οἰομένους ἐλαττοῦσθαι, καὶ τῶν μὲν ἄλλων κτημάτων οὐδὲν ἐῶντας ἀθεράπευτον οὐδ' ἀνεπίσκεπτον, τῶν δὲ φίλων ἐπιμελείας δεομένων ἀμε-
4 λοῦντας. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς τῶν μὲν ἄλλων κτημάτων, καὶ πάνυ πολλῶν αὐτοῖς ὄντων, τὸ πλῆθος εἰδότας, τῶν δὲ φίλων, ὀλίγων ὄντων, οὐ μόνον τὸ πλῆθος ἀγνοοῦντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς πυνθανομένοις τοῦτο καταλέγειν ἐγχειρήσαντας, οὓς ἐν τοῖς φίλοις ἔθεσαν, πάλιν τούτους ἀνατίθεσθαι· τοσοῦτον αὐτοὺς τῶν φίλων φροντίζειν.
5 Καίτοι πρὸς ποῖον κτῆμα τῶν ἄλλων παραβαλλόμε-

§. 3. *τἆλλα πρὸς ὑγιείαν*] Recentiores editores cum F. *τἆλλα τὰ πρ. ὑγ.*, eleganter quidem, sed non necessario. — *ἀχθομένους καὶ*] H. et L. *ἀχθ. τε καί*: quod receperunt Herbstius et Born.

§. 4. *πολλῶν αὐτοῖς*] B. *π. αὐτῶν*. — *ἔθεσαν*] Sic Castal. Voss. 1. Vind. 2. Par. A. et L. — Iunt. Hal. Bas. 1. et G. *ἐθέασαν*; Aldina c. B. C. E. et A. sec. m. *ἐθεάσαντο*, quod omnes fere edd. occupavit. Brod. malebat *ἐτίθεσαν*. In uno Par. *ἔθεντο*. — *τούτους ἀνατίθεσθαι*] Sic correx. Gesner. vulg.

§. 4. *καὶ πάνυ πολλῶν — ὄντων*] V. ad II, 3, 19. *οἱ καὶ δοκοῦντες*.

τὸ πλῆθος εἰδότας] Diog. Laert. II, 30: *ἔλεγε δὲ, ὡς θαῦμα* (alii e coniect. *θαυμάζοι*) *τὸ μὲν ἕκαστον εἰπεῖν ἂν ῥᾳδίως ὅσα ἔχοι, φίλους δὲ οὐκ ἂν ὀνομάσαι ὁπόσους κέκτηται· οὕτως ὀλιγώρως ἔχειν περὶ αὐτούς.* Cicero in Lael. XVII, 62: saepe (Scipio) querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent, ut capras et oves quot quisque haberet, dicere posset, amicos quot haberet, non posset dicere.

ἀλλὰ καὶ — ἀνατίθεσθαι] sed etiam postquam conati sunt sciscitantibus id recensere, quos in amicorum numero retulerunt, eos rursus improbare. De v. *ἀνατίθεσθαι* v. ad I, 2, 44. Pro participio *ἀνατιθεμένους* positus est infinitivus, ut videtur, ob antecedens *ἐγχειρήσαντας*. Cf. ad II, 1, 30. — *Πάλιν* saepe additur verbis cum praepositione *ἀνά* compositis, uti etiam nos dicimus: wieder zurücknehmen et similia. Infra III, 5, 7: *πάλιν ἀνερεθισθῆναι τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς*. Thuc. I, 109: *πάλιν ἀνακομίσθη*. Herbstius comparat Xen. Hellen. V, 4, 64: *πάλιν αὐτὰς ἀνελάμβανον*. Adde Bornemannum ad Cyrop. III, 3, 60. ed. Lips.

τοσοῦτον] h. e. tantillum. Cf. Cyrop. VI, 3, 22. ZEUNIUS.

νος φίλος ἀγαθὸς οὐκ ἂν πολλῷ κρείττων φανείη; ποῖος γὰρ ἵππος ἢ ποῖον ζεῦγος οὕτω χρήσιμον, ὥσπερ ὁ χρηστὸς φίλος, ποῖον δὲ ἀνδράποδον οὕτως εὔνουν καὶ παραμόνιμον, ἢ ποῖον ἄλλο κτῆμα οὕτω πάγχρηστον; Ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος ἑαυτὸν τάττει 6
πρὸς πᾶν τὸ ἐλλεῖπον τῷ φίλῳ καὶ τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν κοινῶν πράξεων, καί, ἄν τέ τινα εὖ ποιῆσαι δέῃ, συνεπισχύει, ἄν τέ τις φόβος ταράττῃ, συμβοηθεῖ τὰ μὲν συναναλίσκων, τὰ δὲ συμπράττων, καὶ τὰ μὲν συμπείθων, τὰ δὲ βιαζόμενος, καὶ εὖ μὲν πράττοντας πλεῖστα εὐφραίνων, σφαλλομένους δὲ πλεῖστα ἐπανορθῶν. Ἃ δὲ αἵ τε χεῖρες 7
ἑκάστῳ ὑπηρετοῦσι, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ προορῶσι, καὶ τὰ ὦτα προακούουσι, καὶ οἱ πόδες διανύτουσι, τού-

τούτοις ἂν.

§. 5. παραμόνιμον] Ed. Hal. παράμονον, ut II, 10, 3. At III, 11, 11. παραμόνιμον. — πάγχρηστον] ABKM. πάνυ χρηστόν. At recte Born. comp. Aristoph. Acharn. 944. (Lips.) πάγχρηστον ἄγγος ἔσται.

§. 7. οἱ ὀφθαλμοὶ] Articulum οἱ addidit Hindenb. e coniect. — διανύτουσι] Sic edd. Iunt. Ald. Bas. Steph. Par. BCE. — Alii libri διανύττουσι. — F. Vind. 2. διανύουσι. Born. laud. Porson. ad Eur. Ph. 463.

§. 5. χρήσιμον — χρηστὸς] De alliteratione v. ad II, 3, 1.

§. 6. καὶ τῶν κοινῶν πράξεων] I. e. καὶ τῆς τῶν κοιν. πράξ. (scil. κατασκευῆς). Schneiderus legendum suspicatur: καὶ τῆς τῶν κοινῶν πράξεως. Bornemannus omnium librorum lectionem recte tuitus est, coll. Soph. O. C. 602. Plat. Gorg. p. 455. E: ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε, τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν (pro ἐκ τῆς τῶν δημ.). Differt nonnihil, utrum articulus τῆς addatur, an omittatur. Quum enim dicitur ἡ τῶν ἰδίων κατασκευὴ καὶ ἡ τῶν κοινῶν πράξεων, utraque κατασκευή per se spectatur; quum vero dicitur ἡ τῶν ἰδίων κατασκευὴ καὶ τῶν κοινῶν πρ. sive ἡ τῶν ἰδίων καὶ τῶν κ. πρ. κατασκευή, utrumque quasi in unam notionem confusum intelligendum est. V. ad I, 1, 19. L. autem Dindorfii coniecturam a Sauppio receptam καὶ τῶν κοινῶν πράξεως nequaquam possum probare; nam vis oppositionis necessario requirit articulum τῆς.

σφαλλομένους — ἐπανορθῶν] Thom. Mag. p. 333: ἐπανορθοῦμαι κάλλιον ἢ ἐπανορθῶ. Sed v. Fritzschium in Comm. de Aristoph. Thesmophor. in huius fab. ed. p. 619.

§. 7. τὰ ὦτα προακούουσι] Numerus pluralivus ver-

των φίλος εὐεργετῶν οὐδενὸς λείπεται· πολλάκις δέ, ἃ πρὸ αὐτοῦ τις οὐκ ἐξειργάσατο ἢ οὐκ εἶδεν ἢ οὐκ ἤκουσεν ἢ οὐ διήνυσε, ταῦτα ὁ φίλος πρὸ τοῦ φίλου ἐξήρκεσεν. Ἀλλ' ὅμως ἔνιοι δένδρα μὲν πειρῶνται θεραπεύειν τοῦ καρποῦ ἕνεκεν, τοῦ δὲ παμφορωτάτου κτήματος, ὃ καλεῖται φίλος, ἀργῶς καὶ ἀνειμένως οἱ πλεῖστοι ἐπιμέλονται.

πρὸ αὐτοῦ] Iunt. Ald. K.L. *πρὸ αὐτοῦ*; ed. Par. *προτοῦ*; marg. Steph. *πρὸς αὐτοῦ*: quod, mutato *αὐτοῦ* in *αὐτοῦ*, probat Haasius ad R. L. XV, 2. p. 249. — *ἔνιοι δένδρα μὲν*] Sic Vat. 1. et Par. D.F. pro vulg. *ἔνιοι μὲν δένδρα*: unde Weisk. suspicatur aliquid omissum esse. — *ἐπιμέλονται*] L. *ἐπιμελοῦνται*. V. §. 1.

bi cum neutro plurativo subiecti constructus est ob orationis concinnitatem, uti recte docuit Bornemannus. Eandem sententiam amplexatus est Bremius in Exc. X. ad Lysiam p. 448. Ceterum confer ad IV, 3, 12. — Verbum *προακούειν* praeeunte Weiskio Herbstius interpretatur sonos e remoto loco percipere: quod vereor ne non recte sese habeat. Uti *προορᾶν* est prospicere, sic *προακούειν τι* dicitur de eo, qui prius, quam alter, auribus aliquid percipit.

τούτων φίλος εὐεργετῶν οὐδενὸς λείπεται] H. e. quaecunque manus cuique ministrant —, eorum nihil amicus desistit quin ad amici commodum conferat. De participio cum v. *λείπεσθαι* coniuncto vide Matthiae. Gr. T. II. §. 554. f. Kühner. T. II. §. 661. VII. Infra II, 6, 5: *μὴ ἐλλείπεσθαι εὖ ποιῶν τοὺς εὐεργετοῦντας αὐτόν.*

ταῦτα ὁ φίλος — ἐξήρκεσεν] haec amicus largiter suppeditavit. Interpretes e praegressis verbis finitis repetunt participia *ἐξεργαζόμενος κτλ.*, coll. Cyrop. IV, 5, 44: *οὔτε ἐγὼ ἀρκέσω πράττων τι πρὸ ὑμῶν, ὅ τι ἂν δέῃ, οὔτε ὑμεῖς πρὸ ἡμῶν.* V, 4, 36. Hier. VII, 12. Sed fateor me non intelligere, quid sit, cur suppleamus participia, quum etiam sine illis huius verbi notio planissima sit.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Primaria huius capitis sententia est haec: explorare se quemque oportere, quanti ab amicis aestimari possit, et, ut quam maximi pretii amicis sit, elaborare.

Ob brevitatem, qua disputatione sua defunctus est Socrates, multa in sententiarum continuatione insunt, quae obscuritate quadam laborent. Plura e sermone suo audientis iudicio reliquit Socrates concludenda, quam ipse disertis verbis conclusit. Scilicet redarguere voluit aliquem discipulorum suorum, qui amicum paupertate pressum non curabat; sed consilium suum magis tecte, quam aperte, persecutus est, ut ad sententias recte inter se connectendas nonnulla cogitatione supplenda sint.

Primum igitur dicit, ut servi pro minore aut maiore utilitate, quam heris praestent, minoris aut maioris pretii aestimentur, ita similem esse amicorum aestimationem. Deinde haec sententia ex antecedenti elicienda videtur: Quemadmodum autem servorum pretia non ex opibus, quas habent, sed ex utilitate, quam praestant, constituuntur; ita amici non ex opibus aestimandi sunt, sed ex amore et caritate, qua amicum complectuntur, et ex studio benevolentia et officiis de eo promerendi. Iam pergit sic: Ergo decet explorare se quemque, quanto pretio amicis dignus sit, et operam dare, ut quam maximo pretio dignus sit. Ita amicos arctissimis caritatis vinculis nobis devinciemus, neque verendum erit, ne ab iis deseramur.

Acerba igitur inest in Socratis verbis irrisio eius, qui, amicitiae pretium non ex amici praestantia, sed ex eius opibus constituendum ratus, amicum suum ob paupertatem deseruerat.

ἀποξόῃθύμει τούτου] De Rep. Laced. X, 7. (4.) pari modo constructum est *ἀποδειλιᾶν τοῦ διαπονεῖσθαι*. Praepositio *ἀπό* adiungit verbo notionem separationis: desidia abstinere aliqua re.

καὶ μὴ ἀμέλει] V. ad I, 4, 17. De *αὐτὸς σύ* v. ad II, 9, 2.

Cap. VIII. §. 1. *Ἀριστίππου*] V. ad I, 2, 60 extr. Ceterum pro genitivis *Ἀριστίππου ἐπιχειροῦντος* ob sequens *ἀπεκρίνατο* exspectes dativum; sed usurpatur haec structura cum maiore vi. „Nempe duobus membris factis pro uno, oppositio nervosior exsistit," uti Lud. Dissenius ad Demosth. pro Coron. p. 272, 135. acute docet. Infra IV, 8, 5. Hellen. IV, 5, 7. V. Gr. nostr. T. II. §. 681. c. (Gr. schol. §. 587. c.)

Σωκράτην] Sic ABDEG. pro vulg. *Σωκράτη*. Illa forma

βουλόμενος τοὺς συνόντας ὠφελεῖν ὁ Σωκράτης ἀπεκρίνατο, οὐχ ὥςπερ οἱ φυλαττόμενοι, μή πη ὁ λόγος ἐπαλλαχθῇ, ἀλλ' ὡς ἂν πεπεισμένοι μάλιστα πράττειν
2 τὰ δέοντα. Ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἤρετο, εἴ τι εἰδείη ἀγαθόν, ἵνα, εἴ τι εἴποι τῶν τοιούτων, οἷον ἢ σιτίον,

πράττειν] Sic C. D. et a sec. manu G. pro vulg. πράττοιεν. §. 2. ὑγίειαν] Par. B C D. ὑγείαν. Sic Venat. XII, 1. ap. Stobaeum legitur. Oecon. XI, 19. quat. codd. habent ὑγείαν. Etiam Plat. de Rep. I. p. 332. D. et Symp. p. 188. A. legitur in paucis codd. ὑγείαν; at Euthyphr. p. 13. D. in plurimis et optimis in ηι Xenophonti, haec in η Platoni tanquam propria a Grammaticis tribuitur, quanquam apud utrumque scriptorem lectio multis locis fluctuat. Supra I, 2, 17. in cod. A. legitur Σωκράτη. V. Bornemannum ad Sympos. I, 3. Dativus horum nominum desinit in ει, quanquam in hoc quoque casu lectio nonnunquam inter ει et η fluctuat. Sic Anab. I, 1, 11. in optimis codd. et I, 4, 2. in compluribus codd. legitur Τισσαφέρνη. Plura huius fluctuationis exempla e Cyropaedia contulit Poppo in Praef. ad Cyrop. p. XXXV. seqq. Nec apud Aristophanem omnibus locis sibi constant libri MSSti.

τὸ πρότερον] V. ad II, 1. μή πη ὁ λόγος ἐπαλλαχθῇ] Ernestius haec verba sic explicat: ne quid responderet eiusmodi, quod propter ambiguitatem aliquam detorqueri in alienam ab ipsius mente sententiam posset, aut quo adversarius abuti ad ipsum capiendum posset, comparato loco Aristotel. Politic. I, 2, 17 (I, 6 Bekk.): ὃ ποιεῖ τοὺς λόγους ἐπαλλάττειν, ambiguos facit. Cum qua interpretatione conspirans Schneiderus sententiam huius loci sic expressit: ne res, quae in disputatione versatur, in utramque partem tracta ambigua reddatur. De notione verbi ἐπαλλάττειν in partes vocat adnotata sua in Aristot. Polit. I, 5, 18. p. 53. et 6, 1. p. 368.

ὡς ἂν πεπεισμένοι μάλιστα πράττειν τὰ δέοντα] H. e. ὡς ἄν τινες ἀπεκρίναιντο, εἰ πεπεισμένοι εἶησαν κτλ. V. ad II, 6, 38. ὡς ἂν στρατηγικῷ. Sententia haec est: Socrates non ita respondit, ut ii, qui in disputando, ne quid dicant, quo capiantur, anxie sibi cavent, et enixe faciunt omnia, ut causam suam obtineant, minime curantes, utrum ea bona sit, an mala (qualis fuit mos sophistarum); sed ut ii, qui, ab omni inanis gloriae atque ambitionis studio liberi, solam veritatem sequuntur, ea imbuti persuasione, ut, quae fieri oportet, ea potissimum facienda sibi existiment. Tali ratione efficiebat Socrates, ut discipuli e sermonibus suis veram utilitatem caperent et ad veritatem perducerentur. Socraticum disputandi genus, quod totum collocatum erat in exquirenda veritate, opponitur sophistarum mori, qui speciosis et fallacibus conclusiunculis hominibus fucum facere studebant. De infinitivo πράττειν, ad quem verbum δεῖν omissum videtur, v. ad II, 2, 1. Quod autem participium φυλαττόμενοι cum articulo coniunctum, πεπεισμένοι autem articulo destitutum est, ex eo explicandum est, quod illud ad

ἢ ποτόν, ἢ χρήματα, ἢ ὑγίειαν, ἢ ῥώμην, ἢ τόλμαν, δεικνύοι δὴ τοῦτο κακὸν ἐνίοτε ὄν· ὁ δὲ εἰδὼς, ὅτι, ἐάν τι ἐνοχλῇ ἡμᾶς, δεόμεθα τοῦ παύσοντος, ἀπεκρίνατο, ἥπερ καὶ ποιεῖν κράτιστον· Ἆρά γε, ἔφη, 3 ἐρωτᾷς με, εἴ τι οἶδα πυρετοῦ ἀγαθόν; — Οὐκ

mis codd. ὑγείας. V. C. E. Chr. Schneiderum ad Plat. de Rep. l. d. et Piersonum ad Moerid. Attic. p. 380. — δεικνύοι] ABCDGL.; δεικνοίη edd. pr. et Par. E. H.; vulgo δεικνύῃ. — ἥπερ] V. adn.

§. 3. Ἆρά γε] V. adn.

certum quoddam genus hominum, sophistas, hoc autem ad ceteros omnes homines relatum est. Denique τὰ δέοντα πράττειν est idem, quod dicitur III, 9, 4. ἐπισταμένους, ἃ δεῖ πράττειν et 11. ὅ τι χρὴ ποιεῖν, quod rei natura, quod veritas flagitat. Comparant Platon. Charmid. §. 25: ὁ τὰ δέοντα πράττων οὐ σωφρονεῖ;

§. 2. τῶν τοιούτων, οἷον — τόλμαν] Per attractionem quandam pro: τῶν τοιούτων, οἷον — τόλμα ἐστίν. Cf. ad II, 9, 3.

δεικνύοι δὴ] V. ad III, 7, 2.

ἐνοχλῇ ἡμᾶς] Verbum ἐνοχλεῖν et cum dativo et cum accusativo construitur. V. Lexic. Seguer. p. 135. Plat. Alcib. I. p. 104. D: εἰς τίνα ἐλπίδα βλέπων ἐνοχλεῖς με; Rarior est accusativus. V. Ios. Strangium in Lips. Diar. lit. Suppl. 1836. p. 359. et nos in Gr. T. II. §. 550.

δεόμεθα τοῦ παύσοντος] Frustra scripsit Weiskius δεόμεθά του παύσοντος. Platon. Menexen. p. 247. C: οὐ γὰρ τοῦ λυπήσοντος προσδεήσονται. Lachet. p. 124. D: ὥςπερ ἔτι τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή. V. Stallbaumium ad Menexen. p. 235. D. Cf. supra ad III, 4, 4.

ἀπεκρίνατο, ἥπερ καὶ ποιεῖν] Pro ἥπερ, quod est in Par. BCDEGH. marg. Steph. Brod. et Bessarione, itemque latet in ηπερ Iuntinae et Ald., Steph. et K. exhibent ὅπερ, quod Heindorfius sic interpretatur: non tacuit, sed id quod optimum factu erat, ad captiosam Aristippi quaestionem respondit. Contra quod recte monet Schneiderus rationem et modum Socraticum in respondendo docere voluisse Xenophontem, eumque praecipue distinguendo spectari, ne captiosarum quaestionum laqueis se indueret. Idem recte perspexit verbum ποιεῖν pro ἀποκρίνεσθαι esse substitutum. Respondit Socrates Aristippo ita, ut erat optimum, prudentissimum respondere, nempe ita, ut notionem boni non absolutam poneret, sed ad singulas res referret. Atque in hoc respondendi modo positum erat remedium (τὸ παῦσον) contra Aristippum captiosa interrogatione ἐνοχλοῦντα τὸν Σωκράτην. Verbum autem ποιεῖν, ut Latinum faciendi et nostrum thun, saepe ita poni, ut alius verbi vices sustinens eius universam vim denotet, constat. V. Passov. Gr. Lex. s. v. ποιεῖν, et nos ad Ciceron. Tuscul. IV, 14, 31. De καί post ἥπερ posito v. ad I, 2, 47.

§. 3. Ἆρά γε] Sic margo Steph. et Par. C. pro ἆρα γάρ, quod ignorant Graeci scriptores. De illo v. ad III, 2, 1.

ἔγωγ', ἔφη. — Ἀλλ' ὀφθαλμίας; — Οὐδὲ τοῦτο. — Ἀλλὰ λιμοῦ; — Οὐδὲ λιμοῦ. — Ἀλλὰ μήν, ἔφη, εἴγ' ἐρωτᾷς με, εἴ τι ἀγαθὸν οἶδα, ὃ μηδενὸς ἀγαθόν ἐστιν, οὔτ' οἶδα, ἔφη, οὔτε δέομαι.

4 Πάλιν δὲ τοῦ Ἀριστίππου ἐρωτῶντος αὐτὸν, εἴ τι εἰδείη καλόν; — Καὶ πολλά, ἔφη. — Ἆρ' οὖν, ἔφη, πάντα ὅμοια ἀλλήλοις; — Ὡς οἷόν τε μὲν οὖν, ἔφη, ἀνομοιότατα ἔνια. — Πῶς οὖν, ἔφη, τὸ τῷ καλῷ ἀνόμοιον καλὸν ἂν εἴη; — Ὅτι, νὴ Δί, ἔφη, ἔστι μὲν τῷ καλῷ πρὸς δρόμον ἀνθρώπῳ ἄλλος ἀνόμοιος, καλὸς πρὸς πάλην, ἔστι δὲ ἀσπίς, καλὴ πρὸς τὸ προβαλέσθαι, ὡς ἕνι ἀνομοιοτάτη τῷ ἀκοντίῳ, καλῷ πρὸς τὸ σφόδρα τε καὶ ταχὺ φέρεσθαι. —

5 Οὐδὲν διαφερόντως, ἔφη, ἀποκρίνῃ μοι ἢ ὅτε σε ἠρώτησα, εἴ τι ἀγαθὸν εἰδείης. — Σὺ δ' οἴει, ἔφη, ἄλλο μὲν ἀγαθόν, ἄλλο δὲ καλὸν εἶναι; οὐκ οἶσθ', ὅτι πρὸς ταὐτὰ πάντα καλά τε κἀγαθά ἐστιν; Πρῶτον μὲν γὰρ ἡ ἀρετὴ οὐ πρὸς ἄλλα μὲν ἀγαθόν, πρὸς ἄλλα δὲ καλόν ἐστιν, ἔπειτα οἱ ἄνθρωποι τὸ αὐτό τε καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ καλοὶ κἀγαθοὶ λέγονται, πρὸς τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων καλά τε κἀγαθὰ

§. 4. καλὸς πρὸς πάλην] Sic ex Voss. 1. Ernest. correxit vulgatum καὶ ἄλλος πρὸς πάλην. — ἔστι δὲ ἀσπίς]

Ἀλλὰ μήν] Atqui. V. ad III, 1, 6.

εἴ τι ἀγαθὸν οἶδα, ὃ. μηδενὸς ἀγαθόν ἐστιν] ecquid bonum norim, quod ad nullam rem bonum, i. e. utile sit. E Xenophontei Socratis doctrina nihil est, quod per sese bonum vel utile sit, sed relatum ad singulas res. Ergo bonum vel utile non per sese bonum vel utile est, sed habeat necesse est, quo referatur. V. Prolegom.

οὔτε δέομαι] Scil. εἰδέναι, quod ἀπὸ κοινοῦ ex οἶδα eliciendum. V. ad II, 1, 32. De repetito ἔφη v. ad II, 4, 1.

§. 4. μὲν οὖν] immo. V. ad II, 7, 5. De ὡς οἷόν τε ἀνομοιότατα, quam fieri potest dissimillima, cf. paulo post ὡς ἕνι ἀνομοιοτάτη. IV, 5, 3: ὡς οἷόν τέ γε μάλιστα. 9: ὡς ἕνι ἥδιστα. De sententia cf. infra IV, 6, 9., ubi haec est conclusio: Τὸ χρήσιμον ἄρα καλόν ἐστι πρὸς ὃ ἂν ᾖ χρήσιμον. Cf. ibid. §. 10. Addunt etiam Sympos. V, 3., ubi v. Bornemann. E quibus locis apparet Socratem pulchrum voluisse utili contineri, uti supra vidimus bonum quoque ad utilitatem referendum visum fuisse Socrati. V. Stallbaumium in Prolegom. ad Platon. Hipp. Maior. p. 155. et nostra Prolegom.

§. 5. Οὐδὲν διαφερόντως — ᾖ] V. ad III, 7, 7.

φαίνεται, πρὸς ταὐτὰ δὲ καὶ τἆλλα πάντα, οἷς ἄνθρωποι χρῶνται, καλά τε κἀγαθὰ νομίζεται, πρὸς ἅπερ ἂν εὖ χρῆσθα ᾖ. — Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ κόφινος κο- 6
προφόρος καλόν ἐστιν; — Νὴ Δί', ἔφη, καὶ χρυσῆ γε ἀσπὶς αἰσχρόν, ἐὰν πρὸς τὰ ἑαυτῶν ἔργα ὁ μὲν καλῶς πεποιημένος ᾖ, ἡ δὲ κακῶς. — Λέγεις σύ, ἔφη, καλά τε καὶ αἰσχρὰ τὰ αὐτὰ εἶναι; — Καὶ νὴ 7
Δί' ἔγωγ', ἔφη, ἀγαθά τε καὶ κακά· πολλάκις γὰρ τό τε λιμοῦ ἀγαθὸν πυρετοῦ κακόν ἐστι, καὶ τὸ πυρετοῦ ἀγαθὸν λιμοῦ κακόν ἐστι, πολλάκις δὲ τὸ μὲν πρὸς δρόμον καλὸν πρὸς πάλην αἰσχρόν, τὸ δὲ πρὸς πάλην καλὸν πρὸς δρόμον αἰσχρόν· πάντα γὰρ ἀγαθὰ μὲν καὶ καλά ἐστι, πρὸς ἃ ἂν εὖ ἔχῃ, κακὰ δὲ καὶ αἰσχρά, πρὸς ἃ ἂν κακῶς.

Καὶ οἰκίας δὲ λέγων τὰς αὐτὰς καλάς τε εἶναι καὶ 8
χρησίμους παιδεύειν ἔμοιγ' ἐδόκει, οἵας χρὴ οἰκοδομεῖσθαι. Ἐπεσκόπει δὲ ὧδε· Ἆρά γε τὸν μέλλοντα οἰκίαν, οἵαν χρή, ἕξειν τοῦτο δεῖ μηχανᾶσθαι, ὅπως ἡδίστη τε ἐνδιαιτᾶσθαι καὶ χρησιμωτάτη ἔσται; Τού- 9
του δὲ ὁμολογουμένου· Οὔκουν ἡδὺ μὲν θέρους ψυχεινὴν ἔχειν, ἡδὺ δὲ χειμῶνος ἀλεεινήν; — Ἐπειδὴ

Born. e Flor. C. et Par. C. ἔστι δὲ καὶ ἀσπίς.

§. 7. τό τε λιμοῦ] Sic K. L. pro vulg. τό γε λιμοῦ.

Σὺ δ' οἴει—;] V. ad I, 3, 13.

ἡ ἀρετὴ—ἀγαθὸν—καλόν ἐστιν] V. ad II, 3, 1. Cf. §. 6.

ἔπειτα] V. ad I, 2, 1.

τὸ αὐτὸ — λέγονται] De sententia cf. Plat. Hipp. Mai. p. 295. D. Cf. Gorg. p. 474. D. §. 7 extr. Verba τὸ αὐτό τε καὶ πρὸς τὰ αὐτά Weisk. interpretatur: wegen derselben Vorzüge und im Verhältnifs zu einerlei Dingen. Schneiderus ad τὸ αὐτό more suo supplet κατά. Est accusativus accuratioris definitionis: eadem ratione. V. nos in Gr. T. II. §. 557. not. 4.

§. 6. καὶ χρυσῆ γε ἀσπὶς] Particulae καί — γέ non solum usurpantur, ubi antecedentia confirmantur, sed etiam ubi antecedentibus novum quiddam atque inexspectatum adiicitur, uti h. l. Cf. ad I, 2, 53.

§. 7. τὸ—λιμοῦ ἀγαθὸν] Cibus intelligendus est, ut τὸ πυρετοῦ ἀγαθόν inedia.

§. 8. Καὶ — δὲ] V. ad I, 1, 3. De structura domus Graecae accurate exposuerunt Weiskius ad h. l. et Schneiderus in epimetro ad Memorab. p. 267 sqq. ed. pr.

ἡδίστη—ἐνδιαιτᾶσθαι] V. ad I, 6, 5. ὡς χαλεπώτερα.

§. 9. ὁμολογουμένου] Hoc concesso ab iis, quibuscum sermonem habebat.

δὲ καὶ τοῦτο συμφαῖεν· Οὔκουν ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις τοῦ μὲν χειμῶνος ὁ ἥλιος εἰς τὰς παστάδας ὑπολάμπει, τοῦ δὲ θέρους ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν στεγῶν πορευόμενος σκιὰν παρέχει; Οὔκουν εἴ γε καλῶς ἔχει ταῦτα οὕτω γίγνεσθαι, οἰκοδομεῖν δεῖ ὑψηλότερα μὲν τὰ πρὸς μεσημβρίαν, ἵνα ὁ χειμερινὸς ἥλιος μὴ ἀποκλείηται, χθαμαλώτερα δὲ τὰ πρὸς ἄρκτον, ἵνα οἱ ψυχροὶ μὴ ἐμπί-

§. 9. *συμφαῖεν*] Ed. Par. *συμφαίη*. Sed sermo hic a Socrate non cum Aristippo, sed cum pluribus familiaribus institutus videtur. — *παστάδας*] Stob. *παραστάδας*. Cf. Frotscherum ad Hieron. XI, 2. p. 71.

Ἐπειδὴ — συμφαῖεν] Optativum supra ad I, 2, 57. explicavi de actione saepius repetita, neque aliter hic modus explicari potest hoc loco; nam de oratione obliqua, ut in his: *ἤθελεν εἰσιέναι, ἐπειδὴ ἀνοιχθείη*, postquam fores apertae essent, h. l. ne cogitandum quidem est. Qua de causa statuendum erit Xenophontem per optativum significare voluisse Socratem saepius de domus structura sermonem cum amicis instituisse.

παστάδας] Schneiderus in Epimetro supra allato p. 278. putat Homericam *αἴθουσαν* esse eandem cum recentiorum *παστάδι s. περιστύλῳ*. Scholia Veneta p. 232. domus partes breviter sic distinguunt: *θάλαμος ὁ ἔσω οἶκος, τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ πρόδομος, αἴθουσα τὸ περίστυλον, τουτέστι τὸ πρὸς ἥλιον τετραμμένον παρὰ τὸ ἀεὶ αἴθεσθαι*. V. eundem V. D. l. d. p. 285 sq. Totum autem locum sic explicat Langius, praeeunte Schneidero in Epimetro dicto p. 290: Ad aestatem quod attinet, ea in situ domus respicienda non est (in Graecia); sive meridiem, sive aliam coeli regionem domus spectat, umbrosa tamen sit fervidissimo anni tempore, sole nimirum radios suos rectis lineis deorsum mittente et in quovis domus situ umbram efficiente. Ergo in exstruenda (in Graecia) domo hiemis solius habenda est ratio, ut hoc anni tempore domus sit quam calidissima. Quod ut efficiatur, una domorum series meridiem, altera septentriones spectet, et ita quidem, ut meridiem spectantes domus altiores sint e regione positis; nam tali modo altiores sole hiberno fruuntur et humiliores aquilonem versus exstructae a septentrionalibus ventis defenduntur.

§. 10. *αὐτός*] est dominus, domus possessor. Vere Hermannus ad Viger. p. 733: „*Αὐτός*, ipse, sic dicitur, ut quis distinguatur ab eo, quod ipse non est.“ H. l. opponitur *αὐτὸς τῷ οἴκῳ*. Sic Apolog. §. 31. *αὐτός* est pater, postquam sermo fuit de filio. Cf. nos in Gr. T. II. §. 630. not. 3.

τιθοῖτο] Hanc codicum et editionum lectionem Bornemann. mutavit in *τίθοιτο*, sequutus praecepta Buttmanni in Gr. T. I. §. 107. not. 35. Sed veterum Grammaticorum testimonia huic rationi fere omnia refragantur. V. Goettlingii Allgem. Lehre v. Accent der griech. Spr. p. 84 sqq. Quare acquievi in librorum lectione. Sic Anab. I, 9, 7. recte legitur

πτωσιν ἄνεμοι; Ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, ὅποι πάσας ὥρας αὐτός τε ἂν ἥδιστα καταφεύγοι καὶ τὰ ὄντα ἀσφαλέστατα τιθοῖτο, αὕτη ἂν εἰκότως ἡδίστη τε καὶ καλλίστη οἴκησις εἴη· γραφαὶ δὲ καὶ ποικιλίαι πλείονας εὐφροσύνας ἀποστεροῦσιν ἢ παρέχουσι. Ναοῖς γε μὴν καὶ βωμοῖς χώραν ἔφη εἶναι πρεπωδεστάτην, ἥτις ἐμφανεστάτη οὖσα ἀστιβεστάτη εἴη· ἡδὺ μὲν γὰρ ἰδόντας προσεύξασθαι, ἡδὺ δὲ ἀγνῶς ἔχοντας προσιέναι. 10

§. 10. οἴκησις εἴη] D.H. οἴκησις ἂν εἴη: quod recepit Born. V. ad III, 9, 2. — ἰδόντας] Sic Par. A D H. et Stob. pro vulg. εἰδότας.

συνθοῖτο, quod Bornemannus mutavit in σύνθοιτο. III, 4, 1. 34. IV, 2, 13. ἐπιθοῖντο (non ἐπίθοιντο). I, 9, 10. προοῖτο. In eiusmodi rebus certe tutius est auctoritatem sequi veterum Grammaticorum, quam aliquid novare.

γραφαὶ δὲ καὶ ποικιλίαι] Γραφὰς interpretatur Weiskius opera picturae graviora, ut ex historia aut mythologia; ποικιλίας autem, quae Oecon. IX, 2. ποικίλματα dicuntur, minoris artis picturas, ut acanthos, flores, vel simplicis coloris inductionem. Schneiderus ποικιλίας interpretatur opus intestinum, lacunaria et similia artificia. Sed recte Weiskius contra monet non apparere, quomodo haec possint εὐφροσύνας ἀποστερεῖν, nisi eadem fuerint coloribus distincta, propter quos solem non admiserint. Radulphus Rochettus, a G. Hermanno in Opusc. Vol. V. p. 221. laudatus, ποικιλίας intelligenda esse censet ornamenta parietibus illita, quae ποικίλματα dicta in Oecon. IX, 2. et Plat. Hipp. Mai. p. 298. A. Ceterum huius loci sententia haec esse videtur: Ne ornamenta illa (γραφαὶ καὶ ποικιλίαι) solis radiis laederentur, eae domus partes, in quibus ea asservabantur, ita exstruebantur, ut a sole essent aversae: tali modo homines hiberno tempore solis calore privabantur et frigidis a septentrione ventis exponebantur. Sic illa ornamenta πλείονας εὐφροσύνας ἀποστερεῖν ἢ παρέχειν dici videntur. De numero plurativo εὐφροσύνας v. ad I, 1, 11. Structura autem verbi ἀποστερεῖν cum solo accusativo rei sociatî rarior est. Sauppius ad I, 7, 5. comparat Lys. Simon. 25: ἀποστερῆσαι βουλομένους τὰς τριακοσίας δραχμάς. Soph. O. T. 324: τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν. Adde Xenoph. Agesil. IV, 1: πῶς ἂν οὗτος ἐθέλοι τὰ ἀλλότρια ἀποστερεῖν. 2: Ὅς δὲ δὴ καὶ χάριτας ἀποστερεῖν μὴ ἐθέλοι —, πῶς, ἄ γε καὶ νόμος κωλύει, ἐθέλοι ἂν ἀποστερεῖν;

Ναοῖς γε μὴν] V. ad I, 4, 5. De sententia audi Weiskium: Arae et templa, maximeque haec, muro (περιβόλῳ) inclusa erant, et intra eum et area cum luco spisso aut arboribus quibusdam intercipi solita. Haec quasi impedimenta videtur Socrates improbare, qui vult ἐμφανεστάτην esse χώραν, quod prospicientes istuc numen se quasi coram alloqui et preces suas gratiores esse putabant.

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Variae Socratis de fortitudine, sapientia et temperantia, insania, invidia, otio, imperio, felicitate definitiones exponuntur.

1) Fortitudo natura non in omnibus hominibus eadem est, sed alii aliis fortiores sunt. Augeri autem potest fortitudo doctrina et exercitatione (§. 1—3).

2) Sapientia et temperantia non differunt inter se (§. 4). V. adnotata ad h. l.

3) Iustitia omnisque virtus sapientia (*σοφία*) est (§. 5). V. adn.

4) Sapientiae contraria est insania (*μανία*). Ignorantia (*ἀνεπιστημοσύνη*) autem non est insania (§. 6—7).

5) Invidia est animi aegritudo profecta ex amicorum rebus secundis, *εὐπραξίᾳ* (§. 8).

6) Otium (*σχολή*) est vacatio a negotiis utilibus (§. 9).

7) Imperant non qui regum imperantiumque nomen gerunt, sed qui imperandi periti sunt (§. 10—13).

8) Optimum homini vitae institutum est *εὐπραξία*, i. e. studium recte agendi. *Εὐπραξία* et *εὐτυχία* diversae sunt, ut *πρᾶξις* et *τύχη* (§. 14—15).

Alii e Vitruvio I, 7. intelligunt locum excelsum, quod aeque potest defendi.

ἀστιβεστάτη] ne sacra hominum viam celebrantium strepitu turbarentur, sed sine omni tumultu fierent.

ἰδόντας προσεύξασθαι] Secundum Fabrum Schützius, quem alii sunt sequuti, haec verba sic explicat: Praetereuntes, qui adorare vellent, ut respicere possint templa et aras, et in conspectu salutationes facere, comparato Vitruvio I, 7: aedibus sacris — in celsissimo loco, unde moenium maxima pars conspiciatur, arae distribuantur, et IV, 5., ubi de templis circum vias publicas aedificatis agitur: quae Socratis menti prorsus refragantur. Ego vero haec verba accipienda puto de iis, qui templa aditurі sunt ad preces faciendas. His scilicet gratum esse debet, si iam in itinere e longinquo templum et aras, in loco nullis moenibus aliisve rebus impedito collocatas, prospicientes preces facere possunt.

ἁγνῶς ἔχοντας] Weiskius interpretatur pedibus non pulverulentis aut sordidis. Multo magis arridet explicatio Schützii, qui haec verba eo pertinere putat, quod, si via, quae ad templum ducat, parum frequens sit, facilius adituri ab omni piaculo puros se servare possint; ubi autem multi homines ultro citroque commeare soleant, ibi facile fieri posse, ut aliquis polluatur, nec satis castus ac purus ad templa perveniat.

Πάλιν δὲ ἐρωτώμενος, ἡ ἀνδρία πότερον εἴη διδακτόν, ἢ φυσικόν; Οἶμαι μέν, ἔφη, ὥσπερ σῶμα σώματος ἰσχυρότερον πρὸς τοὺς πόνους φύεται, οὕτω καὶ ψυχὴν ψυχῆς ἐρρωμενεστέραν πρὸς τὰ δεινὰ φύσει γίγνεσθαι· ὁρῶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς νόμοις τε καὶ ἔθεσι τρεφομένους πολὺ διαφέροντας ἀλλήλων τόλμῃ. Νομίζω μέντοι πᾶσαν φύσιν μαθήσει καὶ μελέτῃ πρὸς ἀνδρίαν αὔξεσθαι· δῆλον μὲν γὰρ, ὅτι Σκύθαι καὶ Θρᾷκες οὐκ ἂν τολμήσειαν ἀσπίδας καὶ δόρατα λαβόντες Λακεδαιμονίοις διαμάχεσθαι, φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι οὔτ' ἂν Θρᾳξὶν ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις, οὔτε Σκύθαις ἐν τόξοις ἐθέλοιεν ἂν διαγωνίζεσθαι. Ὁρῶ δ' ἔγωγε καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων ὁμοίως καὶ φύσει διαφέροντας ἀλλήλων τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπιμελείᾳ πολὺ ἐπιδιδόντας· ἐκ δὲ τούτων δῆλόν ἐστιν, ὅτι πάντας χρὴ καὶ τοὺς εὐφυεστέρους καὶ τοὺς ἀμβλυτέρους τὴν φύσιν, ἐν οἷς ἂν ἀξιόλογοι βούλωνται γενέσθαι, ταῦτα καὶ μανθάνειν καὶ μελετᾶν. 1 2 3

Cap. IX. §. 1. *ἡ ἀνδρία*] Iunt. Ald. E G H. *εἰ ἡ ἀνδρεία πότερον εἴη*: quod idem praebent A B C., sed pro *ἀνδρεία* habent *ἀνδρία*, ut cod. A. Stobaei. V. adn. — *ὥσπερ σῶμα*] Cod. A. Stobaei *ὥσπερ καὶ σῶμα*. V. ad I, 1, 6.

§. 2. *ἀνδρίαν*] Iunt. Ald. G E H Y. *ἀνδρείαν*. V. §. 1. — *διαμάχεσθαι*] V. adn.

Cap. IX. §. 1. *ἡ ἀνδρία*] V. ad I, 1, 16. De collocatione v. ad II, 7, 8.

διδακτόν, ἢ φυσικόν] De genere neutrali post femininum illato v. ad II, 3, 1.

πρὸς τὰ δεινὰ] *Τὰ δεινά* sunt omnino res arduae, difficiles, periculi plenae.

§. 2. *πᾶσαν φύσιν μαθήσει — αὔξεσθαι*] V. ad II, 6, 39., ubi eadem sententia consignata est.

οὔτ' ἂν — ἐθέλοιεν ἄν] Hindenburgius pro *οὔτ' ἄν* legendum coniecit *οὔτ' αὖ*. Frustra. Saepe enim *ἄν* particula in una eademque enuntiatione repetitur, ita quidem, ut verbum, cui postponitur, maiore vi efferatur. V. ad I, 4, 14.

ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις — ἐν τόξοις — διαγωνίζεσθαι] De hoc praepositionis *ἐν* usu v. Matthiae. Gr. T. II. §. 577. p. 1340. Kühner. T. II. §. 600. p. 273. (Gr. schol. §. 520.) Infra III, 11, 4: *ὁρῶν — μητέρα παροῦσαν αὐτῇ ἐν ἐσθῆτι καὶ θεραπείᾳ*. Demosth. de Coron. p. 279, 155: *ἐν τοῖς ὅπλοις παραγενόμενοι*.

§. 3. *Ὁρῶ — ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων*] Praepositio *ἐπί* cum genitivo coniuncta saepe cum verbis intelligendi, videndi, iudicandi, dicendi, demonstrandi sociatur. V. nos in Gr. T. II. §. 611. p. 295 sq. (Gr. schol. §. 531.) Cf. ad II, 3, 2.

4 *Σοφίαν δὲ καὶ σωφροσύνην οὐ διώριζεν, ἀλλὰ τὸν τὰ μὲν καλά τε καὶ ἀγαθὰ γιγνώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότα εὐλαβεῖσθαι, σοφόν τε καὶ σώφρονα ἔκρινεν. Προσερωτώμενος δὲ, εἰ τοὺς ἐπισταμένους μὲν ἃ δεῖ πράττειν, ποιοῦντας δὲ τἀναν-*

§. 4. *τὸν τὰ μὲν καλὰ — καὶ τὸν τὰ*] Sic Bessar. Ald. Steph. Ern. K. — Iunt. Leuncl. *τὸ τὰ μὲν κ. — καὶ τὸ τά.* — D. *τὸ μὲν — καὶ τὸ τὰ αἰσχρὰ εἰδότας.* Heind. coni. *τῷ τὰ — τῷ τά.* Leuncl. *σώφρονα* in *σῶφρον* mutandum putat. Schützius coni.: *τὸ τὰ — τὸ τὰ αἰσχρὰ — σοφοῦ τε καὶ σώφρονος ἔκρινεν.* Born. verba *σοφόν τε καὶ σώφρονα* tanquam adulterina uncinis

§. 4. *Σοφίαν δὲ καὶ σωφροσύνην οὐ διώριζεν*] *Σοφία*, quae h. l. commemoratur, intelligenda est scientia earum rerum, e quibus virtus proficiscitur, diversa ab illa *σοφίᾳ*, cuius infra IV, 6, 7. mentio fit. Ibi enim Socrates huic nomini aliam vim subiecit. Quod autem h. l. temperantia a sapientia non discernitur, id non est mirandum. Sapientia enim est quasi complexus omnium virtutum et earum rerum scientia cernitur, quibus in animo summa opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia efficitur; temperantia autem est ea animi virtus, quae efficit, ut homo eandem aequabilitatem et constantiam in agendo exhibeat. Quum omnes virtutes quodammodo hac iudiciorum conspiratione nitantur, saepe factum est, ut veteres philosophi temperantiae, quae alias una quatuor cardinalium quae vocantur virtutum esse dicitur, virtutis ipsius notionem subiicerent. Cf. quae de hac re fusius exposuimus ad Ciceronis Tuscul. IV, 13, 30. Idem argumentum e Socratis mente pertractatur in Platonis dialogo, qui inscriptus est Charmides, ubi pariter temperantiam scientia contineri demonstratur. Cf. Stallbaumium ad hunc dialog. p. 81 sqq. et quae nos in Prolegomenis p. 7 sqq. explanavimus.

ἀλλὰ τὸν τὰ μὲν καλά τε καὶ ἀγαθὰ γιγνώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότα εὐλαβεῖσθαι, σοφόν τε καὶ σώφρονα ἔκρινεν] Interpretes in explicando hoc loco multum pulveris excitaverunt. Equidem cum Langio locum sic explanandum existimo: Sapientiam et temperantiam non discernebat Socrates, sed eum, qui pulchra et bona sciat idemque iis uti sciat, et eum, qui turpia sciat idemque iis abstinere sciat, sapientem et temperatum iudicabat. De Socratis sententia non potest esse quisquam *σοφός* (boni rectique gnarus), qui non idem est *σώφρων* (bene et recte agens). Nam qui boni rectique gnarus est, idem recte agat necesse est, si quidem quisque agit ea, quae pro bonis habet. Socrates discrimen vulgo inter *σοφὸν* (boni gnarum) et *σώφρονα* (recte agentem) positum elevare studet, aiens utrumque tam arcte inter se cohaerere, ut alterum ab altero seiungi nequeat. V. Prolegomena. Scilicet participia *γιγνώσκοντα* et *εἰδότα* semel posita bis intelligenda arbitror, ut et *τὰ καλά τε καὶ ἀγαθά* et *χρῆσθαι* a *γιγνώσκοντα*, itemque *τὰ αἰσχρά* et *εὐλαβεῖσθαι* ab *εἰδότα* pendeant. Huius dicendi brevitatis similia exempla contuli-

τία, σοφούς τε καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι νομίζοι· Οὐδέν γε μᾶλλον, ἔφη, ἢ ἀσόφους τε καὶ ἀκρατεῖς· πάντας γὰρ οἶμαι, προαιρουμένους ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἃ οἴονται συμφορώτατα αὐτοῖς εἶναι, ταῦτα πράττειν. Νομίζω οὖν τοὺς μὴ ὀρθῶς πράττοντας οὔτε σοφοὺς

cinxit. V. adn. — ἀκρατεῖς] Sic Voss. Flor. A. E. Paris. D. pro vulg. ἀμαθεῖς, quod etiam A E G H Y. habent. — ἃ οἴονται] Sic liber Brodaei, Flor. E. Par. D G L. — Voss. 1. ἃ ἂν οἴωνται, quod recepit cum Zeun. et Schn. Herbst. — A B C H. et edd. ante Zeun. ἃ οἰόντε.

mus supra ad II, 3, 14: ἢ ὀκνεῖς — ἄρξαι, μὴ αἰσχρὸς φανῇς; i. e. ἢ ὀκνεῖς ἄρξαι, ὀκνῶν, μὴ αἰσχρὸς φανῇς. Lectio, quam sequuti sumus, plurimorum optimorumque librorum auctoritate satis superque munita est (v. Var. Lectt.). Ceterum observandum est verba τὸν τὰ μὲν καλὰ — καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ negligentius dicta esse pro: τὸν τὰ μὲν καλὰ — τὰ δὲ αἰσχρὰ κτλ., omissis καὶ τόν. Quod autem Bornemannus ait, particulam καί (καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότα) respondere antecedenti μέν (τὸν τὰ μὲν καλά), non recte statuit. Nam καί h. l. neutiquam respondet antecedenti μέν, sed participium γιγνώσκοντα cum εἰδότα copulat. Neque aptum est exemplum ab eodem et Sauppio allatum, Cyrop. I, 4, 3: πολλὰ μὲν ἀνηρώτα, καὶ ὅσα ἐρωτῷτο, ταχὺ ἀπεκρίνατο. Etiam id negligentiae tribuendum est, quod verbis καλά τε καὶ ἀγαθά unum αἰσχρά respondet: quanquam etiam alias membrorum concinnitatem neglectam vidimus. V. ad I, 3, 9. Finckhius in Lips. Annal. phil. 1828. p. 291. locum sic interpretatur: (er urtheilte), wer das Gute wisse, bediene sich desselben, und wer das Schimpfliche kenne, meide es, beides in sich vereinigend, den Weisen und den Besonnenen, ita ut verba σοφόν τε καὶ σώφρονα pro appositione subiecti (τὸν γιγνώσκοντα et τὸν εἰδότα) habenda sint.

Οὐδέν γε μᾶλλον] H. e. τοὺς ἐπισταμένους μὲν ἃ δεῖ πράττειν, ποιοῦντας δὲ τἀναντία, οὐδὲν μᾶλλον σοφούς τε καὶ ἐγκρατεῖς (s. σώφρονας) εἶναι νομίζω, ἢ ἀσόφους τε καὶ ἀκρατεῖς νομίζω εἶναι σοφούς τε καὶ ἐγκρατεῖς (s. σώφρονας). Ii, qui sciunt quidem bona, sed contraria faciunt, nihilo magis sapientes et temperantes sunt, quam ii, qui sunt insipientes et intemperantes. Verba ἀσόφους τε καὶ ἀκρατεῖς non praedicatorum vim habent, sed subiectorum; articulus autem, qui subiecto addi solet, omissus est h. l., quia subiectum indefinitum est. Sauppius cum nostro loco comparat Oecon. XII, 17 sq.: καὶ τόδε μοι δήλωσον, εἰ οἷόν τέ ἐστιν ἀμελῆ αὐτὸν ὄντα ἄλλους ποιεῖν ἐπιμελεῖς. Οὐ μὰ τὸν Δί', οὐδέν γε μᾶλλον, ἢ ἄμουσον ὄντα αὐτὸν ἄλλους μουσικοὺς ποιεῖν. De verbis οὐδὲν μᾶλλον, nihilo magis, v. Maetznerum ad Antiphont. Or. p. 132, 23. (p. 213.)

ἐνδεχομένων] V. ad I, 2, 23.

πράττειν] Posth. v. Leunclavio δεῖν addendum videbatur. At v. ad II, 2, 1.

5 οὔτε σώφρονας εἶναι. Ἔφη δὲ καὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν σοφίαν εἶναι· τά τε γὰρ δίκαια καὶ πάντα, ὅσα ἀρετῇ πράττεται, καλά τε καὶ ἀγαθὰ εἶναι· καὶ οὔτ' ἂν τοὺς ταῦτα εἰδότας ἄλλο ἀντὶ τούτων οὐδὲν προελέσθαι, οὔτε τοὺς μὴ ἐπισταμένους δύνασθαι πράττειν, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἐγχειρῶσιν, ἁμαρτάνειν· οὕτω καὶ τὰ καλά τε καὶ ἀγαθὰ τοὺς μὲν σοφοὺς πράττειν, τοὺς δὲ μὴ σοφοὺς οὐ δύνα-

§. 5. ἄλλο ἀντὶ τούτων] Hanc Valckenarii correctionem stabiliverunt K.L. — Vulgo ἄλλο τι τούτων, et Steph. ἄλλο [ἄν] τι τούτων. — οὔτε τοὺς μὴ ἐπισταμένους] Edd. pr. οὔτε τοὺς ἐπισταμένους οὐ δύνασθαι, neque aliter Par. A C D G H. (nisi quod οὐδέ pro οὔτε habent): quam lectionem defendit Finckhius in Lips. Annal. 1828. p. 295., eam sic interpretans: es sei auch nicht so, daſs, wer das Gute wisse, bei all seiner Vorliebe für dasselbe es nicht vollbringen könne, deletis verbis ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἐγχειρῶσιν, ἁμαρτάνειν. Quae ratio non solum dura videtur, sed etiam

§. 5. τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν σοφίαν εἶναι] De hac sententia v. Bornemannum ad Apolog. III, 4. p. 90., Stallbaumium ad Platon. Hipp. Min. p. 375. D. et in primis Car. Beierum in Exc. IX. ad Cicer. Off. I, 5. p. 328 sqq. Cf. Prolegomena nostra. Ceterum huius loci sententiae sic sese excipiunt: Iustitia et omnis reliqua virtus est sapientia: iusta enim et omnia, quae cum virtute fiunt, pulchra et bona sunt; pulchra autem et bona qui cognita habet, i. e. sapiens (σοφός), his nullam aliam rem praeferet: ita (οὕτω) sapiens pulchra et bona etiam (καί) faciet. Iusta autem et omnia, quae cum virtute fiunt, pulchra et bona sunt: ergo et iustitia et reliqua omnis virtus sapientia est. — Sed pessime me habent verba: ἐπεὶ οὖν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄλλα καλά τε καὶ ἀγαθὰ πάντα ἀρετῇ πράττεται, quum concludendi ratio hanc potius sententiam postulare videatur: ἐπεὶ οὖν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ ἀρετῇ πράττεται, καλά τε καὶ ἀγαθά ἐστιν. Acutissimus Finckhius in Lips. Annal. 1828. p. 295. hanc conclusionem proposuit: „iustitia et quicquid cum virtute fit, bonum est et honestum; atqui bonum et honestum qui novit, facit; facit igitur nonnisi sapiens; ergo etiam iustitia et quicquid cum virtute fit, sapientia est," et verba ἐπεὶ οὖν — πράττεται sic legenda censuit: ἐπεὶ οὖν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄλλα καλά τε καὶ ἀγαθὰ πάντα, ἃ ἀρετῇ πράττεται, ut supplendum esset ἐστίν et verba sic ordinanda: ἐπεὶ οὖν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ ἀρετῇ πράττεται, καλά τε καὶ ἀγαθά ἐστιν: quae ratio durissima est. Equidem loci obscuritatem non lectionis corruptioni, sed ipsi Xenophonti tribuendam puto.

ἐὰν ἐγχειρῶσιν] pro εἰ ἐγχειροῖεν. V. ad I, 2, 2.

δῆλον εἶναι, ὅτι — σοφία ἐστί] pro ὅτι σοφία εἴη. V. ad I, 1, 13.

δικαιοσύνη καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα ἀρετή] Nomina virtutum et vitiorum saepe sine articulo usurpari in vulgus notum est. V. ad I, 2, 23. σωφροσύνη. IV, 6, 7. σοφία. Quod autem subsequitur articulus, factum est ob verbum ἄλλη; nam ἄλλη ἀρε-

σθαι, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἐγχειρῶσιν, ἁμαρτάνειν· ἐπεὶ οὖν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄλλα καλά τε καὶ ἀγαθὰ πάντα ἀρετῇ πράττεται, δῆλον εἶναι, ὅτι καὶ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα ἀρετὴ σοφία ἐστί. Μανίαν γε μὴν ἐναν- 6
τίον μὲν ἔφη εἶναι σοφίᾳ, οὐ μέντοι γε τὴν ἀνεπιστημοσύνην μανίαν ἐνόμιζε, τὸ δὲ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν, καὶ μὴ ἃ οἶδε δοξάζειν τε καὶ οἴεσθαι γιγνώσκειν,

graecitati repugnare, quum dicendum fuisset: οὔτε τοὺς ἐπισταμένους μὴ δύνασθαι. Quanquam non nego quam maxime offendere verbum πράττειν (post δύνασθαι), quum h. l. de deligendis honestis, et postea demum de faciendis honestis agatur. — καλά τε καὶ] Sic Voss. l. pro vulg. καλά γε καί. — ἡ ἄλλη πᾶσα] K. omitt. ἡ. V. adn.

§. 6. μὴ ἃ οἶδε] L. ἃ μὴ οἶδε. V. adn. — γιγνώσκειν] ACDH. γινώσκειν. Sic deinde ADH. γινώσκουσι. V. Excurs. I.

τή est alia virtus, ἡ ἄλλη ἀρετή reliqua virtus. Sauppius comparat Platon. Protag. p. 323. A: δικαιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης πολιτικῆς ἀρετῆς, et B: ἐν δὲ δικαιοσύνῃ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ πολιτικῇ ἀρετῇ.

§. 6. Μανίαν] Sic intelligendus videtur hic locus: Insania (μανία) e Socratis definitione contraria est sapientiae (σοφίᾳ). Insania igitur est ignorantia virtutum, temperantiae, iustitiae, fortitudinis; nam sapientia cernitur cognitione virtutum. Sapientiae autem fons quasi et fundamentum est cognitio sui. Qui igitur hac sui cognitione destitutus est, is proxime accedit ad insaniam. Vulgus autem non, ut Socrates, virtutum ignorantiam, sed quamcunque aliarum rerum graviorem ignorantiam (μεγάλην παράνοιαν) insaniae nomine afficit. Haec autem gravior ignorantia intelligenda est non aberratio ab iis rebus, quas plurimi homines ignorant (ἃ οἱ πλεῖστοι ἀγνοοῦσι), sed aberratio ab iis rebus, quas vulgus iudicare potest (ἃ οἱ πολλοὶ γιγνώσκουσι), vel ignoratio earum rerum, quae communi multitudinis iudicio repugnant. Si quis autem in iis rebus peccat, quas plurimi (οἱ πλεῖστοι) ignorant et proinde diiudicare non possunt, h. e. si quis leviter peccat (ὃ μικρὸν διαμαρτάνων), is non videtur vulgo insanire. E Socratis igitur iudicio insania est ignorantia virtutum; e vulgi iudicio ignorantia earum rerum, quarum iudicium est penes vulgus, ita quidem, ut insania ab ἀνεπιστημοσύνῃ non genere differret, sed gradu. Si quis vel intemperanter, vel iniuste, vel ignave quid facit, is a Socrate insanus appellabitur, a vulgo non item, quia virtutum cognitio non est plurimorum, sed paucorum, i. e. sapientium.

καὶ μὴ ἃ οἶδε] Ubi negatio relativo, ut h. l., vel coniunctioni, vel articulo, vel praepositioni praemittitur, ibi sententia opposita mente supplenda est, uti h. l. καὶ μὴ ἃ οἶδεν, ἀλλ' ἃ μὴ οἶδεν: quam quidem collocationem multo maiorem vim habere, quam vulgarem, vix est quod moneam. V. nos in Gr. T. II. §. 865. not. 3. Bornemannus comparat Anab. VII, 2, 33: ὅπως καὶ τοὺς ἐκβαλόντας ἡμᾶς — κακὸν ποιοίην,

10 Βασιλεῖς δὲ καὶ ἄρχοντας οὐ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας ἔφη εἶναι, οὐδὲ τοὺς ὑπὸ τῶν τυχόντων αἱρεθέντας, οὐδὲ τοὺς κλήρῳ λαχόντας, οὐδὲ τοὺς βιασαμένους, οὐδὲ τοὺς ἐξαπατήσαντας, ἀλλὰ τοὺς ἐπι-
11 σταμένους ἄρχειν. Ὁπότε γάρ τις ὁμολογήσειε τοῦ μὲν ἄρχοντος εἶναι τὸ προστάττειν ὅ τι χρὴ ποιεῖν, τοῦ δὲ ἀρχομένου τὸ πείθεσθαι, ἐπεδείκνυεν ἔν τε νηῒ τὸν μὲν ἐπιστάμενον ἄρχοντα, τὸν δὲ ναύκληρον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τῇ νηῒ πάντας πειθομένους τῷ ἐπισταμένῳ, καὶ ἐν γεωργίᾳ τοὺς κεκτημένους ἀγροὺς, καὶ ἐν νόσῳ τοὺς νοσοῦντας, καὶ ἐν σωμασκίᾳ τοὺς σωμασκοῦντας, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας, οἷς ὑπάρχει τι ἐπιμελείας δεόμενον, ἂν μὲν αὐτοὶ ἡγῶνται ἐπίστασθαι ἐπιμελεῖσθαι, — εἰ δὲ μή, τοῖς ἐπισταμένοις οὐ

§. 12. *μὴ πείθηται — εὖ λέγοντι*] Haec omitt. edd. pr. Steph. et B C D. Primus e Stob. et Brod. recepit Leuncl.

agunt, bonum est, vere dicuntur aliquid agere; sin autem id, quod agunt, inutile est, licet aliquid agant, tamen dicendi sunt *σχολάζειν* s. *ἀργοὶ εἶναι*; nam *σχολὴν* s. otium habent; licet enim iis ab his peioribus occupationibus transire ad meliores. Contra si qui in re bona et utili occupati sunt, ii nullum unquam habent otium; non enim licet iis a melioribus ad peiora transire, sed, transacto aliquo negotio bono et utili, ad aliud bonum et utile negotium sese convertere debebunt. Quod si non facient, i. e. si a melioribus ad deteriora transibunt, id male faciunt. E quo consequitur, ut Socrates hanc sequutus sit sententiam, ut sapientes homines nunquam non bonae et utili occupationi intenti esse debeant. — Ultima verba Caselius sic interpretatur: quod si quis descendat, eum, etsi sit occupatus (*ἀσχολίας αὐτῷ οὔσης*), aiebat male facere: quam quidem interpretationem antecedentibus verbis repugnare puto. Verba *κακῶς τι πράττειν* mire explicat Bornemannus per: aliqua in re infelicem esse, ut hacc exeat sententia: hunc, licet occupatum, in eo infelicem praedicabat, quod relictis rebus melioribus ad deteriora se converterit.

§. 10. *Βασιλεῖς*] De hac accusativi forma v. ad II, 2, 14.

ὑπὸ τῶν τυχόντων] a plebe, multitudine. V. ad I, 1, 14.

§. 11. *Ὁπότε — ὁμολογήσειε*] V. ad I, 2, 57.

ἔν τε νηῒ — ἐν τῇ νηῒ] V. ad I, 1, 9.

τὸν — ἐπιστάμενον] Reiskius *κυβερνᾶν* addendum putabat; sed recte monuerunt interpretes sexcenties *ὁ ἐπιστάμενος* absolute dici, ut II, 1, 28. III, 5, 21. 6, 17. 14, 6. IV, 2, 4. 7, 1. *ἂν μὲν αὐτοὶ ἡγῶνται ἐπίστασθαι ἐπιμελεῖσθαι, — εἰ δὲ μή κτλ.*] Sic recte distinxit h. l. Heindorfius ad Platon. Protag. p. 469. Antea comma

μόνον παροῦσι πειθομένους, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας μεταπεμπομένους, ὅπως ἐκείνοις πειθόμενοι τὰ δέοντα πράττωσιν· ἐν δὲ ταλασίᾳ καὶ τὰς γυναῖκας ἐπεδείκνυεν ἀρχούσας τῶν ἀνδρῶν, διὰ τὸ τὰς μὲν εἰδέναι, ὅπως χρὴ ταλασιουργεῖν, τοὺς δὲ μὴ εἰδέναι. Εἰ δέ 12
τις πρὸς ταῦτα λέγοι, ὅτι τῷ τυράννῳ ἔξεστι μὴ πείθεσθαι τοῖς ὀρθῶς λέγουσι· Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, ἐξείη μὴ πείθεσθαι, ἐπικειμένης γε ζημίας, ἐάν τις τῷ εὖ λέγοντι μὴ πείθηται; ἐν ᾧ γὰρ ἄν τις πράγματι μὴ πείθηται τῷ εὖ λέγοντι, ἁμαρτήσεται δήπου, ἁμαρτάνων δὲ ζημιωθήσεται. Εἰ δὲ φαίη τις τῷ τυράννῳ 13
ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι τὸν εὖ φρονοῦντα· Τὸν δὲ ἀποκτείνοντα, ἔφη, τοὺς κρατίστους τῶν συμμάχων οἴει ἀζήμιον γίγνεσθαι, ἢ ὡς ἔτυχε ζημιοῦσθαι; πό-

§. 13. ἀποκτείνοντα] V. adu.

post ἐπίστασθαι positum erat, ut oratio primum a participio (πειθομένους) ad infinitivum (ἐπιμελεῖσθαι), deinde rursus ab infinitivo (ἐπιμελεῖσθαι) ad participium (πειθομένους) transisse dicenda esset: quod durissimum est. Supplenda sunt verba αὐτοὺς ἐπιμελομένους, quae pendent a verbo ἐπεδείκνυεν. Platonis locus Protagor. p. 311. D. nostro loco consimilis est. In oppositione per εἰ — et εἰ δὲ μή facta frequentissima omissio est apodosis prioris enuntiationis, si sententiam generalem exprimit, ut καλῶς ἔχει. V. ad III, 1, 9. Multo rariora sunt exempla, quale est nostrum, quale Platonis. De ἄν μέν et εἰ δὲ μή sese excipientibus v. ad II, 6, 37. Sententia igitur huius loci sic est constituenda: In navigando is est princeps, qui navigandi peritus est, ceteri autem huic parent; idem in aliis vitae conditionibus est statuendum; denique ceteri omnes, quibus res aliqua diligenter tractanda est, si se ipsos rei tractandae peritos esse credunt, ipsi rem curant: sin autem se ipsos rei tractandae peritos esse non credunt, peritis parent.

§. 12. Εἰ — λέγοι] V. ad I, 2, 57. Cf. §. 13.

ζημιωθήσεται] damno afficietur, quod alias dicitur ζημιώσεται, damnum capiet, ut Demosth. Ol. II. (vulgo I.) p. 17. init. ζημιώσεσθαι.

§. 13. Τὸν δὲ ἀποκτείνοντα—;] Quod e Stobaeo et Paris. H. Ernestius, Bornemannus, alii receperunt ἀποκτείναντα, equidem probare non possum. Orta mihi videtur haec lectio ex antecedenti infinitivo aoristi primi ἀποκτεῖναι. Sauppius aoristum de conatu sine successu explicandum putat; sed de hac vi aoristo a grammaticis tributa quid statuendum sit, exposui in Gr. T. II. §. 443. not. Optime sese habet participium praesentis, quo significatur actio saepius repetita: quotiescunque quis socios suos interficit.

τερον γὰρ ἂν μᾶλλον οἴει σώζεσθαι τὸν ταῦτα ποι-
14 οῦντα, ἢ οὕτω καὶ τάχιστ' ἂν ἀπολέσθαι; Ἐρομέ-
νου δέ τινος αὐτὸν, τί δοκοίη αὐτῷ κράτιστον ἀνδρὶ
ἐπιτήδευμα εἶναι, ἀπεκρίνατο, Εὐπραξίαν. Ἐρομένου
δὲ πάλιν, εἰ καὶ τὴν εὐτυχίαν ἐπιτήδευμα νομίζοι εἶναι·
Πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον ἔγωγ', ἔφη, τύχην καὶ πρᾶ-
ξιν ἡγοῦμαι· τὸ μὲν γὰρ μὴ ζητοῦντα ἐπιτυχεῖν τινι
τῶν δεόντων εὐτυχίαν οἶμαι εἶναι, τὸ δὲ μαθόντα τε
καὶ μελετήσαντά τι εὖ ποιεῖν εὐπραξίαν νομίζω, καὶ
15 οἱ τοῦτο ἐπιτηδεύοντες δοκοῦσί μοι εὖ πράττειν. Καὶ
ἀρίστους δὲ καὶ θεοφιλεστάτους ἔφη εἶναι ἐν μὲν γε-
ωργίᾳ τοὺς τὰ γεωργικὰ εὖ πράττοντας, ἐν δ' ἰατρείᾳ
τοὺς τὰ ἰατρικά, ἐν δὲ πολιτείᾳ τοὺς τὰ πολιτικά,
τὸν δὲ μηδὲν εὖ πράττοντα οὔτε χρήσιμον οὐδὲν ἔφη
εἶναι, οὔτε θεοφιλῆ.

ὡς ἔτυχε] leviter, mediocriter. Cf. ad §. 10.

οὕτω] respondet antecedenti: ταῦτα ποιοῦντα.

§. 14. Εὐπραξίαν] Wohlleben, i. e. studium bene, ex virtute vivendi, ut postea dicit: τὸ μαθόντα τε καὶ μελετήσαντά τι εὖ ποιεῖν εὐπραξίαν νομίζω. Scilicet Socrates nomen εὐπραξίας non vulgari sententia, qua significat idem quod εὐτυχία, res secundas, accipiebat, ut dicitur εὖ πράττειν, in rebus secundis versari, sed novam subiiciebat notationem. Quod quum alter, quicum Socrates colloquebatur, non perspiceret crederetque Socratem hoc nomen vulgari sententia accipere, quaerit ex eo, an etiam εὐτυχίαν (res secundas, Wohlergehen) pro vitae instituto habeat. Similem verborum lusum supra I, 6, 6. vidimus.

Πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον] Immo plane contraria puto esse fortunam (τύχην, εὐτυχίαν) et actionem (πρᾶξιν, εὐπραξίαν). De μὲν οὖν v. ad II, 7, 5.

μὴ ζητοῦντα — μαθόντα] De participio subiectum involvente v. ad I, 3, 8. ἁπτόμενον.

εὖ πράττειν] bene vivere (wohl leben).

§. 15. Καὶ — δέ] V. ad I, 1, 3. κἀκεῖνος δέ.

τοὺς τὰ γεωργικὰ εὖ πράττοντας] Quoniam nomen εὐπραξίας interpretati sumus Wohlleben, haec verba reddenda sunt: diejenigen, die in der Landwirthschaft wohl leben (i.e. qui agriculturam cognitam habent, eamque recte exercent).

χρήσιμον οὐδὲν] utilem ad nullam rem. Sic II, 7, 7. οὐδὲν χρήσιμα.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Etiam artificibus Socrates prodesse studebat cum iis de artibus suis sermones conferens.

1) Primum edocet, in qua re picturae summa virtus consistat. Pingendi ars non solum in eo cernitur, ut rerum sub oculos cadentium speciem repraesentet (§. 1), et, quoniam non unus homo omnes corporis partes perfectas habet, e multis singulis cuiusque pulcherrima delibans perfectissimam humani corporis imaginem effingat (§. 2), sed etiam varios animi affectus, qui ex hominum oculis, vultu et gestibus eluceant, imitando exprimat (§. 3—5).

2) Deinde ostendit etiam arti statuariae id efficiendum esse, ut non solum corporis motus imitetur, sed etiam animi affectibus exprimendis statuae vita inspiretur (§. 6—8).

3) Denique exponit, in qua re loricae εὐρυθμία consistat (§. 9—15).

Ἀλλὰ μὴν καὶ εἴ ποτε τῶν τὰς τέχνας ἐχόντων 1
καὶ ἐργασίας ἕνεκα χρωμένων αὐταῖς διαλέγοιτό τινι,
καὶ τούτοις ὠφέλιμος ἦν· εἰσελθὼν μὲν γάρ ποτε πρὸς

Cap. X. §. 1. *τινι*] Ald. Steph. ABCG. *τισί*. V. adn.

Cap. X. §. 1. *τὰς τέχνας ἐχόντων*] De significatione verbi ἔχειν supra ad I, 6, 13. exposuimus. De optativo *διαλέγοιτο* v. ad I, 2, 57. De singulari *τινί*, quem sequitur pluralis *τούτοις*, v. ad I, 2, 62.

καὶ τούτοις ὠφέλιμος ἦν] Quum praecedat *ἀλλὰ μὴν καί*, alterum *καί* ex abundantia quadam additum est; sed, ubi duae enuntiationes sibi invicem respondent, quod imprimis fit in enuntiationibus comparativis (*ὥσπερ καί — οὕτως καί*), saepe Graeci in utroque orationis membro ponunt *καί*. V. ad I, 1, 6. Sic III, 12, 6: *ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ δοκεῖς ἐλαχίστην σώματος χρείαν εἶναι, ἐν τῷ διανοεῖσθαι, τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ ἐν τούτῳ πολλοὶ μεγάλα σφάλλονται.* Ceterum Schneiderus observat utilitatem artificibus Socratis colloquia eam attulisse, ut sui quisque operis recte faciendi rationes perceptas haberet aliisque posset explicare. Coegit quasi Socrates artifices, ut artis suae rationem sibi redderent, effecitque, ut artis regulas, quas quasi inscii, ingenii vi instincti sequebantur, clare perspicerent, perspectisque rationibus in effingendis suis operibus firmiore quasi pede incederent. Quod in primis apparet e sermone cum Pistia instituto.

εἰσελθὼν μὲν] *Μέν* re-

Παῤῥάσιον τὸν ζωγράφον καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ· Ἆρα, ἔφη, ὦ Παῤῥάσιε, γραφικὴ ἐστιν ἡ εἰκασία τῶν ὁρωμένων; τὰ γοῦν κοῖλα καὶ τὰ ὑψηλά, καὶ τὰ σκοτεινὰ καὶ τὰ φωτεινά, καὶ τὰ σκληρὰ καὶ τὰ μαλακά, καὶ τὰ τραχέα καὶ τὰ λεῖα, καὶ τὰ νέα καὶ τὰ παλαιὰ σώματα διὰ τῶν χρωμάτων ἀπεικάζοντες ἐκμι-
2 *μεῖσθε. — Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. — Καὶ μὴν τά γε καλὰ εἴδη ἀφομοιοῦντες, ἐπειδὴ οὐ ῥᾴδιον ἐνὶ ἀνθρώπῳ περιτυχεῖν ἅμεμπτα πάντα ἔχοντι, ἐκ πολλῶν συνάγοντες τὰ ἐξ ἑκάστου κάλλιστα, οὕτως ὅλα τὰ σώ-*

γραφική] V. adn.

§. 3. *τὸ πιθανώτατον*] Sic Stob. Vulgo sine *τό*. Si in seqq. cum cod. K. legimus *τὸ ἦθος* pro vulg. *ἦθος*, vulgatum *πιθανώτατον* sine articulo optime sese habet. V. adn. in I, 4, 13. *τὴν ψυχὴν κρατίστην*. Idem Stob. omitt. *τέ*. — *ἦθος*]

spondet particulae *δέ* §. 6. demum sequenti.

Παῤῥάσιον] De Parrhasio, pictore clarissimo, v. C. O. Müllerum in: Handbuch der Archaeol. d. Kunst. p. 133 sq. et Cobetum in Prosop. Xen. p. 50 sq.

γραφική ἐστιν ἡ εἰκασία τῶν ὁρωμένων] Haec est lectio et editionum veterum et codicum. Stobaeus habet *ἡ γρ. ἐστιν εἰκασία*: quod receperunt Schützius et Schneiderus. Alii et subiecto et praedicato addiderunt articulum. Recentiores editores librorum lectionem iure restituerunt. Scilicet subiectum hoc loco communem notionem picturae designat: Malerei, non die Malerei; contra praedicatum significat certam quandam artem, quae tanquam nota ponitur. Articulus praedicato additus habet vim quandam *δεικτικήν*. Verte: Ist Malerei jene Kunst, durch welche die sichtbaren Gegenstände dargestellt werden? Socrates enim certam quandam artem in mente habet, qualem sequentibus verbis describit. V. nos in Gr. T. II. §. 494. (Gr. schol. §. 430.) Omissi ad subiectum articuli exempla multa leguntur: infra IV, 5, 7. 6, 4. 7. Plura dedit Bornemannus ad Apolog. §. 1. p. 33. De collocatione verborum *ἡ εἰκασία τῶν ὁρωμένων* v. ad II, 1, 19.

§. 2. *ὅλα τὰ σώματα*] corpora in omnibus suis partibus.

§. 3. *Τί γάρ;*] V. ad II, 6, 2.

τὸ πιθανώτατον] Vim superlativi eleganter expressit Weiskius vertens: Malt ihr auch das Ideal des einnehmenden, anmuthsvollen, [adde Liebe erregenden], Sehnsucht erweckenden, liebreizenden Charakters der Seele? Schneiderus *τὸ πιθανόν* interpretatur vultum, qui spectatoris oculos moratur et quasi invitat ad spectandum diutius, das Interessante. Quae explicatio minus placet. Aliam vim habet hoc verbum §. 7: *ὁμοιότερά τε τοῖς ἀληθινοῖς καὶ πιθανώτερα ποιεῖς φαίνεσθαι*, ubi nostrum est: treu, sprechend. De verbo *ἦθος* animi affectionem designante Bornemannus laudat

ματα καλὰ ποιεῖτε φαίνεσθαι; — Ποιοῦμεν γάρ, ἔφη, οὕτως. — Τί γάρ; ἔφη, τὸ πιθανώτατόν τε καὶ ἡδι- 3
στον καὶ φιλικώτατον καὶ ποθεινότατον καὶ ἐρασμιώτατον ἀπομιμεῖσθε τῆς ψυχῆς ἦθος; ἢ οὐδὲ μιμητόν ἐστι τοῦτο; — Πῶς γὰρ ἄν, ἔφη, μιμητὸν εἴη, ὦ Σώκρατες, ὃ μήτε συμμετρίαν, μήτε χρῶμα, μήτε ὧν σὺ εἶπας ἄρτι μηδὲν ἔχει, μηδὲ ὅλως ὁρατόν ἐστιν; — Ἆρ' οὖν, ἔφη, γίγνεται ἐν ἀνθρώπῳ τό τε φιλοφρό- 4
νως καὶ τὸ ἐχθρῶς βλέπειν πρός τινας; — Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη. — Οὔκουν τοῦτό γε μιμητὸν ἐν τοῖς ὄμ-

Stobaei codd. A. B. εἶδος. Male. V. adn. — μιμητόν] Castal. μιμητέον.

§. 4. τό τε φιλοφρ.] V. adn. — τὸ ἐχθρῶς] τό om. Vat. 1. Flor. E. Par. D. L. — τοῦτό γε] Sic pro τό γε Voss. 1., nec dissentiunt Gailii codd.. V. ad II, 2, 4.

Boettigerum in: Ideen der Archaeolog. der Malerei. p. 266 sq. et Fr. Iacobsium ad Philostrat. Imag. p. 592. Adde C. Odofr. Müllerum in: Handb. d. Archaeol. p. 137., ubi Plinius XXXV, 36, 19. affertur: (Aristides) primum animum pinxit et sensus hominum expressit, quae vocant Graeci ἤθη.

συμμετρίαν] Plin. XXXV, 10: (Parrhasius) *symmetriam* picturae dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus etc. V. Cobetum in Prosop. Xen. p. 50 sq. Ceterum probe tenendum est Parrhasium tum, quum Socrates hunc sermonem cum eo instituerit, adolescentulum fuisse et post Socratis demum mortem (Ol. 95, 1.) magni artificis nomen consequutum esse.

ὧν σὺ εἶπας] Scil. τῶν κοίλων κτλ. §. 1. De forma εἶπας v. ad II, 2, 8.

§. 4. Ἆρ' οὖν] V. ad II, 6, 1.

γίγνεται ἐν ἀνθρώπῳ τό τε φιλοφρόνως — βλέπειν] Sic legit Stobaeus pro γ. ἐν ἀνθρ. πώποτε φιλοφρόνως. Stephanus coniecit πώποτε τὸ φιλοφρ., et Anglus quidam ἐν ἀνθρώπῳ τῳ τό τε φιλ. Castalio habet τό ποτε φιλ.: quod sane habet quo sese commendet, quanquam non est obscurum, quomodo e lectione ἀνθρώπῳ τό τε φιλ. nasci potuerit ἀνθρώπῳ πώποτε φιλ. Ceterum non recte haesitavit Sauppius in praepositione ἐν et in articulo τό, dicens alias solere et articulum et praepositionem ἐν abesse in hac locutione eadem vel simili sententia, ut Cyrop. VI, 3, 11: λαβεῖν μοι γένοιτο αὐτόν. VIII, 1, 15. 2, 2. Nam ut hi loci praepositionem non ferunt, ita ille quem nunc tractamus locus necessario requirit; γίγνεται enim non, ut in illis locis, significat evenit, obtingit alicui, sed reperitur, conspicitur, locum habet in aliquo. Articulus autem τό addi potest verbo γίγνεσθαι, sive illam, sive hanc habet significationem. Cf. Demosth. de Coron. p. 287, 177: ἵνα τοῖς ἐν Θήβαις φρονοῦσι τὰ ὑμέτερα ἐξ ἴσου γένηται τὸ παῤῥησιάζεσθαι περὶ τῶν δικαίων.

μασιν; — Καὶ μάλα, ἔφη. — Ἐπὶ δὲ τοῖς τῶν φίλων ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς ὁμοίως σοι δοκοῦσιν ἔχειν τὰ πρόσωπα οἵ τε φροντίζοντες καὶ οἱ μή; — Μὰ Δί' οὐ δῆτα, ἔφη· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς φαιδροί, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς σκυθρωποὶ γίγνονται. — Οὔκουν, ἔφη, καὶ ταῦτα δυνατὸν ἀπεικάζειν; — Καὶ μάλα, ἔφη. — Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ μεγαλοπρεπές τε καὶ ἐλευθέριον καὶ τὸ ταπεινόν τε καὶ ἀνελεύθερον, καὶ τὸ σωφρονητικόν τε καὶ φρόνιμον καὶ τὸ ὑβριστικόν τε καὶ ἀπειρόκαλον καὶ διὰ τοῦ προσώπου καὶ διὰ τῶν σχημάτων καὶ ἑστώτων καὶ κινουμένων ἀνθρώπων διαφαίνει. — Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. — Οὔκουν καὶ ταῦτα μιμητά; — Καὶ μάλα, ἔφη. — Πότερον οὖν, ἔφη, νομίζεις ἥδιον ὁρᾶν τοὺς ἀνθρώπους, δι' ὧν τὰ καλά τε κἀγαθὰ καὶ ἀγαπητὰ ἤθη φαίνεται, ἢ δι' ὧν τὰ

§. 5. *σωφρονητικόν — διαφαίνει*] V. adn. — *μιμητά*] Sic Stob. pro vulg. *μιμήματα*.

§. 6. *Κλείτωνα*] Stob. *Κλίτωνα*. Coraes *Κλέωνα* malit, a Plin. XXXIV, 9, 27. commemoratum. Supra I, 4, 3. iuxta Par-

ὁμοίως] Iungendum cum *ἔχειν*, pariter sese habere; sed monendum est ad vocabuli vim intendendam et efferendam Graecos solere ei subiicere unum vel plura vocabula, in quibus nulla vis posita est. V. nos in Gr. T. II. §. 865, 5.

ἀπόλλυται] V. adn. — ἀναρπάστους] Stob. Par. D. et marg. G. ἀνασπάστους. H. ἀναπάστους. De ἀνάσπαστος Schn. comp. Herod. VII, 80., de altero laudat Dorvill. ad Charit. p. 416. [393. 453. Lips.]. Adde Plat. Phaedr. p. 229. C:

Παλαμήδους] „Palamedes, quia detexit simulatam Ulixis insaniam, in eius odium incurrit et in proditionis crimen vocatus ab eo lapidibus obrutus fuit ab exercitu." HINDENBURGIUS. Adde Bornemannum ad Apolog. §. 26. et Sauppium ad Venat. I, 11. Apposite ad nostri loci sententiam comparat Herbstius Philostrat. Heroic. p. 707: Παλαμήδην δὲ οὐδὲν ἡ σοφία ὤνησε τὸ μὴ οὐκ ἀποθανεῖν διαβληθέντα.

φθονηθεὶς] V. ad II, 1, 10. ἄρχονται.

ἀπόλλυται] Sic Iunt. ABC DH G. Stob. pro vulgato ἀπώλετο. Praesens recte Bornemannus accipit de re in carminibus, Euthydemo pariter et Socrati satis cognitis. Diversum est igitur a praesenti quod dicitur historico.

διὰ σοφίαν] ut paulo ante διὰ σοφίαν; superius autem διὰ τὴν σοφίαν. Utrumque bene sese habet; illud enim universam sapientiae notionem declarat, articulus autem sapientiae notionem ad certam quandam personam revocat. Cf. ad §. 35. διὰ δόξαν.

πρὸς βασιλέα] V. ad III, 5, 26.

§. 34. Κινδυνεύει] Exspectes κινδυνεύει οὖν vel ἆρα. Pari modo sine copula positum est Hieron. I, 26: Κινδυνεύουσιν, ἔφη ὁ Σιμ., αἱ τῶν ἀφροδισίων μόνον ὑμῖν ἀπολαύσεις τοῦ τυραννεῖν τὰς ἐπιθυμίας παρέχειν: ubi Frotscherus comparat Oecon. XVI, 12: Κινδυνεύει ἔαρος, ἔφη, εἶναι τοῦτον τοῦ ἔργου ἀρκτέον. Bornemannus in partes vocat Bremium in Philol. Beiträg. a. d. Schweiz. p. 171. Cf. supra ad III, 4, 12. μὴ καταφρόνει. Sic saepe conclusio cum vi quadam sine copula adiicitur. Ceterum conclusio in his verbis inest haec: Quoniam ea, quae ego ut bona posui, in dubitationem vocasti, restare videtur, ut ipsam felicitatem bonum minime dubium esse statuamus. Ceterum

ἄρα ἐξ ὧν πολλὰ καὶ χαλεπὰ συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις· πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῖς ὡραίοις παρακεκινηκότων διαφθείρονται, πολλοὶ δὲ διὰ τὴν ἰσχὺν μείζοσιν ἔργοις ἐπιχειροῦντες οὐ μικροῖς κακοῖς περιπίπτουσι, πολλοὶ δὲ διὰ τὸν πλοῦτον διαθρυπτόμενοί τε καὶ ἐπιβουλευόμενοι ἀπόλλυνται, πολλοὶ δὲ διὰ δόξαν καὶ πολιτικὴν δύναμιν μεγάλα κακὰ πεπόνθασιν. — Ἀλλὰ μήν, ἔφη, εἴγε 36
μηδὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπαινῶν ὀρθῶς λέγω, ὁμολογῶ μηδὲ ὅ τι πρὸς τοὺς θεοὺς εὔχεσθαι χρὴ εἰδέναι. Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἴσως διὰ τὸ σφόδρα πιστεύειν εἰδέναι οὐδ' ἔσκεψαι· ἐπεὶ δὲ πόλεως δημοκρατουμένης παρασκευάζῃ προεστάναι, δῆλον, ὅτι δημοκρατίαν γε οἶσθα τί ἐστι. — Πάντως δή-

ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάρπαστον γεγονέναι.

§. 35. *παρακεκινηκότων*] Stob. *παρακεκινημένων*. At v. adn. — *διὰ δόξαν*] V. adn.

de huius loci sententia v. Prolegom. p. 5.

§. 35. *πολλὰ καὶ χαλεπὰ*] V. ad I, 2, 24.

πολλοὶ μὲν — πολλοὶ δὲ] V. ad I, 1, 1.

ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῖς ὡραίοις παρακεκινηκότων] ab iis, qui amore pulchritudinis insaniunt. *Παρακινεῖν* intransitive positum significat mente excuti, h. e. commotae mentis esse, delirare, vesanum esse. Cf. Plat. Reip. VII. p. 517. D. Phaedr. p. 249. D., ubi v. Stallbaumium. De praepositione *ἐπί* v. nos in Gr. T. II. §. 612. p. 298. (Gr. schol. §. 532.) Sic dicitur *μαίνεσθαι ἐπί τινι*. De vocabulo *ὡραῖος* v. II, 1, 22.

κακοῖς περιπίπτουσι] V. §. 27.

ἐπιβουλευόμενοι] V. ad II, 1, 10. *ἄρχονται*.

διὰ δόξαν] Ernestius aliique e coniectura Hindenburgii addiderunt articulum, quia praecessit *διὰ τὸ κάλλος, διὰ τὴν ἰσχύν, διὰ τὸν πλοῦτον*. Sed iidem viri docti non haeserunt §. 33., ubi primum *διὰ τὴν σοφίαν*, deinde *διὰ σοφίαν*. Etiam hic locus sic est comparatus, ut non multum differat, utrum notio vocabuli certis terminis circumscribatur, an generalis ponatur, ut §. 34: *προσθήσομεν αὐτῷ κάλλος, ἢ ἰσχύν, ἢ πλοῦτον, ἢ δόξαν*. Quanquam negari non potest, ubi articulus ceteris nominibus praecesserit, ibi ultimum nomen cum articulo sociatum exspectari. Sed eiusmodi negligentiae non ad vivum sunt resecandae. V. ad I, 2, 12. in Var. Lectt. I, 3, 9. II, 1, 22. III, 9, 4. 14.

πεπόνθασιν] magna mala perpessi in miseria versantur. V. ad I, 2, 49. *δεδέσθαι*.

§. 36. *ὅ τι πρὸς τοὺς θεοὺς εὔχεσθαι χρὴ*] V. ad I, 2, 10.

δημοκρατίαν γε οἶσθα τί ἐστι] V. ad I, 2, 13.

37 *που, ἔφη. — Δοκεῖ οὖν σοι ὀλιγαρχίαν εἶναι δημοκρατίαν εἰδέναι μὴ εἰδότα ὅτιμον; — Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε. — Καὶ τί νομίζεις ὅτιμον εἶναι; — Τοὺς πένητας τῶν πολιτῶν ἔγωγε. — Καὶ τοὺς πένητας ἄρα οἶσθα; — Πῶς γὰρ οὔ; — Ἆρ' οὖν καὶ τοὺς πλουσίους οἶσθα; — Οὐδέν γε ἧττον ἢ καὶ τοὺς πένητας. — Ποίους δὲ πένητας καὶ ποίους πλουσίους καλεῖς; — Τοὺς μέν, οἶμαι, μὴ ἱκανὰ ἔχοντας εἰς ἃ δεῖ τελεῖν πένητας, τοὺς δὲ πλείω τῶν*
38 *ἱκανῶν πλουσίους. — Καταμεμάθηκας οὖν, ὅτι ἐνίοις μὲν πάνυ ὀλίγα ἔχουσιν οἳ μόνον ἀρκεῖ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ περιποιοῦνται ἀπ' αὐτῶν, ἐνίοις δὲ πάνυ πολλὰ οὐχ ἱκανά ἐστι; Καὶ νὴ Δί', ἔφη ὁ Εὐθύδημος, ὀρθῶς γάρ με ἀναμιμνήσκεις, οἶδα γὰρ καὶ τυράννους τινάς, οἳ δι' ἔνδειαν, ὥσπερ οἱ ἀπορώτα-*
39 *τοι, ἀναγκάζονται ἀδικεῖν. Οὔκουν, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἴγε ταῦτα οὕτως ἔχει, τοὺς μὲν τυράννους εἰς*

§. 37. *Δοκεῖ οὖν*] V. adn. — *Οὐδέν γε ἧττον*] Sic Stob. pro vulg. *οὐδὲν δὲ ἧττον*. Vat. 1. et Flor. E. *οὐδὲν ἧττον*.

§. 37. *μὴ εἰδότα*] Subiectum latet in participio. V. ad I, 3, 8. In cod. D. adduntur haec: *καὶ δῆμον ἆρ' οἶσθα τί ἐστιν· οἶμαι ἔγωγε*. Quae quidem verba Bornemannus impetrare a se non potest ut temere intrusa credat. Sententiarum rationem sic disponit: „Postquam Euthydemus negaverat quenquam, quid populi dominatus sit, scire, si populum ipsum ignoret, Socrati quaerenti: *Καὶ δῆμον ἆρ' οἶσθα τί ἐστιν;* respondet iuvenis: *Οἶμαι ἔγωγε*, atque Socrates pergit: *Καὶ τί νομίζεις κτλ.*" Neque mihi haec verba glossematis speciem prae se ferre videntur.

Πῶς γὰρ οὔ;— Ἆρ' οὖν] V. ad II, 6, 11. *Οὔκ, ἀλλά.*

τελεῖν] *Τελεῖν*, inquit Sauppius, comp. Wachsmuth. Hellen. Alterthumsk. I, 1. p. 324 sqq., dicuntur cives, qui certae cuidam classi adscripti vectigalia sua solvunt. Iam quoniam dicitur *τελεῖν εἰς τάξιν τινά*, quasi in ordinem aliquem solvere (quod denique est ordini adscriptum esse), solvenda oratio est *τοὺς μὴ ἔχοντας τελεῖν εἰς ταῦτα, εἰς ἃ δεῖ*. Mihi vero haec sententia aliena videtur ab h. l. Simpliciter accipio hoc verbum vi solvendi, pendendi, ut supra II, 9, 1: *ἀργύριον τελέσαι*. 10, 6: *οὐ πολὺ τελέσας ἐκτήσατο φίλον*, et *εἰς ἃ δεῖ* est ad vitae necessitatibus satisfaciendum.

§. 38. *ὀρθῶς γάρ με ἀναμιμνήσκεις*] Haec verba *παρενθετικῶς* interiecta sunt. Alterum *γάρ* (*οἶδα γάρ*) explicat *παρένθεσιν*. Nam oratio sic procedere debebat: *Καὶ νὴ Δί', ἔφη ὁ Εὐθ., οἶδα* (*ὀρθῶς γάρ με ἀναμιμνήσκεις*) *καὶ τυράννους*. Apte comparant Herbstius et Bornemannus Anab.

τὸν δῆμον θήσομεν, τοὺς δὲ ὀλίγα κεκτημένους, ἐὰν οἰκονομικοὶ ὦσιν, εἰς τοὺς πλουσίους; Καὶ ὁ Εὐθύδημος ἔφη· Ἀναγκάζει με καὶ ταῦτα ὁμολογεῖν δηλονότι ἡ ἐμὴ φαυλότης· καὶ φροντίζω, μὴ κράτιστον ᾖ μοι σιγᾶν· κινδυνεύω γὰρ ἁπλῶς οὐδὲν εἰδέναι.

Καὶ πάνυ ἀθύμως ἔχων ἀπῆλθε καὶ καταφρονήσας ἑαυτοῦ καὶ νομίσας τῷ ὄντι ἀνδράποδον εἶναι. Πολλοὶ μὲν οὖν τῶν οὕτω διατεθέντων ὑπὸ Σωκράτους οὐκέτι αὐτῷ προσῄεσαν, οὓς καὶ βλακωτέρους ἐνόμιζεν, ὁ δὲ Εὐθύδημος ὑπέλαβεν οὐκ ἂν ἄλλως ἀνὴρ ἀξιόλογος γενέσθαι, εἰ μὴ ὅ τι μάλιστα Σωκράτει συνείη· καὶ οὐκ ἀπελείπετο ἔτι αὐτοῦ, εἰ μή τι ἀναγκαῖον εἴη· ἔνια δὲ καὶ ἐμιμεῖτο ὧν ἐκεῖνος ἐπετήδευεν· ὁ δὲ ὡς ἔγνω αὐτὸν οὕτως ἔχοντα, ἥκιστα μὲν διετάραττεν, ἁπλούστατα δὲ καὶ σαφέστατα ἐξηγεῖτο ἅ τε ἐνόμιζεν εἰδέναι δεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν κράτιστα εἶναι. 40

II, 5, 12 sq.: *Ἀλλὰ μὴν ἐρῶ γὰρ καὶ ταῦτα, ἐξ ὧν ἔχω ἐλπίδας καὶ σὲ βουλήσεσθαι φίλον ἡμῖν εἶναι· οἶδα μὲν γὰρ ὑμῖν Μυσοὺς λυπηροὺς ὄντας.* Ibid. III, 2, 11: *Ἔπειτα δέ, ἀναμνήσω γὰρ ὑμᾶς καὶ τοὺς τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων κινδύνους — · ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν — Ἀθηναῖοι τολμήσαντες ἐνίκησαν αὐτούς.* De repetito *γάρ* v. adnotata in II, 6, 21.

§. 39. *ἁπλῶς*] omnino. Similiter I, 3, 1.

§. 40. *οὕτω διατεθέντων*] V. ad I, 6, 3.

βλακωτέρους] V. ad III, 13, 4.

ἁπλούστατα] sine ulla dissimulatione.

ἅ τε ἐνόμιζεν] Exspectes *ἃ ἐνόμιζεν εἰδέναι τε δεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν.* At audiendus non est Heindorfius, qui scribendum censet *καὶ ἃ ἐπιτηδ.* V. ad III, 5, 3: *ᾧ πολλοὶ ἐπαιρόμενοι προτρέπονταί τε ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι καὶ ἄλκιμοι γίγνεσθαι*, pro *ἀρετῆς τε ἐπιμ. καὶ ἄλκ. γ.* Schaeferus in App. Demosth. T. I. p. 191. aliasque inculcat in eiusmodi locis vocabulum, quicum coniunctum sit, ad *καί* repetendum esse. Quod quidem praeceptum ut multis locis bene sese habere concedo, ita aliis, nisi ad ineptias confugere velis, nequaquam probandum est.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Omni in re publica dicendi agendique studio antecedere debere Socrates dicit temperantiam (σωφροσύνην), i. e. eam virtutem, quae sedat appetitiones et efficit, ut eae rectae rationi pareant („vernünftige Denkungsart"), et ante omnia homines de diis recte sentire oportere discipulos suos docuit (§. 1—2). Primaria Socraticae disputationis quasi capita haec sunt: Deos humano generi providere intelligitur ex eo, quod illi hominibus omnia, quibus indigent, paraverunt (§. 3—9). Etiam cetera animalia hominum tantum gratia a diis procreantur et nutriuntur (§. 10). Praeter sensus, quos communes habemus cum bestiis, rationem nobis largiti sunt et linguam, qua cogitationes nostras inter nos communicare et utilissima vitae instituta provocare possumus; denique de rerum obscurarum eventu nos edocent (§. 11—12). Licet deos oculis cernere non possimus, tamen esse eos nobis persuasum debet esse ex eorum operibus, et proinde eos colere debemus (§. 13—14), et quidem ita, ut suae cuiusque vires ferunt (§. 15—18).

1 *Τὸ μὲν οὖν λεκτικοὺς καὶ πρακτικοὺς καὶ μηχανικοὺς γίγνεσθαι τοὺς συνόντας οὐκ ἔσπευδεν, ἀλλὰ πρότερον τούτων ᾤετο χρῆναι σωφροσύνην αὐτοῖς ἐγγενέσθαι· τοὺς γὰρ ἄνευ τοῦ σωφρονεῖν ταῦτα δυνα-*

Cap. III. §. 1. λεκτικοὺς] V. adn.

Cap. III. §. 1. λεκτικοὺς] Sic legitur in Vatic. 1. Flor. A. E. et L. pro vulgato δεκτικούς, quod facile per compendium scripturae ex διαλεκτικούς, quod fuerunt qui recipiendum censerent, nasci potuerit. Et vero infra cap. 6, 1., ubi rem nunc promissam Xenophon tradit, usus est his verbis: ὡς δὲ καὶ διαλεκτικωτέρους ἐποίει τοὺς συνόντας. At ex hoc ipso loco facile lectio διαλεκτικούς oriri potuit. Huc accedit, uti recte monuerunt Langius et Bornemannus, quod non facile διαλεκτικός, διαλέγεσθαι et πρακτικός, πράττειν sibi invicem opponuntur, sed λεκτικός, λέγειν et πρακτικός, πράττειν. Cf. IV, 2, 1. et 6: λέγειν τε καὶ πράττειν, Cyrop. V, 5, 46: λεκτικώτατός τε καὶ πρακτικώτατος. — Quomodo autem Socrates discipulos suos fecerit πρακτικούς, docetur cap. 5.; quomodo διαλεκτικούς, cap. 6.; quomodo denique μηχανικούς, cap. 7. De vocabulo μηχανικός v. ad III, 1, 6. De constructione verbi σπεύδειν v. ad I, 3, 7.

μένους ἀδικωτέρους τε καὶ δυνατωτέρους κακουργεῖν ἐνόμιζεν εἶναι. Πρῶτον μὲν δὴ περὶ θεοὺς ἐπειρᾶτο 2
σώφρονας ποιεῖν τοὺς συνόντας. Ἄλλοι μὲν οὖν αὐτῷ πρὸς ἄλλους οὕτως ὁμιλοῦντι παραγενόμενοι διηγοῦντο, ἐγὼ δέ, ὅτε πρὸς Εὐθύδημον τοιάδε διελέγετο, παρεγενόμην. Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Εὐθύδημε, 3
ἤδη ποτέ σοι ἐπῆλθεν ἐνθυμηθῆναι, ὡς ἐπιμελῶς οἱ θεοὶ ὧν οἱ ἄνθρωποι δέονται κατεσκευάκασι; Καὶ ὅς· Μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐκ ἔμοιγε. — Ἀλλ' οἶσθά γ', ἔφη, ὅτι πρῶτον μὲν φωτὸς δεόμεθα, ὃ ἡμῖν οἱ θεοὶ παρέχουσιν; — Νὴ Δί', ἔφη, ὅ γ' εἰ μὴ εἴχομεν, ὅμοιοι τοῖς τυφλοῖς ἂν ἦμεν ἕνεκά γε τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν. — Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀναπαύσεώς γε δεομένοις ἡμῖν νύκτα παρέχουσι κάλλιστον ἀναπαυτήριον. — Πάνυ γ', ἔφη, καὶ τοῦτο χάριτος ἄξιον. — Οὔκουν καί, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἥλιος φωτεινὸς ὢν 4
τάς τε ὥρας τῆς ἡμέρας ἡμῖν καὶ τἆλλα πάντα σα-

§. 2. *συνόντας*] D. *ξυνόντας*. V. ad I, 2, 18. — *διηγοῦντο*] Hdrf. coniecit *διηγοῖντο*, narrent. Herbst. vult *διηγοῦνται*. Recte Born. loci sententiam sic exponit: Atque alii quidem, quum apud alios talia praecipienti interfuissent, quo tempore in vivis erat, narrabant vel aliis, vel, quod malim, mihi, comp. IV, 4, 5.

§. 3. *παρέχουσιν*] Sic Iunt. Ald. B.G. pro *παρέχουσι*. — *εἴχομεν*] K.M. pro *εἴχομεν* exhibent *ἦν*, quod etiam Par. A. et Y. super *εἴχομεν* scriptum habent.

§. 3. *ἐπῆλθεν*] V. ad IV, 2, 4. *Καὶ ὅς*] V. ad I, 4, 2. *Ἀλλ' — γέ*] V. ad I, 2, 12. *ὅ γ' εἰ*] De *γέ* post iurandi formulam posito v. ad III, 11, 5. *ἕνεκά γε τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν*] Schneiderus explicat: per oculos ipsos et solos per se si staret, coeci essemus, si luce careremus. Melius Schützius ad II, 1, 2: so wären wir ja *bei* unsern Augen (trotz unserer Augen) blind. *Ἀλλὰ μὴν — γέ*] V. ad I, 1, 6.

§. 4. *ὥρας*] H. e. *ὀρθρον, μεσημβρίαν, δείλην, ἑσπέραν*. „Ὥρα Xenophontis aetate non fuit vicesima quarta diei pars, quae hora dicitur. Recentioribus demum Graecis *ὧραι* eodem modo, quo apud nos, dicuntur. Suidas: *ὥρα, τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας*. Quae posterioris aevi [aetatis] Graecis et Latinis hora est, eam priores, qui gnomonum sciothericorum tantum usum habebant, *σημεῖον, στοιχεῖον* dixerunt. Casaub. ad Athenaeum p. 5. 604. Noctis *ὧραι* (IV, 7, 4.) distinguuntur tribus illis *φυλακαῖς*, in quibus notissima *τὸ μεσονύκτιον*. [De diei tempore v. Venat. IV, 6. VI, 4. VIII, 6.] Cf.

φησίζει, ἡ δὲ νὺξ διὰ τὸ σκοτεινὴ εἶναι ἀσαφεστέρα ἐστίν, ἄστρα ἐν τῇ νυκτὶ ἀνέφηναν, ἃ ἡμῖν τὰς ὥρας τῆς νυκτὸς ἐμφανίζει, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ ὧν δεόμεθα πράττομεν; — Ἔστι ταῦτα, ἔφη. — Ἀλλὰ μὴν ἥ γε σελήνη οὐ μόνον τῆς νυκτός, ἀλλὰ καὶ τοῦ μηνὸς τὰ μέρη φανερὰ ἡμῖν ποιεῖ. — Πάνυ
5 μὲν οὖν, ἔφη. — Τὸ δ', ἐπεὶ τροφῆς δεόμεθα, ταύτην ἡμῖν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόναι, καὶ ὥρας ἁρμοττούσας πρὸς τοῦτο παρέχειν, αἳ ἡμῖν οὐ μόνον ὧν δεόμεθα πολλὰ καὶ παντοῖα παρασκευάζουσιν, ἀλλὰ καὶ οἷς εὐφραινόμεθα; — Πάνυ, ἔφη, καὶ ταῦτα
6 φιλάνθρωπα. — Τὸ δὲ καὶ ὕδωρ ἡμῖν παρέχειν οὕτω πολλοῦ ἄξιον, ὥστε καὶ φυτεύειν τε καὶ συναύξειν τῇ γῇ καὶ ταῖς ὥραις πάντα τὰ χρήσιμα ἡμῖν, συντρέφειν δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς, καὶ μιγνύμενον πᾶσι τοῖς τρέφουσιν ἡμᾶς εὐκατεργαστότερά τε καὶ ὠφελι-

§. 6. φυτεύειν τε καὶ συναύξ.] C. omitt. τέ, quod uncinis cinxit Born.

IV, 7, 4., ubi ὥραι μηνός sunt, quae hic τοῦ μηνὸς τὰ μέρη, scil. ἱσταμένου, μεσοῦντος et φθίνοντος. Ὧραι denique ἐνιαυτοῦ, quae saepissime, ut §. 5. [Vectig. I, 3.], simpliciter ὥραι vocantur, anni tempora dicuntur." HINDENBURG. De collocatione τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας, ut postea τῆς νυκτὸς καὶ τοῦ μηνὸς τὰ μέρη, v. ad II, 1, 19.

διὰ τὸ σκοτεινὴ εἶναι] V. ad I, 2, 3.

ἀσαφεστέρα] Schneiderus interpretatur: nihil patitur oculis distinguere, ut vim activam habeat. Quod vereor ut recte sese habeat. Simplicior ratio est haec: Nox propter tenebras obscurior est, quam ut eius singulae partes discerni possint. Vix credam hoc vocabulum per se habere posse vim activam.

διὰ τοῦτο πολλὰ — πράττομεν] ut ea, quae IV, 7, 4. traduntur.

§. 5. Τὸ — ἀναδιδόναι —;] Scil. τοὺς θεούς. V. ad I, 4, 12.

καὶ ταῦτα] Non ad articulum τό refertur, sed ad varia bona, quae commemorata sunt. Hinc numerus plurativus.

§. 6. φυτεύειν] Brodaeus legit φύειν (h. e. germina seminum elicere atque evocare in lucem, uti eleganter explicat Schneiderus), quod Leunclavius in libro aliquo reperisse se ait. Verum quum φυτεύειν saepe dicatur de parente liberos gignente, uti recte monet Bornemannus, comp. Thom. Mag. p. 905 sq. Brunck. ad Soph. Antig. 645. et Blomfield. Gloss. ad Aeschyl. Prom. 241., non est cur lectionem vulgatam deseramus.

§. 7. ἐπίκουρον μὲν — ἐπίκουρον δὲ] V. ad I, 1, 1. De genitivis ψύχους et σκότους

μώτερα καὶ ἡδίω ποιεῖν αὐτά, καί, ἐπειδὴ πλείστου δεόμεθα τούτου, ἀφθονέστατον αὐτὸ παρέχειν ἡμῖν; — Καὶ τοῦτο, ἔφη, προνοητικόν. — Τὸ δὲ καὶ 7
τὸ πῦρ πορίσαι ἡμῖν, ἐπίκουρον μὲν ψύχους, ἐπίκουρον δὲ σκότους, συνεργὸν δὲ πρὸς πᾶσαν τέχνην καὶ πάντα, ὅσα ὠφελείας ἕνεκα ἄνθρωποι κατασκευάζονται; ὡς γὰρ συνελόντι εἰπεῖν, οὐδὲν ἀξιόλογον ἄνευ πυρὸς ἄνθρωποι τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων κατασκευάζονται. — Ὑπερβάλλει, ἔφη, καὶ τοῦτο φιλανθρωπίᾳ. — [Τὸ δὲ καὶ ἀέρα ἡμῖν ἀφθόνως 8
οὕτω πανταχοῦ διαχῦσαι, οὐ μόνον πρόμαχον καὶ σύντροφον ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πελάγη περᾶν δι' αὐτοῦ καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλους ἀλλαχόθι καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλομένους πορίζεσθαι, πῶς οὐχ ὑπὲρ λόγον; — Ἀνέκφραστον. —] Τὸ δὲ τὸν ἥλιον, ἐπειδὰν ἐν χει-

§. 7. τὸ πῦρ] A. omitt. τό: unde Born. uncos addidit.
§. 8. [Τὸ δὲ — Ἀνέκφραστον]] V. adn. — ἄλλους ἀλλαχόθι — στελλομένους] Vulgo: ἄλλος ἀλλαχ. — στελλόμενος.

comparat Sauppius Anab. IV, 5, 13: ἐπικούρημα τῆς χιόνος, et Eurip. Androm. 28: ἐπικούρησις κακῶν. Inest in hoc vocabulo vis arcendi ab aliqua re, ut defendere ab aliquo dicitur. V. nos in Gr. T. II. §. 513, 4. (Gr. schol. §. 442, 4.) Quod autem Passovius in Lex. Gr. docet, rarius esse apud Atticos genus neutrum nominis σκότος, id certe de Xenophonte non valere recte monet Sauppius. Cf. Anab. II, 5, 7: ποῖον σκότος. 9: διὰ σκότους. VII, 4, 18: ἐν τῷ σκότει et ἐκ τοῦ σκότους. Cyrop. I, 6, 40: ἐν σκότει. Sic II, 1, 25. at VIII, 7, 23: ἐν σκότῳ. Hellen. IV, 5, 4: ἐν σκότῳ.

ὡς γὰρ συνελόντι εἰπεῖν] V. ad III, 8, 10.

Ὑπερβάλλει] alias res benignitate exsuperat, i. e. in hac re magis quam in aliis deorum benignitas exsplendescit.

§. 8. [Τὸ δὲ καὶ ἀέρα — Xenoph. Comment.

Ἀνέκφραστον]] Totus hic locus in uno codice Meermanniano servatus glossatoris manum aperte prodit. Primum offendit adverbium ἀφθόνως, pro quo exspectes ἄφθονον, ut §. 6., quanquam id et leve est nec Graeco sermoni repugnat; deinde forma aoristi διαχῦσαι maxime suspecta est, uti doctē demonstravit Lobeckius ad Phrynich. p. 725 sq.; tum in verbis πρόμαχον ζωῆς non solum affectatum quoddam dicendi genus, quod alienum est a Xenophontis nativa simplicitate, sed etiam absurdam sententiam cognoscere mihi videor; etiam σύντροφος alias passivam vim habet, non, ut h. l., activam; porro sequentia verba ἀλλὰ καὶ πελάγη περᾶν male cohaerent cum antecedentibus, certe dicendum erat ἀλλὰ καὶ ὥστε, quanquam etiam hoc durissimum est; huc accedit forma ἀλλαχόθι quum aliis

μῶνι τράπηται, προσιέναι τὰ μὲν ἀδρύνοντα, τὰ δὲ ξηραίνοντα, ὧν καιρὸς διελήλυθεν, καὶ ταῦτα διαπραξάμενον μηκέτι ἐγγυτέρω προσιέναι, ἀλλ' ἀποτρέπεσθαι φυλαττόμενον, μή τι ἡμᾶς μᾶλλον τοῦ δέοντος θερμαίνων βλάψῃ, καὶ ὅταν αὖ πάλιν ἀπιὼν γένηται, ἔνθα καὶ ἡμῖν δῆλόν ἐστιν, ὅτι, εἰ προσωτέρω ἄπεισιν, ἀποπαγησόμεθα ὑπὸ τοῦ ψύχους, πάλιν αὖ τρέπεσθαι καὶ προσχωρεῖν, καὶ ἐνταῦθα τοῦ οὐρανοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἔνθα ὢν μάλιστα ἡμᾶς ὠφελοίη; — Νὴ τὸν Δί', ἔφη, καὶ ταῦτα παντάπασιν ἔοικεν ἀν-
9 θρώπων ἕνεκα γιγνόμενα. — Τὸ δ' αὖ, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο φανερὸν, ὅτι οὐκ ἂν ὑπενέγκαιμεν οὔτε τὸ

ἔνθα καὶ ἡμῖν] H. ἔνθα ἡμῖν. Vulgo οὐ μόνον τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν. — ἔνθα ὢν] L. ἔνθα ὢν μάλιστ' ἄν. Hdrf. coniecit ἔνθ' ἂν ὤν: Dindorf. ἔνθα ἂν μ. ἡμ. ὠφ. — Optativus sine ἄν optime sese habet; nam positus est pro simplici indicativo orationis rectae. — γιγνόμενα] Sic Ald. Vindob. et Par. B.C. pro vulg. γιγνομένοις. V. Exc. I.

§. 9. Τὸ δ' αὖ] Edd. pr. et BDGH. omitt. αὖ. — ὑπενέγκαιμεν] Par. A. ὑπενέγκοιμεν: quod si maiore codicum

huius aetatis scriptoribus Atticis, tum Xenophonti inusitata. Thomas Mag. p. 10 (edit. Ritsch.) tradit: Ἄλλοθι, ἄλλοθεν, ἄλλοσε δοκιμώτερα ἢ ἀλλαχόθι, ἀλλαχόθεν, ἀλλαχόσε. Quis autem ferat verba καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλομένους πορίζεσθαι? certe exspectamus εἰς ἀλλοδαπήν; sed [illegible] sic scabrities quaedam residet; nam in his verbis inest ieiuna quaedam proxime antecedentis sententiae repetitio. Neque verborum πῶς οὐχ ὑπὲρ λόγον facile quisquam suscipiet patrocinium; nam ut taceam vix ita Graece dici posse, nullo addito adiectivo, ut φιλάνθρωπον, θαυμαστόν, repugnat etiam forma et antecedentis et sequentis orationis, in qua τὸ δέ cum infinitivo absolute, non ex alio vocabulo aptum legimus. Etiam Euthydemi responsio Ἀνέκφραστον, nisi verborum ὑπὲρ λόγον interpretamentum habendum est, longissime recedit a reliquis Euthydemi responsionibus. Denique totius loci sententia tam inficeta, tam illepida est, ut vix tibi persuadeas eum e limpido Xenophontis fonte fluxisse. Quum in codicibus Par. ABCD EGH. a verbis Τὸ δὲ καὶ ἀέρα usque ad Τὸ δὲ τὸν ἥλιον lacuna sit, facile quis induci potuit, ut eam suo modo explere tentaret, praesertim quum nulla adhuc quarti elementi mentio facta sit.

τὰ μὲν ἀδρύνοντα, τὰ δὲ ξηραίνοντα] Apposite Herbstius comparavit Odyss. VII, 119 sqq. — ὧν καιρὸς διελήλυθεν, h. e. quae ad maturitatem pervenerunt. — μᾶλλον τοῦ δέοντος, v. ad I, 6, 11.

αὖ πάλιν] „Rarius hoc ordine, frequentius inverso πάλιν αὖ." SCHAEFERUS in Melet. crit. p. 39. V. Borneman-

καῦμα οὔτε τὸ ψῦχος, εἰ ἐξαπίνης γίγνοιτο, οὕτω μὲν κατὰ μικρὸν προϊέναι τὸν ἥλιον, οὕτω δὲ κατὰ μικρὸν ἀπιέναι, ὥστε λανθάνειν ἡμᾶς εἰς ἑκάτερα τὰ ἰσχυρότατα καθισταμένους; Ἐγὼ μέν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, ἤδη τοῦτο σκοπῶ, εἰ ἄρα τί ἐστι τοῖς θεοῖς ἔργον ἢ ἀνθρώπους θεραπεύειν, ἐκεῖνο δὲ μόνον ἐμποδίζει με, ὅτι καὶ τἆλλα ζῶα τούτων μετέχει. Οὐ γὰρ καὶ τοῦτ', ἔφη ὁ Σωκράτης, φανερὸν, ὅτι καὶ ταῦτα ἀνθρώπων ἕνεκα γίγνεταί τε καὶ ἀνατρέφεται; τί γὰρ ἄλλο ζῶον αἰγῶν τε καὶ ὀΐων καὶ ἵππων καὶ βοῶν καὶ ὄνων καὶ τῶν ἄλλων ζώων τοσαῦτα ἀγαθὰ ἀπολαύει, ὅσα ἄνθρωποι; ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ πλείω

auctoritate munitum esset, recepissem. Formae enim optativi aor. I. huius et verbi εἰπεῖν rariores sunt. — γίγνοιτο] lunt. et Voss. 2. πήγνοιτο. Par. A. πηγνύοιτο; B. πυγνύοι. Schneid. suspicatur ἐπιγίγνοιτο.

§. 10. ὀΐων] Vulgo ὑῶν. Eadem permutatio Cyr. IV, 4, 4. D. habet οἰῶν et in A. superscriptum est ὀΐων, quod recepi. V. ad II, 7, 13. — ὅσα ἄνθρωποι] V. adn.

num ad Conviv. VII, 1. p. 178. Codex C. omitt. αὖ.

γένηται] Scil. ἐνταῦθα, eo pervenerit.

§. 9. οὕτω μὲν — οὕτω δὲ] V. ad I, 1, 1.

εἰ ἄρα] an forte. V. nos in Gr. T. II. §. 833. c. (Gr. schol. §. 694. b.) De seq. τί τοῖς θεοῖς ἔργον ἢ κτλ. G. T. A. Krügerus in Comment. de formula ἀλλ' ἤ. Brunsvig. 1834. p. 36. recte iudicavit. V. nos in Gr. T. II. §. 747. not. 1. p. 446. Sententia est negativa: dubito, an quicquam negotii sit diis, nisi ut hominum commodis prospiciant.

τούτων] bonorum supra commemoratorum.

§. 10. Οὐ γὰρ—;] V. ad I, 3, 10.

ἀνθρώπων ἕνεκα] Eadem sententia consignata est apud Cicer. N. D. II, 62.

ὅσα ἄνθρωποι] Codd. D. et G. exhibent ὅσα ὁ ἄνθρωπος: quam lectionem recte Bornemannus statuit illatam esse ob sequens δοκεῖ, scil. ἄνθρωπος. Nam sequentia sic explenda sunt: ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τοὺς ἀνθρώπους τῶν ζώων πλείω ἀπολαύειν ἢ τῶν φυτῶν, existimo homines plus utilitatis capere ex animalibus, quam e plantis. V. ad III, 5, 14.

πλείω τῶν φυτῶν] Zeunius post πλείω particulam ἤ excidisse suspicatus est; sed recte monet Weiskius Graecos post comparativum interdum omisisse ἤ sequente genitivo aliunde pendente. Nam τῶν φυτῶν pendet ab ἀπολαύειν. Idem V. D. comparat de Rep. Lac. IX, 1: εὕροι μείους ἀποθνήσκοντας τούτων (sc. qui honestam mortem vitae turpi praeferunt) τῶν ἐκ τοῦ φοβεροῦ ἀποχωρεῖν αἱρουμένων: ubi v. Sauppium.

τῶν φυτῶν· τρέφονται γοῦν καὶ χρηματίζονται οὐδὲν ἧττον ἀπὸ τούτων ἢ ἀπ' ἐκείνων· πολὺ δὲ γένος ἀνθρώπων τοῖς μὲν ἐκ τῆς γῆς φυομένοις εἰς τροφὴν οὐ χρῶνται, ἀπὸ δὲ βοσκημάτων γάλακτι καὶ τυρῷ καὶ κρέασι τρεφόμενοι ζῶσι· πάντες δὲ τιθασσεύοντες καὶ δαμάζοντες τὰ χρήσιμα τῶν ζώων εἴς τε πόλεμον καὶ εἰς ἄλλα πολλὰ συνεργοῖς χρῶνται. — Ὁμογνωμονῶ σοι καὶ τοῦτ', ἔφη· ὁρῶ γὰρ αὐτῶν καὶ τὰ πολὺ ἰσχυρότερα ἡμῶν οὕτως ὑποχείρια γιγνόμενα τοῖς ἀνθρώποις, ὥστε χρῆσθαι αὐτοῖς ὅ τι ἂν βού-
11 λωνται. — Τὸ δ', ἐπειδὴ πολλὰ μὲν καλὰ καὶ ὠφέλιμα, διαφέροντα δὲ ἀλλήλων ἐστί, προσθεῖναι τοῖς ἀνθρώποις αἰσθήσεις ἁρμοττούσας πρὸς ἕκαστα, δι' ὧν ἀπολαύομεν πάντων τῶν ἀγαθῶν· τὸ δὲ καὶ λογισμὸν ἡμῖν ἐμφῦσαι, ᾧ περὶ ὧν αἰσθανόμεθα λογι-

οὐ χρῶνται] ADHKL. *οὐ χρῆται*; sequens *ζῶσι* habent Iunt. Ald. V. adn.

§. 12. *εἰ ἀδυνατοῦμεν*] Reisk. coniecit *ἢ ἀδ.* At v. ad I, 5, 1. — *ταύτῃ αὐτοὺς ἡμῖν*] ABCEG. *ταύτην αὐτ. ἡμ.*

Similem dicendi brevitatem supra III, 11, 5. vidimus.

γοῦν] V. ad I, 6, 2.

ἀπὸ τούτων] ab animalibus, *ἀπ' ἐκείνων*, a plantis. V. ad I, 3, 13.

γένος ἀνθρώπων — χρῶνται — ζῶσι] Vide Matth. Gr. T. II. §. 302. Rost. §. 100. p. 470. Kühner. T. II. §. 420, 2.

ὅ τι ἂν βούλωνται] Scil. *χρῆσθαι*, ad quodcunque iis uti volunt. Anab. I, 3, 18: *τί βούλεται ἡμῖν χρῆσθαι*: ubi v. Krügerum. Cf. nos in Gr. T. II. §. 549. b.

§. 11. *τοῖς ἀνθρώποις — ἀπολαύομεν*] Exspectes *ἀπολαύουσι*, quum antecesserit *τοῖς ἀνθρώποις*; sed elegantissime persona in altero membro est mutata. In priore enim membro apta est notio generalis hominum, in posteriore autem Socrates orationem ad se et eum, quicum loquitur, revocat, quo vividius opportunitates et commoda e sensibus ad homines redundantia proponat. E locis a Sauppio collatis huc pertinet Plat. Gorg. p. 514. E: *εἰ μὴ ηὐρίσκομεν δι' ἡμᾶς μηδένα βελτίω γεγονότα τὸ σῶμα, οὐ καταγέλαστον ἂν ἦν τῇ ἀληθείᾳ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐλθεῖν ἀνθρώπους;*

ἀλεξόμεθα] De huius verbi formis v. Bornemannum ad Anab. I, 3, 6. et VII, 7, 3.

§. 12. *προνοεῖσθαι ὑπὲρ τῶν μελλόντων*] V. ad IV, 2, 23.

ταύτῃ] V. ad I, 7, 3.

ἢ ἂν ἄριστα γίγνοιντο] Tres codd. GLM. exhibent *γίγνοιτο*, quod correctoris manum aperte prodit. Nam quod h. l. numerus plurativus relatus est ad neutrum plurativum *τὰ ἀποβησόμενα*, duplici modo explicari potest. Etenim quia hoc

ζόμενοί τε καὶ μνημονεύοντες καταμανθάνομεν, ὅπῃ ἕκαστα συμφέρει, καὶ πολλὰ μηχανώμεθα, δι' ὧν τῶν τε ἀγαθῶν ἀπολαύομεν καὶ τὰ κακὰ ἀλεξόμεθα· τὸ 12
δὲ καὶ ἑρμηνείαν δοῦναι, δι' ἧς πάντων τῶν ἀγαθῶν μεταδίδομέν τε ἀλλήλοις διδάσκοντες καὶ κοινωνοῦμεν, καὶ νόμους τιθέμεθα, καὶ πολιτευόμεθα; — Παντάπασιν ἔοικασιν, ὦ Σώκρατες, οἱ θεοὶ πολλὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. — Τὸ δὲ καί, εἰ ἀδυνατοῦμεν τὰ συμφέροντα προνοεῖσθαι ὑπὲρ τῶν μελλόντων, ταύτῃ αὐτοὺς ἡμῖν συνεργεῖν, διὰ μαντικῆς τοῖς πυνθανομένοις φράζοντας τὰ ἀποβησόμενα, καὶ διδάσκοντας, ᾗ ἂν ἄριστα γίγνοιντο; — Σοὶ δ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἔοικασιν ἔτι φιλικώτερον ἢ τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι, εἴ γε μηδὲ ἐπερωτώμενοι ὑπό σου προσημαίνουσί σοι ἃ τε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ μή. —

— H. et marg. Steph. *ταῦτα αὐτοὺς ἡμ.* V. adn. — *γίγνοιντο*] V. adn. Post hoc verbum Bessario addit: Magni, ait, amoris hoc est: unde Herbstius satis audacter importavit verba de Latinis in Graeca conversa: *Πάνυ, ἔφη, (καὶ) τοῦτο φιλικόν ἐστι.*

remotius est, facile oratio transire potuit ad numerum pluralivum, ita quidem, ut negligentiae cuidam haec constructio tribuenda sit; aut de industria et dedita opera Xenophon usus est numero plurativo, quo clarius iteratae actionis notio indicaretur. Haec enim potissimum, saltem apud Atticos solutae orationis scriptores, videtur esse vis numeri plurativi post neutrum pluralivum illati, ut, ubi res e pluribus partibus composita aut in variis locis vel iteratis vicibus facta commemoratur, praedicati numerus plurativus hanc vel singularum partium vel iterationis frequentiaeve notionem singulari quadam vi efferat. Etiam ibi plurativus verbi numerus locum habere videtur, ubi actio de subiectis praedicata non eodem tempore fieri, sed temporis successu saepius repeti cogitanda est, ut Hipparch. V, 4: *εἰ προσ-ἔχοι τὸν νοῦν ἐν ταῖς μετὰ φιλίας ἀνθιππασίαις, οἷα* (sic recte Aldina pro *οἷαι*, quod sententiae plane refragatur) *ἀποβαίνουσιν ἐκ τῶν διώξεών τε καὶ φυγῶν.* Neque aliter accipiendum videtur ibid. VIII, 6: *τῶν μὲν γυμνικῶν ἀσκημάτων τὰ πολλὰ σὺν ἰδρῶτι ἐκπονοῦνται.* Exemplis in Gr. T. II. §. 424. (Gr. schol. §. 369.) allatis addo: Anab. I, 4, 10: *ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Βελέσυος βασίλεια* (sine var. lect.), ubi plurativo numero aedium regiarum multitudo accuratius significatur. Ibid. IV, 2, 20: *ἔνθα τὰ ὅπλα ἔκειντο* (sine var. lect.). Ibid. IV, 5, 14: *ὅσοι δὲ ὑποδεδεμένοι ἐκοιμῶντο, εἰσεδύοντο εἰς τοὺς πόδας οἱ ἱμάντες, καὶ τὰ ὑποδήματα περιεπήγνυντο* (sine var. lect.), calceamenta singulorum (nisi forte propter antecedentem pluralem etiam altero loco positus est,

13 Ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω, καὶ σὺ γνώσῃ, ἂν μὴ ἀναμένῃς, ἕως ἂν τὰς μορφὰς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ' ἐξαρ-

uti supra ad II, 4, 7. vidimus). Hellen. II, 3, 8: ἑβδομήκοντα τάλαντα, ἃ περιεγένοντο ἐν τῷ πολέμῳ (sine var. lect.), quae per belli tempora (quasi per belli partes) collecta erant. Cyrop. II, 2, 2: ἐγένοντο (ex opt. codd.) κρέα ἑκάστῳ ἡμῶν τρία ἢ καὶ πλείω τὰ περιφερόμενα, ubi plurativo vis distributiva indicatur. Ibid. 17: Ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα ἐλέγοντο (unus Vat. ἐλέγετο), ubi plurativo sermones alterni indicari videntur.

§. 13. Ὅτι δέ γε — ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν] Miras in explanando hoc loco editores excitarunt turbas. Duplici autem modo ab iis peccatum videtur, primum, quod ad unum omnes verba Euthydemi §. 12: Σοὶ δ', ἔφη, ὦ Σ. — ἃ τε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ μή, prorsus neglexerunt; deinde, quod verbis: Ἐννόει δὲ — ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν, Socratem demonstrare voluisse credebant esse deos, etsi non conspiciendos oculis sese praeberent. Sed primum virorum doctorum sententias varias interque se mire discrepantes recenseamus. Bessario, Herbstius et Bornemannus verba: ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω, non ad proxime antecedentia Euthydemi verba, sed ad primariam Socratis sententiam: deos hominum curam habere, referunt. Valckenarius et Schneiderus ante verba: ὅτι δέ γε κτλ. nonnulla excidisse suspicantur. Weiskius sententiarum nexum sic exponit: Me vera dicere, inquit Socr., deos nempe in rebus dubiis divinatione nobis succurrere, ipse reperies, si precibus illos reliquoque cultu veneraris, h. e. si hac ratione illos permoves, ut tibi gratificentur, comp. I, 1, 9. et 4, 18. Sed in seqq. argumentationem valde claudicare conqueritur. Nam, inquit, quod fieri posse §. seq. bene ostenditur, id vere ita sese habere docendum est. Argumentum vero a diis ipsis monstratum (αὐτοὶ — ὑποδεικνύουσιν) hoc affertur, eos in tribuendis beneficiis non cerni oculis. Sed hoc ipsum docendum erat, a diis proficisci hominum commoda, et ea esse deorum, non naturae effecta. In Germanica interpretatione idem V. D. ante verba: Ἐννόει δέ aliquid desiderat ab Euthydemo Socrati obiectum, simile dubitationi illi Aristodemi supra I, 4, 9. lectae, ut: „id ipsum, quod deos non cerno oculis, dubitationem in me excitat," deinde etiam nonnulla e Socratis responsione verba excidisse existimat; nam verba: Ἐννόει δέ non commode adnectere argumentum, particulas μὲν γάρ vel similes requiri. Herbstius verba: Ἐννόει δέ — ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν, ut aliunde illata, exsulare iussit, Dindorfius ut suppositicia cancellis cinxit. Langius in his verbis sententiam inesse putat hanc: ut dii beneficia sua non apparentes distribuunt, ita non apparentes gratiam nostram exspectant. Bornemannus denique vix aliam his verbis extundi posse arbitratur nisi hanc miram satis argumentationem: ex operibus eorum deos et cognoscendos et colendos esse ipsi dii eo significant, quod cum cetera numina ab hominibus, quibus beneficia tribuunt, non conspiciuntur, tum supremum illud numen, quod universum mundum regit, rerum effectarum (ut fulminis) quidem auctor esse intelligitur (τὰ μέγιστα πράττων ὁρᾶται), sed in efficiendis

κῆ σοι τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντι σέβεσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς θεούς. Ἐννόει δὲ, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ θεοὶ οὕ-

rebus ab hominibus non conspicitur, vel brevius: non magis dii in conspectum nostrum veniunt, cum coluntur, quam cum operantur.

Iam ego quid sentiam afferre mihi liceat.

Fateor quidem totum hunc locum argumentationis quadam obscuritate laborare, in oratioque philosophi subtilitatem desiderari; sed haec aperta interpolationis vestigia esse praefracte nego. Obscurior argumentandi ratio Xenophontis potius ingenio tribuenda videtur. Neque in ipsa oratione quicquam reperitur, quod Xenophontis stilo indignum iudicandum sit, immo nonnulla insunt in hoc loco, quae elegantiae quadam laude sese commendent. Quare locus non continuo conclamandus erit, sed diligenter exquirendum, quomodo sententiae in eo prolatae conciliari inter se possint. Argumentatio igitur mihi sic constituenda videtur.

Postquam Socrates multis e rebus a diis humano generi concessis deos hominum curam agere demonstravit, tanquam postremum divinae curae argumentum hoc ponit, quod dii hominibus divinationem concesserint, qua res futurae cognoscantur. Ad haec Euthydemus: „Erga te," inquit, „o Socr., videntur dii benigniores etiam quam erga ceteros homines sese praebere, si quidem ne interrogati quidem a te praesignificant tibi, quid facere te oporteat, quid non." Haec verba, ab omnibus interpretibus mirum in modum neglecta, sine dubio maximi momenti sunt. Nam nisi ea certo quodam consilio interiecta esse arcteque cum sequentibus cohaerere statuimus, profecto intelligi non potest, quid tandem sibi velint: ieiuna plane atque inepta iudicanda essent. Scilicet Socrates dicere solebat *τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν ἃ τε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ μή* (v. I, 1, 2 sqq. V. Proleg.). Euthydemi igitur verba Socrates arripiens demonstrare studet illud *δαιμόνιον* non sibi soli tanquam proprium quoddam beneficium a diis tributum, sed commune esse sibi cum ceteris hominibus; ceteros autem homines illud *δαιμόνιον* non agnoscere, quia non in eo acquiescant, ut eius vim in animo percipiant, sed oculis cernere cupiant. (Cf. extrema verba paragraphi 14.) Quodsi igitur, inquit Socrates, huius boni particeps fieri cupis, non debes exspectare, donec deus forma quadam indutus in conspectum tuum veniens futura tibi praedicat, sed, ubi divinorum operum contemplatione certo tibi de deorum in humanum genus cura ac providentia persuaseris, illos pie sancteque colere (cf. §. 17.). Hac mente si quis imbutus erit, ei *δαιμόνιον* illud in omnibus rebus, quid facere debeat, quid non, significabit, quum eius animus deorum reverentia agitatus neque in iis, quae facienda sint, neque in iis, quae fugienda, unquam dubius haerebit, licet dei faciem quandam formamve non cernat oculis. Nam nec in divinatione dei formam quaeri oportere ipsi dii significant eo, quod ne in ceteris quidem suis operibus in conspectum nostrum sese praebent, licet dubitari non possit, quin omnium rerum effectores sint.

Haec expositio si vera est, apparet lapsos esse interpretes in eo, quod totam hanc disputationem putabant eo consilio a

τως ὑποδεικνύουσιν· οἵ τε γὰρ ἄλλοι ἡμῖν τἀγαθὰ διδόντες οὐδὲν τούτων εἰς τοὐμφανὲς ἰόντες διδόασι, καὶ ὁ τὸν ὅλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων, ἐν ᾧ πάντα καλὰ καὶ ἀγαθά ἐστι, καὶ ἀεὶ μὲν χρωμένοις ἀτριβῆ τε καὶ ὑγιᾶ καὶ ἀγήρατα παρέχων, θᾶττον δὲ νοήματος ἀναμαρτήτως ὑπηρετοῦντα, οὗτος τὰ μέγιστα μὲν πράττων ὁρᾶται, τάδε δὲ οἰκονομῶν
14 *ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν. Ἐννόει δ', ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώ-*

§. 13. *τοὐμφανὲς*] Sic Voss. 2. Par. A. K. pro vulg. *τὸ ἐμφανές*. — *ὑγιᾶ*] Sic marg. Steph. A B C D G K L. pro vulg. *ὑγιῆ*. V. ad I, 6, 13. — *τάδε*] Sic Voss. 1. et Flor. E. pro vulg. *τόδε*.

Socrate institutam esse, ut demonstraret esse deos, licet in conspectum nostrum non venirent; immo Socrates nihil aliud videtur docere voluisse, nisi perversam esse hominum opinionem, qui in divinatione deorum formam requirant. Nam ex omni superiore sermone liquet Socratem tanquam firmissimum disputationis suae fundamentum posuisse esse deos. Etiam ea, quae §. 14. dicuntur, sententiam nostram confirmare videntur, ubi disputatio sic concluditur: *ἃ χρὴ κατανοοῦντα μὴ καταφρονεῖν τῶν ἀοράτων, ἀλλ' ἐκ τῶν γιγνομένων τὴν δύναμιν αὐτῶν καταμανθάνοντα τιμᾶν τὸ δαιμόνιον.* *τὰς μορφὰς τῶν θεῶν*] V. ad II, 1, 19. De re comparant editores Ciceronem de Nat. Deor. I, 12: Xenophon — facit — in iis, quae a Socrate dicta retulit, Socratem disputantem formam dei quaeri non oportere: eundemque et solem et animum deum dicere, et modo unum, tum autem plures deos: ubi v. Davisium.

οὕτως ὑποδεικνύουσιν] Scil. in divinatione formam dei quaeri non oportere.

οἵ τε γὰρ ἄλλοι] Scil. *θεοί*, quod omissum est, quia antecedit *αὐτοὶ οἱ θεοί*. Socrates et qui eum sequuti sunt, Plato, Stoici, Cicero, praeter unum supremum atque principem deum etiam alios esse deos statuebant, longe quidem illo inferiores, sed tamen immortales rerumque omnium praestantia excellentes, quibus tanquam ministris princeps ille deus in administratione mundi uteretur. Fusius de hac re exposuimus in libro de M. T. Ciceronis in philosophiam meritis. Hamburg. 1825. p. 185 — 188.

ἐν ᾧ πάντα καλὰ καὶ ἀγαθά ἐστι] Weiskius de suo scripsit: *πάντα τὰ καλὰ κτλ.*, ut sit: quicquid bonum est et pulchrum, id reperitur in mundo. Quam coniecturam a recentioribus editoribus receptam esse miror, quum nequaquam sit necessaria. Sententia aperta est: In mundo omnia sunt pulchra et bona, h. e. in mundo omnia tam praeclare sunt instituta et temperata, ut nihil sit, quod non et pulchritudine et utilitate excellat. Unde rerum universitas nomine *κόσμου* (mundi) appellata est.

χρωμένοις] Schneide-

ποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν, ἀλλ', ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Καὶ τοὺς ὑπηρέτας δὲ τῶν θεῶν εὐρήσεις ἀφανεῖς ὄντας· κεραυνός τε γὰρ ὅτι μὲν ἄνωθεν ἀφίεται, δῆλον, καὶ ὅτι οἷς ἂν ἐντύχῃ πάντων κρατεῖ, ὁρᾶται δ' οὔτ' ἐπιών, οὔτε κατασκήψας, οὔτε ἀπιών· καὶ ἄνεμοι αὐτοὶ μὲν οὐχ ὁρῶνται, ἃ δὲ ποιοῦσι φανερὰ ἡμῖν ἐστι, καὶ προϊόντων αὐτῶν αἰσθανόμεθα. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνθρώπου γε ψυχή, ἦ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀνθρω-

§. 14. *ὁ πᾶσι φανερὸς*] Edd. pr. et AEG. omitt. *ὁ*; Voss. 2. ponit *ὁ* ante *ἥλιος*. — *προϊόντων αὐτῶν*] D. omitt. *αὐτῶν*, quod Born. uncinis cinxit. Iniuria. — *ἦ, εἴπερ*] Sic L. Par. B. C. et a sec. m. G. Vulgo abest *ἦ*.

rus desiderat articulum *τοῖς*. Frustra; sententia enim inest haec: hominibus, quando utuntur.

ἀγήρατα] Stephanus correxit *ἀγήρατον*, quod in omnes fere sequentes editiones migravit, ut referretur ad *κόσμον*, ut Cyrop. VIII, 7, 22: *θεοὺς τοὺς ἀεὶ ὄντας καὶ πάντα δυναμένους, οἳ καὶ τήνδε τὴν τῶν ὅλων τάξιν συνέχουσιν ἀρριβῆ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον* (ubi vulgo legebatur *ἀκριβῆ* et *ἀκήρατον*); sed nulla est causa, cur vulgata deseratur, immo haec multo aptiorem videtur sententiam praebere, praesertim quum participium *χρωμένοις* additum sit, quod commodius refertur ad *πάντα καλὰ καὶ ἀγαθά*, quam ad *κόσμον*. Etiam Sauppius retinuit *ἀγήρατα*.

θᾶττον — νοήματος] V. ad I, 6, 13.

τὰ μέγιστα μὲν πράττων ὁρᾶται] rerum maximarum quidem effectorem esse supremum illum deum apparet. Haec verba quam non repugnent toti disputationi, apparebit ex iis, quae ad prima huius paragraphi verba protulimus. Tenendum est enim Socratem hanc disputationem non eo consilio instituisse, ut esse deos, licet in conspectum nostrum non venirent, demonstraret, sed ut doceret in divinatione quaeri non oportere deorum formam.

τάδε] Scil. *τὰ μέγιστα*. Quod autem non pronomen *ταῦτα*, quippe quod ad antecedentia respiciat (v. ad I, 2, 3.), usurpatum est, hoc minus potest esse offensioni, quod pronomen *ὅδε, ἥδε, τόδε* adhibetur ad significandas res ante oculos nostros positas, uti Sauppius recte iudicavit.

§. 14. *Καὶ — δὲ*] V. ad I, 1, 3. De sententia Ernestius commemorat pari modo libros sacros fulmina et ventos appellare ministros dei.

τοὺς ὑπηρέτας — τῶν θεῶν] De verborum collocatione v. ad II, 1, 19.

κεραυνός — ἄνεμοι] Saepe haec nomina sine articulo ponuntur, ubi eum exspectes, quia res sunt omnibus notae. Difficilior est quaestio, cur in seqq. *ἀνθρώπου γε ψυχή* omissus sit articulus. Credo sequens pronomen relativum quasi articuli vices sustinere.

πίνων, τοῦ θείου μετέχει, ὅτι μὲν βασιλεύει ἐν ἡμῖν, φανερόν, ὁρᾶται δὲ οὐδ' αὐτή. Ἃ χρὴ κατανοοῦντα μὴ καταφρονεῖν τῶν ἀοράτων, ἀλλ' ἐκ τῶν γιγνομένων τὴν δύναμιν αὐτῶν καταμανθάνοντα τιμᾶν τὸ
15 δαιμόνιον. Ἐγὼ μέν, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, ὅτι μὲν οὐδὲ μικρὸν ἀμελήσω τοῦ δαιμονίου, σαφῶς οἶδα, ἐκεῖνο δὲ ἀθυμῶ, ὅτι μοι δοκεῖ τὰς τῶν θεῶν εὐεργεσίας οὐδ' ἂν εἷς ποτε ἀνθρώπων ἀξίας
16 χάρισιν ἀμείβεσθαι. Ἀλλὰ μὴ τοῦτο ἀθύμει, ἔφη, ὦ Εὐθύδημε· ὁρᾷς γὰρ, ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς θεός, ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται· Νόμῳ πόλεως· νόμος δὲ δήπου πανταχοῦ ἐστι κατὰ δύναμιν ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι· πῶς οὖν ἄν τις κάλλιον καὶ εὐσεβέστερον τιμῴη θε-
17 ούς, ἢ ὡς αὐτοὶ κελεύουσιν, οὕτω ποιῶν; Ἀλλὰ χρὴ τῆς μὲν δυνάμεως μηδὲν ὑφίεσθαι· ὅταν γάρ τις τοῦτο ποιῇ, φανερὸς δήπου ἐστὶ τότε οὐ τιμιῶν θεούς· χρὴ οὖν μηδὲν ἐλλείποντα κατὰ δύναμιν τιμᾶν

ὅτι μὲν βασιλεύει] Sic B C D G H. Iunt. pro vulg. ὅτι μὲν γὰρ β. §. 17. οὐ τιμῶν] Par. H. K. μὴ τιμῶν.

Ἃ χρὴ κτλ.] De omissa particula conclusiva v. ad I, 1, 9.

§. 15. ἐκεῖνο — ἀθυμῶ] §. 16: μὴ τοῦτο ἀθύμει. Sic ἀπορεῖν τι. Thuc. V, 40: ἀπορούντες — ταῦτα. V. Gr. nostr. T. II. §. 557. (Gr. schol. §. 483.)

οὐδ' ἂν εἷς] V. ad I, 6, 2.

§. 16. Νόμῳ πόλεως] V. I, 3, 1.

κατὰ δύναμιν] pro suis quisque facultatibus. V. I, 3, 3.

ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι] sacrificiis deos placare, propitios sibi reddere. Alias construitur cum dativo, ut Oecon. V, 3: ὥστε ἔχειν καὶ θεοῖς ἐξαρέσκεσθαι θύοντας: ubi v. Schneiderum. Neque aliter ἐξαρεσκεύεσθαι, ut ibid. 19: τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ ὁρᾷς — πρὸ τῶν πολεμικῶν πράξεων ἐξαρεσκευομένους τοῖς θεοῖς. Accusativus (ἀρέσκεσθαί τινά τινι) est constructio Homerica.

§. 17. τῆς μὲν δυνάμεως] Bornemannus recte docet particulam μέν ostendere Socratem, nisi alia quaedam interponere ei placuisset, orationem sic fere continuaturum fuisse: τιμῶντα δὲ οὕτω τοὺς θεοὺς θαῤῥεῖν τε καὶ ἐλπίζειν. Schneiderum male habuit eadem sententia repetita (τῆς δυνάμεως μηδὲν ὑφίεσθαι et μηδὲν ἐλλείποντα κτλ.); sed nihil sane frequentius fit, quam ut post interpositionem aliquam eadem sententia verbis nonnihil mutatis repetatur. Exempla a Bornemanno allata, Cyrop. IV, 2, 46. V, 2, 9. Anab. VII, 2, 18. III, 1, 20. Plat. Apol. p. 29. C., sexcentis aliis augeri possunt.

ἐλλείποντα] Iunge cum

τοὺς θεοὺς θαῤῥεῖν τε καὶ ἐλπίζειν τὰ μέγιστα ἀγαθά· οὐ γὰρ παρ' ἄλλων γ' ἄν τις μείζω ἐλπίζων σωφρονοίη ἢ παρὰ τῶν τὰ μέγιστα ὠφελεῖν δυναμένων, οὐδ' ἂν ἄλλως μᾶλλόν, ἢ εἰ τούτοις ἀρέσκοι, ἀρέσκοι δὲ πῶς ἂν μᾶλλον, ἢ εἰ ὡς μάλιστα πείθοιτο αὐτοῖς; Τοιαῦτα μὲν δὴ λέγων τε καὶ αὐτὸς ποιῶν 18
εὐσεβεστέρους τε καὶ σωφρονεστέρους τοὺς συνόντας παρεσκεύαζεν.

§. 18. *Τοιαῦτα μὲν δὴ*] Sic Par. ABCDH. Voss. 1. et 2. pro vulg. τ. *μέντοι.*

τιμᾶν. Ceterum usitatior huius verbi structura est participium. Rarioris structurae causa videtur esse haec, ne e participiorum concursu obscuritas quaedam oriatur.

οὐ γὰρ παρ' ἄλλων γ' ἄν τις μείζω ἐλπίζων σωφρονοίη] H. e. *οὐ γὰρ ἄν τις σωφρονοίη, εἰ παρ' ἄλλων μείζω ἐλπίζοι.*

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Quemadmodum superiore capite Socratis de diis recte sentiendi ratio (*σωφροσύνη περὶ θεούς*) exposita est, ita nunc ostenditur, quomodo et doctrina et exemplo vitaque sua sanam de iustitia sententiam (*σωφροσύνην περὶ τὴν δικαιοσύνην*) discipulis suis inspiraverit. Primum per totam vitam iustissimus et legibus obedientissimus fuisse narratur (§. 1—4). Deinde e disputatione cum Hippia sophista haec fere de iustitia disserens inducitur:

Praestat esse iustum quam de iusto disserere; nam multi de iusto loquentes iniusta faciunt, nemo autem, qui iusta facit, iniustus est (§. 10—11). Iustum est autem quod legibus civitatis consentaneum (*νόμιμον*) est; iustum esse et leges sequi (*νόμιμον εἶναι*) idem est. Leges autem ea sunt, quae cives de iis, quae facere et quibus abstinere nos oportet, consentientes constituerunt (§. 12—13). Civitatis rectores ii praestantissimi sunt, qui maxime civibus legibus obediendi studium instillaverunt, et civitas ea praestantissima est, et pace optime constituta et bello invicta, in qua cives legibus maxime obediunt (§. 15). Etiam

concordia proficiscitur e legum obedientia; concordia autem non solum universae civitatis, sed etiam omnium singulorum civium summum bonum, firmissimum munimentum et felicitatis fundamentum est (§. 16—18). Sed praeter scriptas leges sunt etiam leges non scriptae, ab ipsis diis humano generi datae, quae in omnibus terris eodem modo observantur (§. 19—20): quas qui migrant, eos poena consequitur nullo modo fugienda (§. 21—24). Quoniam autem dii non alias leges ac iustas dent, apparet etiam deos iustum esse et leges sequi (*νόμιμον εἶναι*) idem esse indicare (§. 25).

---

1 *Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ δικαίου γε οὐκ ἀπεκρύπτετο ἣν εἶχε γνώμην, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἀπεδείκνυτο, ἰδίᾳ τε πᾶσι νομίμως τε καὶ ὠφελίμως χρώμενος, καὶ κοινῇ ἄρχουσί τε ἃ οἱ νόμοι προστάττοιεν πειθόμενος καὶ κατὰ πόλιν καὶ ἐν ταῖς στρατείαις οὕτως, ὥστε*
2 *διάδηλος εἶναι παρὰ τοὺς ἄλλους εὐτακτῶν, καὶ ὅτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιστάτης γενόμενος οὐκ ἐπέτρεψε τῷ δήμῳ παρὰ τοὺς νόμους ψηφίσασθαι, ἀλλὰ σὺν*

Cap. IV. §. 1. *ἀπεδείκνυτο*] Marg. Steph. et Par. A. *ἐπεδείκνυτο*. Male. V. §. 10. et adn. in II, 1, 21.

Cap. IV. §. 1. *ἀπεκρύπτετο*] V. ad III, 6, 3.

καὶ ἔργῳ] „In animo habebat auctor, quod paulo post scripturus erat, *καὶ λόγῳ*. Sed multis interiectis quae referuntur ad *ἔργῳ*, ex animo illud dimisit; pro quo demum §. 5. dicit *καὶ ἔλεγε δέ*." WEISKIUS.

ἰδίᾳ — χρώμενος] Infra 8, 11: *δίκαιος δὲ (ἦν Σωκράτης), ὥστε βλάπτειν μὲν μηδὲ μικρὸν μηδένα, ὠφελεῖν δὲ τὰ μέγιστα τοὺς χρωμένους αὐτῷ.*

ἄρχουσί τε] Particula *τέ* respondet particulae *καί* in verbis sequentibus §. 2: *καὶ ὅτε — ἐν ταῖς ἐκκλησίαις — οὐκ ἐπέτρεψε.* Oratio igitur quodammodo *ἀνακόλουθος* est; nam grammatica ratione sic decurrere debebat: *ἰδίᾳ τε — χρώμενος, καὶ κοινῇ ἄρχουσί τε — πειθόμενος —, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιστάτης γενόμενος οὐκ ἐπιτρέψας τῷ δήμῳ παρὰ τοὺς νόμους ψηφίσασθαι.* Sed iam supra ad II, 1, 30. observavimus orationem saepe a participio cum magna quadam vi ad verbum finitum transire. Quae quidem constructionis mutatio eo aptior est, ubi membra per *τέ* et *καί* coniuncta ita sibi respondent, ut prius generaliorem sententiam, posterius specialiorem eamque graviorem contineat, vel per *μέν* et *δέ* coniuncta ita sibi respondent, ut minoris momenti sententiae maioris momenti sententia opponatur.

ἃ — προστάττοιεν] Optativus usurpatus est de repetita actione. V. ad III, 1, 1.

παρὰ τοὺς ἄλλους] praeter ceteros, prae ceteris. V. ad I, 4, 14.

§. 2. *ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*]

τοῖς νόμοις ἠναντιώθη τοιαύτῃ ὁρμῇ τοῦ δήμου, ἣν οὐκ ἂν οἶμαι ἄλλον οὐδένα ἄνθρωπον ὑπομεῖναι· καὶ ὅτε οἱ τριάκοντα προσέταττον αὐτῷ παρὰ τοὺς 3
νόμους τι, οὐκ ἐπείθετο· τοῖς τε γὰρ νέοις ἀπαγορευόντων αὐτῶν μὴ διαλέγεσθαι, καὶ προσταξάντων ἐκείνῳ τε καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολιτῶν ἀγαγεῖν τινα ἐπὶ θανάτῳ, μόνος οὐκ ἐπείσθη διὰ τὸ παρὰ τοὺς νόμους αὐτῷ προστάττεσθαι· καὶ ὅτε τὴν ὑπὸ Με- 4
λήτου γραφὴν ἔφευγε, τῶν ἄλλων εἰωθότων ἐν τοῖς δικαστηρίοις πρὸς χάριν τε τοῖς δικασταῖς διαλέγεσθαι καὶ κολακεύειν καὶ δεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους,

§. 2. *τοιαύτῃ ὁρμῇ*] ABCK. *τοιαῦτα τῇ ὁρμῇ*, in qua lectione Born. latere putat: *τοιαύτῃ τῇ ὁρμῇ*; sed tum dicendum erat *τῇ τοιαύτῃ ὁρμῇ*.

§. 4. *Μελήτου*] Sic recte Iunt. Ald. G. pro *Μελίτου*.

Fusius haec res narratur supra I, 1, 18.

§. 3. *νέοις — μὴ διαλέγεσθαι*] V. I, 2, 35. De *μή* post v. *ἀπαγορεύειν* illato v. ad I, 2, 33. Ceterum advertenda est etiam temporum diversitas *ἀπαγορευόντων* et *προσταξάντων*; illud iussum iteratis vicibus repetitum, hoc semel pronuntiatum significare videtur.

ἄλλοις τισὶ] V. Plat. Apol. p. 32. C., ubi Stallbaumius haec addit: „Leon ille, patria quidem Salaminius, sed civitate Atheniensis, sua sponte in exsilium abierat Salamina insulam, ne a tyrannis, divitiarum suarum avidis, occideretur." Idem commemoratur apud Xen. Hellen. II, 3, 39. Andocid. de Myster. p. 46. Cf. Diog. Laert. II, 24. p. 110. ed. Hübner.

ἐπὶ θανάτῳ] V. ad I, 3, 11.

§. 4. *τὴν ὑπὸ Μελήτου γραφὴν ἔφευγε*] *Φεύγειν γραφήν* s. *δίκην* significat accusari, cui opponitur *διώκειν*, quod est accusare. Comparat Herbstius Plat. Apol. p. 19. C: *μή πως ἐγὼ ὑπὸ Μελήτου τοσαύτας δίκας φύγοιμι*, putatque locutionem *τὴν ὑπό τινος γραφὴν φεύγειν* e duabus illis: *ὑπό τινος φεύγειν* et *τὴν γραφήν τινος φεύγειν* conflatam esse. Simplicior et proinde verior ratio videtur esse ea, quam supra ad II, 1, 34. inivimus. De Socratis accusatoribus, quorum unus erat Meletus, supra ad I, 1, 1. diximus. De Meleto cf. Cobetum in Prosop. Xen. p. 85.

δίψαν] „Ex Stob. K. et marg. Steph. in δίψος mutaverunt Zeun. et Schn., quibus non assentiuntur Poppo ad Cyrop. II, 3, 13. et Blomfield. ad Aeschyl. Pers. 490. cum Addendis, δίψης Vat. 1." BORNEMANNUS. „V. Duker. ad Thuc. p. 504. Hemsterh. ad Lucian. I. p. 407. Utramque formam notavit Pollux VI, 31. et Suidas v. δίψα. Scilicet δίψα Homero proprium est, δίψος posteriores scriptores dixere." FISCHER. ad Cyrop. III, 1, 5. p. 176., ubi Bornemannus in Xenoph. Comment. ed. 1838. e Guelf. et Paris. A. B. recepit τῷ δίψει pro vulg. τῇ δίψῃ, quum contra II, 3, 13. iure exstinxerit δίψος ut correctori debitum. Supra autem I, 4, 13. legimus ἢ λιμὸν ἢ δίψος, omnium librorum auctoritate munitum. Res e codicibus diiudicanda est.

ἡδέως μὲν — ἡδέως δ'] V. ad I, 1, 1.

περιμείναντας] De sententia cf. II, I, 20. 33.

ὡς ἔνι ἥδιστα] V. ad III, 8, 4.

τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τε καὶ συνεχεστάτοις] voluptatibus maxime necessariis (i. e. naturalibus) et continuis (i. e. usque redeuntibus), ut cupiditate edendi, bibendi, dormiendi cett.

ἀξιολόγως] Paulo post ἀξίως μνήμης, i. e. recte, pulchre, laudabiliter, honeste. Supra I, 5, 5: τίς γὰρ ἄνευ ταύτης ἢ μάθοι τι ἂν ἀγαθὸν ἢ μελετήσειεν ἀξιολόγως; ubi op-

μης ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις. — Παντάπασιν, ἔφη, ἀληθῆ
10 λέγεις. — Ἀλλὰ μὴν τοῦ μαθεῖν τι καλὸν καὶ ἀγαθόν, καὶ τοῦ ἐπιμεληθῆναι τῶν τοιούτων τινός, ὃ ὧν ἄν τις καὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα καλῶς διοικήσει, καὶ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον καλῶς οἰκονομήσειε, καὶ φίλοις καὶ πόλει ὠφέλιμος γένοιτο, καὶ ἐχθροὺς κρατήσειεν, ἀφ' ὧν οὐ μόνον ὠφέλειαι, ἀλλὰ καὶ ἡδοναὶ μέγισται γίγνονται, οἱ μὲν ἐγκρατεῖς ἀπολαύουσι κράτοντες αὐτά, οἱ δ' ἀκρατεῖς οὐδενὸς μετέχουσι· τῷ γὰρ ἂν ἧττον φήσαιμεν τῶν τοιούτων προσήκειν ἢ ᾧ ἥκιστα ἔξεστι ταῦτα πράττειν, κατεχομένῳ ἐπὶ τῷ
11 σπουδάζειν περὶ τὰς ἐγγυτάτω ἡδονάς; — Καὶ ὁ

§. 10. Ἀλλὰ μὴν τοῦ μαθεῖν] V. adn. — ἐχθροὺς] Sic Iunt. c. Stob. et Par. BDG. pro ἐχθρῶν. V. ad I, 5, 1. — οὐδενὸς μετέχουσι] Ald. et A.E. οὐδὲν οὐδενὸς μετ.: quod non improbat Born., comp. Herod. VII, 16. ἀλλά τι τοῦ θεοῦ μετέχον, neque credens οὐδέν ex interpolatione infarsum esse. — positum est verbo αἰσχρῶς. II, 1, 20: ἐπιστήμην ἀξιόλογον, laude dignam. III, 7, 1: ἀξιόλογον — ἄνδρα ὄντα, virum honestum.

§. 10. Ἀλλὰ μὴν — γίγνονται, οἱ μὲν ἐγκρατεῖς] Vulgo in edd. pr. legitur: ἀλλὰ μὴν — γίγνονται. Οἱ μὲν γὰρ ἐγκρατεῖς κτλ. At in Stob. Venet. eiusque cod. A. et cod. Voss. 1. et punctum et γάρ abest, eandemque lectionem expressit Bessarionis interpretatio Latina. Quare Ernestius non dubitavit eam recipere. Weiskius locum sic correxit: ἀλλὰ μὴν τοῦ μαθεῖν, τί — (ἀφ' ὧν — γίγνονται, ὧν οἱ μὲν ἐγκρατεῖς — μετέχουσι)· τῷ γάρ —; Unde quid lucri redundet, non intelligitur. In lectione recepta omnia clara atque aperta sunt. Neque obscurum est, unde falsa ista verborum distinctio et particula γάρ natae sint. V. adnotata ad verbum ἀπολαύουσι.

οἶκον — οἰκονομήσειε] Eiusmodi locutionum pleonasticarum plena est lingua Graeca, ut apud Homerum οἶνον οἰνοχοεύειν, apud Xenophontem Anab. V, 1, 13. ὁδὸν ὁδοιπορεῖν. Cf. Krügerum ad Anab. IV, 7, 22. βοῶν ἀμοβόϊνα.

ἀφ' ὧν] Scil. ἀπὸ τοῦ καλῶς διοικῆσαι τὸ ἑαυτοῦ σῶμα κτλ.

ὠφέλειαι] V. ad I, 1, 11.

ἀπολαύουσι] Ex proxime antecedentibus supplendum est: ὠφελείας καὶ ἡδονὰς μεγίστας. Verba construenda sunt sic: οἱ ἐγκρατεῖς τοῦ μαθεῖν — καὶ τοῦ ἐπιμεληθῆναι — ἀπολαύουσι. V. ad I, 6, 2.

πράττοντες αὐτά] τὸ μαθεῖν τι καλὸν κτλ.

τῶν τοιούτων προσήκειν] V. ad §. 7.

κατεχομένῳ ἐπὶ τῷ σπουδάζειν] occupato in appetendo. Bene Sauppius: „Praepositione simul locus, circa quem versatur cupiditas, ac finis, quem habet illa, significari videtur." V. nos in Gr. T. II. §. 612. p. 298. (Gr. schol. §. 532.)

περὶ τὰς ἐγγυτάτω ἡδονάς] in promptu positas. V. ad II, 1, 20. De ad-

Εὐθύδημος· Δοκεῖς μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, λέγειν, ὡς ἀνδρὶ ἥττονι τῶν διὰ τοῦ σώματος ἡδονῶν πάμπαν οὐδεμιᾶς ἀρετῆς προσήκει. — Τί γὰρ διαφέρει, ἔφη, ὦ Εὐθύδημε, ἄνθρωπος ἀκρατὴς θηρίου τοῦ ἀμαθεστάτου; ὅστις γὰρ τὰ μὲν κράτιστα μὴ σκοπεῖ, τὰ ἥδιστα δ' ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖ ποιεῖν, τί ἂν διαφέροι τῶν ἀφρονεστάτων βοσκημάτων; ἀλλὰ τοῖς ἐγκρατέσι μόνοις ἔξεστι σκοπεῖν τὰ κράτιστα τῶν πραγμάτων, καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ μὲν ἀγαθὰ προαιρεῖσθαι, τῶν δὲ κακῶν ἀπέχεσθαι. Καὶ οὕτως ἔφη ἀρίστους τε καὶ εὐδαιμονε- 12
στάτους ἄνδρας γίγνεσθαι, καὶ διαλέγεσθαι δυνατω-

κατεχομένῳ ἐπὶ τῷ] Schn. et Born. *ἐπί* cinxerunt uncinis. Iniuria, credo. Unus cod. Par. D. habet *περὶ τὸ σπ.*, apertum glossema. Stob. Trinc. *ἐπὶ τὸ σπ.* Cf. adn.

§. 11. *Τί γὰρ*] V. adn. — *ἔργῳ κ. λ.*] Sic Iunt. Ald. BCEG. pro *λόγῳ καὶ ἔργῳ*. V. adn.

verbio *ἐγγυτάτω*, v. Schneiderum ad Anab. II, 2, 17. p. 112. Born.

§. 11. *ἥττονι τῶν — ἡδονῶν*] V. ad I, 5, 1.

Τί γὰρ διαφέρει —;] Quid igitur differt? V. ad I, 3, 10. Ceterum Iuntina cum Par. BCDGH. exhibet *τίνι*. Phrynichus p. 394: *Τίνι διαφέρει τόδε καὶ τόδε; οὐ χρὴ οὕτω λέγειν, ἀλλὰ τί διαφέρει*; ubi doctc Lobeckius multis collatis exemplis demonstrat *τί διαφέρει —*; apud veteres Atticos, ut Platonem, Xenophontem, Lysiam, Demosthenem, usitatam fuisse structuram, recentiores autem usurpare *τίνι διαφέρει —*; sive quid referat quaerant, sive qua in re unum ab altero differat; sed, si aliud aut praecedat aut subsequatur, etiam veteribus utroque modo dicere licuisse, ut in Plat. Alcib. I. p. 124. C: *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅτῳ σου διαφέρῳ, πλήν γε ἑνί. Τίνι*; Xenoph. Hier. I, 7: *οὐκ οἶδ' εἴ τινι διαφέρει*: ita peraeque usurpari *τοῦτο διαφέρει* et *τούτῳ, ὅσον διαφέρει* et *ὅσῳ*. Accusativi exempla supra legimus haec: *ἐσκόπει, τί διαφέρει μανίας ἀμαθία*. I, 2, 50. II, 1, 17. III, 7, 7.; dativi III, 3, 14: *πολὺ ἂν καὶ τούτῳ διενέγκοιεν τῶν ἄλλων*, sed de hoc loco res dubia est; v. adnotata nostra. Aristoteles primus deflexit ad dativum: *τίνι διαφέρει*.

τὰ μὲν κράτιστα — τὰ ἥδιστα δ'] V. ad I, 1, 12. *τὰ μὲν ἀνθρώπεια — τὰ δαιμόνια δέ*.

τὰ κράτιστα τῶν πραγμάτων] V. ad II, 1, 19.

ἔργῳ καὶ λόγῳ] V. ad II, 3, 6.

διαλέγοντας κατὰ γένη] Cf. §. 12. et initium sequentis capitis. De accusativo v. ad I, 1, 9. *ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας — εἰδέναι*.

§. 12. *Καὶ οὕτως — δυνατωτάτους*] Totum hoc orationis membrum Schneiderus natum esse censet ex argumento grammatici ad marginem libri apposito, quod ille ex ver-

τάτους· ἔφη δὲ καὶ τὸ διαλέγεσθαι ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ συνιόντας κοινῇ βουλεύεσθαι διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα· δεῖν οὖν πειρᾶσθαι ὅ τι μάλιστα πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν ἕτοιμον παρασκευάζειν, καὶ τούτου μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι· ἐκ τούτου γὰρ γίγνεσθαι ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ ἡγεμονικωτάτους καὶ διαλεκτικωτάτους.

§. 12. καὶ διαλεκτικωτάτους] V. adn.

bis postremis ἐκ τούτου γὰρ — διαλεκτικωτάτους, vocabulo ἡγεμονικωτάτους male in εὐδαιμονεστάτους mutato, duxerit. Contra quam opinionem recte monent Langius et Bornemannus verba a Schneidero in suspicionem vocata transitum facere ad insequentia, quae cur addere scriptori placuerit non perspici, nisi praecesserint illa, in primis verbum διαλέγεσθαι. Negari non potest istam repetitam conclusionem: καὶ οὕτως— δυνατωτάτους et ἐκ τούτου γὰρ — διαλεκτικωτάτους, si rem ad amussim exigimus, habere quo offendamur; sed multis iam locis vidimus Xenophontem in his libris saepe numero et in disputationis ratione et in orationis conformatione liberius versatum esse, neque anxie omnia ad vivum resecuisse. Idem Bornemannus confutavit Schaeferum, qui in Demosth. Appar. III. p. 192. εὐδαιμονεστάτους in δαημονεστάτους (cf. Cyrop. I, 2, 12.; est vocabulum poeticum, cuius generis non pauca reperiuntur apud Xenophontem; cf. Popponem in Praef. ad Cyrop. p. XXXIX.) mutandum suspicabatur, dicens, qui vera a falsis, bona a malis secerneret, illa sequeretur et faceret, haec reiiceret et evitaret, eum quidem recte εὐδαίμονα vocari posse, non item δαήμονα, et, ut I, 4, 11. bestiis feliciores praedicati essent homines, ita prae intemperantibus, quos cum brutis paulo ante comparavisset, temperantiam h. l. laudari felicitatem. Sauppius attulit IV, 8, 11., ubi legitur: ἐδόκει τοιοῦτος εἶναι, οἷος ἂν εἴη ἄριστός τε ἀνὴρ καὶ εὐδαιμονέστατος.

καὶ διαλεκτικωτάτους] Haec verba ut ex initio sequentis capitis huc illata et huic ratiocinationi officientia uncinis secluserunt Herbstius et Bornemannus, praeeunte I. Gu. Süvernio de Aristoph. Nubb. p. 5., contra defendere ac vindicare student Langius et Sauppius. Ac iure quidem. Quin immo vocabulum διαλεκτικωτάτους totus locus necessario mihi videtur efflagitare. Nam sententiae sic sese excipiunt: Qui temperans est, [illegible]per optima spectat et ut [illegible] bona, ita abstinet malis, res [illegible]ndum genera discernens: tali modo praestantissimus, felicissimus idemque disserendi peritissimus fiet; nam disserendi vis maxime in eo posita est, ut alter cum altero de re ita colloquatur, ut res secundum genera discernat. Quare quam maxime necessarium est, ut res secundum genera, vera a falsis, bona a malis discernere discamus; nam si quis hoc facit, non solum in privata vita vir optimus (ἄριστος), sed etiam in publica vita moderator praestantissimus (ἡγεμονικώτατος), idemque disserendi peritissimus

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Porro artem bene et recte disserendi (*διαλεκτικήν*) Socrates familiares suos docere studebat, quia existimabat, qui rei alicuius distinctas notiones haberet, eundem etiam aliis eam explicare posse; qui autem hac scientia destitutus esset, eum et ipsum falli et alios fallere. Haec enim disserendi ars consistit in exquirendis definiendisque notis, quae cuiusque rei propriae sunt (§. 1).

Exempla Socraticarum definitionum afferuntur haec:

a) Pietas (*εὐσέβεια*) est scientia eius, quod de deorum cultu civitatis legibus constitutum est (§. 2—4).

b) Iustitia est scientia eius, quod de tractandis hominibus civitatis legibus praescriptum est (§. 5—6).

c) *Σοφία* est scientia eius, quod quisque callet (§. 7).

d) Bonum et pulchrum utilitate cernitur; utile autem nihil est per se, sed ratione eius, cui utile est (§. 8—9).

e) Fortitudo est scientia in rebus terribilibus et periculosis prudenter et strenue se gerendi (§. 10—11). V. adn.

f) Definitiones regni, tyrannidis, aristocratiae, plutocratiae, democratiae (§. 12).

Denique adduntur quaedam de Socratis in disputando ratione et via (§. 13—15).

Ὡς δὲ καὶ διαλεκτικωτέρους ἐποίει τοὺς συνόν- 1
τας, πειράσομαι καὶ τοῦτο λέγειν· Σωκράτης γὰρ
τοὺς μὲν εἰδότας, τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων, ἐνόμιζε

(*διαλεκτικώτατος*) exsistet, h. e. non solum in omni vitae conditione optima quaeque faciet, sed etiam de omnibus rebus optime disseret. *Διαλέγεσθαι* est cum altero disputando bona a malis, vera a falsis discernere, ita quidem, ut rerum notiones indagentur et explanentur. Cf. cap. seq. Verba *διαλέγειν* et *διαλέγεσθαι* in tota hac paragrapho quasi primas partes agunt, ut oratio ad vocabulum *διαλεκτικωτάτους* recurrat necesse sit. Egregie Weiskius cum Graeco vocabulo *διαλέγεσθαι* comparat nostrum urtheilen (ehedem urtailen von tailen, franz. tailler, ital. tagliare, i. e. secare, dividere).

Cap. VI. §. 1. *διαλεκτικωτέρους*] V. IV, 3, 1. De vi verbi *διαλέγεσθαι* v. adnotata proxime antecedentia. Nam non vulgari sententia hoc verbum in hac Socratis disputatione accipiendum est.

καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι, τοὺς δὲ μὴ εἰδότας οὐδὲν ἔφη θαυμαστὸν εἶναι αὐτούς τε σφάλλεσθαι καὶ ἄλλους σφάλλειν· ὧν ἕνεκα σκοπῶν σὺν τοῖς συνοῦσι, τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων, οὐδέποτ' ἔλεγε. Πάντα μὲν οὖν, ἢ διωρίζετο, πολὺ ἔργον ἂν εἴη διεξελθεῖν, ἐν ὅσοις δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐπι-
2 σκέψεως δηλώσειν οἶμαι, τοσαῦτα λέξω. Πρῶτον δὲ περὶ εὐσεβείας ὧδέ πως ἐσκόπει· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Εὐθύδημε, ποῖόν τι νομίζεις εὐσέβειαν εἶναι; Καὶ ὅς· Κάλλιστον νὴ Δί', ἔφη. — Ἔχεις οὖν εἰπεῖν, ὁποῖός τις ὁ εὐσεβὴς ἐστιν; — Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὁ τοὺς θεοὺς τιμῶν. — Ἔξεστι δὲ ὃν ἄν τις βούληται τρόπον τοὺς θεοὺς τιμᾶν; — Οὔκ· ἀλλὰ
3 νόμοι εἰσί, καθ' οὓς δεῖ τοῦτο ποιεῖν. — Οὔκουν ὁ τοὺς νόμους τούτους εἰδὼς εἰδείη ἂν, ὡς δεῖ τοὺς

Cap. VI. §. 1. *οὐδέποτ'*] V. adn. — *καὶ τὸν τρόπον*] V. adn.

§. 3. *εἰδὼς*] Sic Voss. 1. Vat. 1. Flor. E. pro *ποιῶν*. — Par. A. E. *ποιῶν εἰδώς*. Cf. adn.

§. 5. *δὲ ἆρα*] Sic e Flor. ABC. et Stob. correxit Schn.

οὐδέποτ' ἔλεγε] Sic Iunt. et AGH. Idem latet in *ὦδέποτ' ἔλεγε* Cast. Hal. Vulgo legitur *οὐδεπώποτ' ἔλεγε*, quod etiam Bornemannus retinuit. Verum illam lectionem ut exquisitiorem non dubitavi recipere. Opinio eorum, qui *οὐδέποτε* semper cum futuro, nunquam cum praeterito consociari dicunt, iam pridem est explosa. Lexic. Seguer. p. 53. (Bekker.) haec habet: *Οὐδέποτε· ἐπὶ μέλλοντος μόνον φασὶ τίθεσθαι τὴν φωνήν, ἐπὶ δὲ παρῳχημένου τὸ οὐδεπώποτε· εὑρίσκομεν δὲ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τὸ οὐδέποτε καὶ ἐπὶ παρῳχημένου χρόνου· οὐδέποτε προὐδέδωκέ με.* V. Lobeckium ad Phrynich. p. 457 sq. Popponem ad Cyrop. II, 1, 2. (ubi cum Guelph. Vat. m. et Vict. legendum est *τῶν οὐδέποτε ἐξελθόντων* pro *τῶν οὐδεπώποτε ἐξ.*), qui laudavit verba Wolfii ad Lept. p. 313: „Ut verissimum est *οὐδεπώποτε* nulli tempori nisi praeterito apponi solere, id quod rationem habet in ipsa vi vocalae *πώ*, ita loca sunt multa, quae alterum *οὐδέποτε* clare defendant non tantum cum futuris, sed et cum praeteritis constructum." Priscianus Gramm. XVIII. p. 1196. recte comparat Lat. nunquam.

καὶ τὸν τρόπον] Edd. pr. et Vindob. omittunt *καί*, sed recte interpretatus est Bornemannus sic: *οὐ μόνον αὐτὴν τὴν ἐπίσκεψιν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον αὐτῆς.* V. ad I, 3, 1. Hinc quoque apparet, cur non dixerit *τὸν τῆς ἐπισκέψεως τρόπον*. V. ad II, 1, 19.

§. 2. *ποῖόν τι*] Deinde *ἐποῖός τις*. V. ad I, 1, 1. De pron. τὶ v. ad l. d. *τοιάδε τις*.

Καὶ ὅς] V. ad I, 4, 2.

θεοὺς τιμᾶν; — Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη. — Ἆρ' οὖν ὁ εἰδὼς τοὺς θεοὺς τιμᾶν οὐκ ἄλλως οἴεται δεῖν τοῦτο ποιεῖν ἢ ὡς οἶδεν; — Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. — Ἄλλως δέ τις θεοὺς τιμᾷ ἢ ὡς οἴεται δεῖν; — Οὐκ οἶμαι, ἔφη. — Ὁ ἄρα τὰ περὶ τοὺς θεοὺς νόμιμα 4
εἰδὼς νομίμως ἂν τοὺς θεοὺς τιμῴη; — Πάνυ μὲν οὖν. — Οὔκουν ὅ γε νομίμως τιμῶν ὡς δεῖ τιμᾷ; — Πῶς γὰρ οὔ; — Ὁ δέ γε ὡς δεῖ τιμῶν εὐσεβής ἐστι; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Ὁ ἄρα τὰ περὶ τοὺς θεοὺς νόμιμα εἰδὼς ὀρθῶς ἂν ἡμῖν εὐσεβὴς ὡρισμένος εἴη; — Ἐμοὶ γοῦν, ἔφη, δοκεῖ.

Ἀνθρώποις δὲ ἄρα ἔξεστιν ὃν ἄν τις τρόπον βού- 5
ληται χρῆσθαι; — Οὐκ· ἀλλὰ καὶ περὶ τούτους ὁ εἰδὼς ἃ ἐστι νόμιμα, καθ' ἃ δεῖ πως ἀλλήλοις χρῆσθαι, νόμιμος ἂν εἴη. — Οὔκουν οἱ κατὰ ταῦτα

vulg. τε ἄρα. — περὶ τούτους] Sic Stob. Venet. et libri Brodaei. Iunt. et Vind. περὶ τούτοις. Ald. Steph. παρὰ τούτοις. Par. A. E. et G. in marg. παρὰ τούτους. — καθ' ἃ δεῖ πως] V. adn.

Οὔκ· ἀλλὰ] V. ad II, 6, 11.
§. 3. εἰδὼς εἰδείη] V. ad IV, 2, 21.
Οὐ γὰρ οὖν] V. ad IV, 4, 23.
§. 4. ἡμῖν] nostro iudicio. V. ad IV, 2, 14.
§. 5. Ἀνθρώποις — ἄρα] V. ad II, 7, 8.
καθ' ἃ δεῖ πως ἀλλήλοις χρῆσθαι] Vocabulum πώς tantum non omnes editores male habuit. Bornemannus, nisi πώς ad ὃν ἂν τρόπον referatur, ut sit ratione nescio qua (de recto enim cum hominibus consuescendi modo cum maxime agi), in unum vocabulum duobus conflatis legendum suspicatur προσαλλήλοις, cuius vocabuli vestigia sibi deprehendisse visus sit Schneiderus in Addend. et Corrig. ad de re equ. IV, 3. p. 474: δεῖ — λίθους ἔχοντα κατορωρυγμένους πρὸς ἀλλήλους, παραπλησίους ὁπλαῖς τὸ μέγεθος. et Theophr. Hist. Plant. II, 3. Addit Hermannum ad Soph. Ant. 57. Reisk. et Schaefer. ad Demosth. p. 1405. v. 18. Bast. ad Greg. Cor. p. 887 sq. Sauppius πώς a quopiam illatum putat, qui quid καθά (uti etiam in compluribus libris scriptum est) significet, indicare velit. Codicum Par. ABCGH. lectio: πρὸς ἀλλήλους non absurda est; tum supplendum est ἀλλήλοις: καθ' ἃ δεῖ πρὸς ἀλλήλους ἀλλήλοις χρῆσθαι: cuiusmodi βραχυλογίαι non abhorrent ab indole Graecae Latinaeque linguae, ut Cic. N. D. I, 44: Dii inter se diligunt (pro se inter se), Lael. 22: veri amici non solum colent inter se, sed etiam venerabuntur. V. Feldbausch. Lat. Gr. §. 554. A. Weissenborn. §. 311. p. 334. Sed id obstat huic lectioni, quod se-

χρώμενοι ἀλλήλοις ὡς δεῖ χρῶνται; — Πῶς γὰρ οὔ; — Οὔκουν οἵ γε ὡς δεῖ χρώμενοι καλῶς χρῶνται; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Οὔκουν οἱ γε τοῖς ἀνθρώποις καλῶς χρώμενοι καλῶς πράττουσι τἀνθρώπεια πράγματα; — Εἰκός γ', ἔφη. — Οὔκουν οἱ τοῖς νόμοις πειθόμενοι δίκαια οὗτοι ποιοῦσι; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Δίκαια δὲ οἶσθα, ἔφη, ὁποῖα καλεῖται; — Ἃ οἱ νόμοι κελεύουσιν, [ἔφη]. — Οἱ ἄρα ποιοῦντες ἃ οἱ νόμοι κελεύουσι δίκαιά τε ποιοῦσι καὶ ἃ δεῖ; — Πῶς γὰρ οὔ; — Οὔκουν οἵ γε τὰ δίκαια ποιοῦντες δίκαιοί εἰσιν; — Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη. — Οἶει οὖν τινας πείθεσθαι τοῖς νόμοις μὴ εἰδότας ἃ οἱ νόμοι κελεύουσιν; — Οὐκ

6

§. 6. [ἔφη]] Abest ab Iunt. Ald. AEG. V. Var. Lectt. III, 11, 7. — ποιοῦντας ἢ] Edd. pr. et Par. AEH. omitt. ἢ. — περὶ ἀνθρώπους] Sic edd. pr. Par. AEGH. et Stob. pro περὶ τοὺς ἀνθρ. Cf. paulo post τὰ περὶ ἀνθρώπους νόμιμα. Nihil frequentius est omissione articuli in eiusmodi per praepositiones

quitur οἱ κατὰ ταῦτα χρώμενοι ἀλλήλοις. Si πῶς explicamus per certo quodam modo, idque ad varias vitae humanae conditiones referimus, non video, quid ineptum habeat, ut sit: legitima, secundum quae homines hominibus in variis vitae conditionibus certo quodam modo uti debent.

οὗτοι] V. ad II, 1, 19.

§. 6. Οὔκουν οἵ γε τὰ δίκαια ποιοῦντες δίκαιοί εἰσιν; — Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη] Haec verba ut h. l. praepostera exterminavit Weiskius, dicens paulo post eadem recurrere, sed suo loco, postquam omnia essent ad componendam iusti hominis definitionem collecta. Exterminatorum verborum patrocinio suscepto Langius acute demonstrat ea duplici de causa revocanda esse, primum quod syllogismi medium quem dicunt terminum contineant, deinde quod omnium librorum auctoritate firmentur. „Socrates," inquit, „ut ad iusti hominis definitionem perveniat, ita h. l. argumentatur: Qui faciunt legitima circa homines, faciunt iusta: qui iusta faciunt, sunt iusti: ergo qui legitima circa homines faciunt, iusti sunt. Hic est syllogismus prior, in quo medius quem dicunt terminus est: qui iusta faciunt, sunt iusti. Alter syllogismus, quo evincitur iusta facere et iusta novisse esse idem, formatur sic: Qui iusta noverunt, eos facere quoque iusta oportet (III, 9, 4.); iam qui iusta faciunt, iusti sunt (quod supra iam concessum est in §. 6. principio): ergo iusti sunt, qui iusta s. legitima noverunt. Vides in utroque hoc syllogismo medium terminum esse: iam qui iusta faciunt, sunt iusti, et hunc e syllogismi catena excidere nequaquam oportere. Eum vero iisdem verbis esse repetitum in fine paragraphi, id non tam vituperandum, quam laudandum est

ἔγωγ', ἔφη. — Εἰδότας δὲ ἃ δεῖ ποιεῖν οἴει τινὰς οἴεσθαι δεῖν μὴ ποιεῖν ταῦτα; — Οὐκ οἶμαι, ἔφη. — Οἶδας δέ τινας ἄλλα ποιοῦντας ἢ ἃ οἴονται δεῖν; — Οὐκ ἔγωγ', ἔφη. — Οἱ ἄρα τὰ περὶ ἀνθρώπους νόμιμα εἰδότες τὰ δίκαια οὗτοι ποιοῦσιν; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Οὔκουν οἵ γε τὰ δίκαια ποιοῦντες δίκαιοί εἰσι; — Τίνες γὰρ ἄλλοι; ἔφη. — Ὀρθῶς ἄν ποτε ἄρα ὁριζοίμεθα ὁριζόμενοι δικαίους εἶναι τοὺς εἰδότας τὰ περὶ ἀνθρώπους νόμιμα; — Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη.

Σοφίαν δὲ τί ἂν φήσαιμεν εἶναι; εἰπέ μοι, πότερά σοι δοκοῦσιν οἱ σοφοὶ, ἃ ἐπίστανται, ταῦτα σοφοὶ εἶναι, ἢ εἰσί τινες ἃ μὴ ἐπίστανται σοφοί; — Ἄ 7

circumscriptionibus. Born. comp. I, 4, 5. τὰ διὰ στόματος ἡδέα. III, 1, 6. τὰ εἰς πόλεμον. At supra IV, 6, 4. τὰ περὶ τοὺς θεοὺς νόμιμα. — τὰ δίκαια οὗτοι] Stob. et Par. GHKM. οὗτοι τὰ δίκαια, ut §. 11. οὗτοι καὶ δύνανται. At §. 5. δίκαια οὗτοι ποιοῦσι.

in ratiocinio, ubi dictio simplicissima optima est." Etiam Finckhius in Lips. Annal. 1828. p. 288. defendere studet haec verba.

οἴεσθαι δεῖν μὴ ποιεῖν] De infinitivis coacervatis v. ad III, 6, 15.

Οἶδας] Haec forma, omnium librorum auctoritate suffulta, est Ionica legiturque in Odyss. α, 337., ubi v. Nitzschium. Adde K. Lehrsium in Quaest. epic. p. 275. Etiam duae aliae huius verbi formae Ionicae apud Xenophontem leguntur: οἴδασιν Oecon. XX, 14. et οἴδαμεν Anab. II, 4, 6. in optimae notae codicibus, Eton. Par. D. F. et marg. Steph.: quod vulgato ἴσμεν non ab omnibus editoribus esse praelatum miror. Nam licet Atticistae has formas reprobaverint (Moeris p. 283: Οἶσθα, χωρὶς τοῦ σ, Ἀττικῶς· οἶδας, Ἑλληνικῶς: ubi v. Piersonum. p. 205: Ἴσασι, Ἀττικῶς· οἴδασι, κοινῶς); tamen eae apud Xenophontem, cuius sermo multa ascivit a ceteris Atticis aliena, offensioni esse non possunt, praesertim quum etiam alii huius aetatis Attici his Ionicis formis non plane abstinuerint. V. Lobeckium ad Phryn. p. 236.

Ὀρθῶς ἄν ποτε—;] Particula ποτέ Herbstius statuit interrogationis vim augeri, ut Latina tandem; sed nisi antecedat pronomen interrogativum, ut τίς, ὅστις, nunquam hanc vim in ποτέ inesse credo. V. adnotata nostra in I, 1, 1. Recte Bornemannus, allatis interpretibus ad Plat. Protag. p. 314. E., ποτέ vertit tandem aliquando: quod huic loco optime convenit. Nam per multas demum ambages ad hanc definitionem pervenerat. Sic Latini aliquando usurpant. V. Stallbaumium ad Plat. l. d. p. 36.

ὁριζοίμεθα ὁριζόμενοι] V. ad IV, 2, 21.

ἐπίστανται δῆλον ὅτι, ἔφη· πῶς γὰρ ἄν τις, ἃ γε μὴ ἐπίσταιτο, ταῦτα σοφὸς εἴη; — Ἆρ' οὖν οἱ σοφοὶ ἐπιστήμῃ σοφοί εἰσι; — Τίνι γάρ, ἔφη, ἄλλῳ τις ἂν εἴη σοφός, εἴ γε μὴ ἐπιστήμῃ; — Ἄλλο δέ τι σοφίαν οἴει εἶναι ἢ ᾧ σοφοί εἰσιν; — Οὐκ ἔγωγε. — Ἐπιστήμη ἄρα σοφία ἐστίν; — Ἔμοιγε δοκεῖ. — Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἀνθρώπῳ δυνατὸν εἶναι τὰ ὄντα πάντα ἐπίστασθαι; — Οὐδὲ μὰ Δί' ἔμοιγε πολλοστὸν μέρος αὐτῶν. — Πάντα μὲν ἄρα σοφὸν οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἶναι; — Μὰ Δί', οὐ δῆτα, ἔφη. — Ὅ ἄρα ἐπίσταται ἕκαστος, τοῦτο καὶ σοφός ἐστιν; — Ἔμοιγε δοκεῖ.

8 Ἆρ' οὖν, ὦ Εὐθύδημε, καὶ τἀγαθὸν οὕτω ζητητέον ἐστί; — Πῶς; ἔφη. — Δοκεῖ σοι τὸ αὐτὸ πᾶσιν ὠφέλιμον εἶναι; — Οὐκ ἔμοιγε. — Τί δέ; τὸ ἄλλῳ ὠφέλιμον οὐ δοκεῖ σοι ἐνίοτε ἄλλῳ βλαβε-

§. 9. ἤ, εἰ ἔστιν, ὀνομάζεις] V. adn.
§. 10. Ἀνδρίαν δέ] Ἀνδρίαν hic et postea cum AEGH.

§. 7. ἢ ᾧ σοφοί εἰσιν] Recte Leunclavius interpretatus est: Num vero putas quiddam aliud esse sapientiam, quam quo homines sapientes sunt? Alii ex antecedentibus supplent οἱ σοφοί: quod minus placet, quum praecedat: τίνι — ἄλλῳ τις ἂν εἴη σοφός, unde facile ad numerum plurativum oratio deflectere potuit. V. ad I, 2, 62.

Ἐπιστήμη ἄρα σοφία ἐστίν;] Eodem modo Socrates disputans inducitur apud Platonem Theaet. p. 141. D., a Schneidero allatum. De articulo ad subiectum σοφία omisso v. ad I, 2, 23.

Οὐδὲ — πολλοστὸν] Dictum pro: Μὰ Δί', ἔμοιγε οὐδὲ πολλοστὸν μέρος αὐτῶν. Aliter res sese habet IV, 2, 23., ubi v. adnotata. De vocabulo πολλοστός v. ad III, 1, 6. De sententia cf. III, 8, 2—8.

§. 9. ἔχοιμεν ἄν πως ἄλλως] V. ad II, 6, 39. σύ πως ἄλλως. — Ἄλλως referendum est ad §. 8. (aliter ac τἀγαθόν).

ἤ, εἰ ἔστιν, ὀνομάζεις] Locus sine dubio depravatus, licet omnes fere libri in hac lectione conspirent. Florent. E. exhibet ἢ ἔχοι pro ἢ εἰ ἔστιν et Voss. 1. ἢ καὶ ἐστὶν ὀνομάζειν. In margine Steph. legitur ἢ ἔνεστιν ὀνομάζειν. Viri docti certatim quasi studuerunt locum impeditum vel explicationibus illustrare vel coniecturis emendare: quas omnes dinumerare et longum est et, quum earum multae aperte ieiunae sint et perversae, inutile. Quare acquiescam in recensendis iis, quae probabilitatis quadam specie sese commendant. Ex Flor. ἢ ἔχοι Weiskius fecit ἢ ἔχεις τι ὀνομάζειν; et Herbstius ἢ ἔχοις τι ὀνομάζειν; Sauppius proposuit: εἰπεῖν, τί ἐστιν, ἢ ὀνομάζεις;

ρὸν εἶναι; — Καὶ μάλα, ἔφη. — Ἄλλο δ' ἄν τι φαίης ἀγαθὸν εἶναι ἢ τὸ ὠφέλιμον; — Οὐκ ἔγωγ', ἔφη. — Τὸ ἄρα ὠφέλιμον ἀγαθόν ἐστιν, ὅτῳ ἂν ὠφέλιμον ᾖ; — Δοκεῖ μοι, ἔφη.

Τὸ δὲ καλὸν ἔχομεν ἄν πως ἄλλως εἰπεῖν, ἢ, εἰ 9
ἔστιν, ὀνομάζεις καλὸν ἢ σῶμα ἢ σκεῦος ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν, ὃ οἶσθα πρὸς πάντα καλὸν ὄν; — Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. — Ἆρ' οὖν, πρὸς ὃ ἂν ἕκαστον χρήσιμον ᾖ, πρὸς τοῦτο ἑκάστῳ καλῶς ἔχει χρῆσθαι; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Καλὸν δὲ πρὸς ἄλλο τί ἐστιν ἕκαστον, ἢ πρὸς ὃ ἑκάστῳ καλῶς ἔχει χρῆσθαι; — Οὐδὲ πρὸς ἓν ἄλλο, ἔφη. — Τὸ χρήσιμον ἄρα καλόν ἐστι, πρὸς ὃ ἂν ᾖ χρήσιμον; — Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη.

Ἀνδρίαν δέ, ὦ Εὐθύδημε, ἆρα τῶν καλῶν νομί- 10
ζεις εἶναι; — Κάλλιστον μὲν οὖν ἔγωγ', ἔφη. —

Stob. cod. A. pro vulg. *ἀνδρείαν* scribendum esse vidimus ad I, 1, 16. — *δέ* addunt Castal. Steph. 2. et Stob.

Ernestius coniecit *ἢ ἔστιν ὃ ὀνομάζεις καλόν*: quae quidem coniectura, quum nec a librorum scriptura multum abeat, et sententiae optime conveniat, mihi quidem omnium maxime probatur. Langius denique, nulla adhibita correctione, locum sic explicandum censet: Num possumus pulchrum aliter [intellige ac bonum, v. III, 6., ubi demonstratum est *καλόν*, *ἀγαθὸν* et *χρήσιμον* idem esse], definire, an pulchrum vocas, si quid pulchrum est [*εἰ ἔστιν*], vel corpus, vel vas, vel aliud quid, quod ad quamcunque rem (*πρὸς πάντα*) pulchrum est? His respondet Euthydemus: *μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε*, equidem aliter definire nequeo.

Οὐδὲ πρὸς ἕν] V. ad I, 6, 2.

§. 10. De *ἀνδρίᾳ* e Socratis mente disserit etiam Plato in dialogo, qui inscriptus est Laches, ubi pari modo fortitudinem scientia contineri statuitur. Cf. Stallbaumium ad illum Platonis dialogum p. 4. Definitio *ἀνδρίας* a Nicia secundum Socratis sententiam, quam h. l. consignatam legimus, p. 195. A. haec profertur: *Ταύτην (τὴν ἀνδρείαν) ἔγωγε — τὴν τῶν δεινῶν καὶ θαῤῥαλέων ἐπιστήμην καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν*: quanquam haec definitio Socrati non satisfacit; nam ad hanc rerum periculosarum scientiam adiunctam esse oportere censet recti bonique conscientiam, sine qua nulla esse possit virtus; hinc dicit: *οἱ ἐπιστάμενοι τοῖς δεινοῖς τε καὶ ἐπικινδύνοις καλῶς χρῆσθαι.*

τῶν καλῶν — εἶναι] Anab. I, 2, 3: *ἦν δὲ καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων.*

Κάλλιστον μὲν οὖν] Immo pulcherrimum est. V. ad II,

Χρήσιμον ἄρα οὐ πρὸς τὰ ἐλάχιστα νομίζεις τὴν ἀνδρίαν; — Μὰ Δί', ἔφη, πρὸς τὰ μέγιστα μὲν οὖν. — Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι πρὸς τὰ δεινά τε καὶ ἐπικίνδυνα χρήσιμον εἶναι τὸ ἀγνοεῖν αὐτά; — Ἥκιστά γ', ἔφη. — Οἱ ἄρα μὴ φοβούμενοι τὰ τοιαῦτα διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τί ἐστιν οὐκ ἀνδρεῖοί εἰσιν; — Νὴ Δί',-ἔφη, πολλοὶ γὰρ ἂν οὕτω γε τῶν τε μαινομένων καὶ τῶν δειλῶν ἀνδρεῖοι εἶεν. — Τί δὲ οἱ καὶ τὰ μὴ δεινὰ δεδοικότες; — Ἔτι γε, νὴ Δία, ἧττον, ἔφη. — Ἆρ' οὖν τοὺς μὲν ἀγαθοὺς πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἐπικίνδυνα ὄντας ἀνδρείους ἡγῇ εἶναι, τοὺς δὲ
11 *κακοὺς δειλούς; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Ἀγαθοὺς δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα νομίζεις ἄλλους τινὰς ἢ τοὺς δυναμένους αὐτοῖς καλῶς χρῆσθαι; — Οὔκ, ἀλλὰ τούτους, ἔφη. — Κακοὺς δὲ ἆρα τοὺς οἵους τούτοις κακῶς χρῆσθαι; — Τίνας γὰρ ἄλλους; ἔφη. — Ἆρ' οὖν ἕκαστοι χρῶνται, ὡς οἴονται δεῖν; — Πῶς γὰρ ἄλλως; ἔφη. — Ἆρα οὖν οἱ μὴ δυνάμενοι καλῶς χρῆσθαι ἴσασιν, ὡς δεῖ χρῆσθαι; — Οὐ δήπου γε, ἔφη. — Οἱ ἄρα εἰδότες, ὡς δεῖ χρῆ-*

Μὰ Δί'] Stobaei cod. A. cum Trinc. *νὴ Δί'*. At v. adn. — *τῶν τε μαινομένων*] Sic Stob. et Voss. 1. Steph. pro *τῶν γε μ.*

§. 12. *ταύτην τὴν πολιτείαν*] Born. ex Stob. et H. 7, 5. Paulo post: *πρὸς τὰ μέγιστα μὲν οὖν.*

Μὰ Δί', ἔφη] V. ad I, 4, 9.

Νὴ Δί', ἔφη] V. ad II, 7, 4.

Τί δὲ οἱ καὶ τὰ μὴ δεινὰ δεδοικότες;] Scil. *δοκοῦσί σοι.* Ubi complures interrogationes celeriter sese excipiunt, eiusmodi ellipses admodum frequentes sunt.

§. 11. *Οὔκ, ἀλλὰ*] V. ad II, 6, 11.

τοὺς οἵους — χρῆσθαι] De infinitivo post *οἵους* illato v. ad I, 4, 6. De articulo praemisso v. Matth. Gr. T. II. §. 479. not. 2. Rost. §. 122. p. 620. Kühner. T. II. §. 788. not. 4. (Gr. schol. §. 656. not. 2.)

Οἱ ἄρα εἰδότες — οὗτοι] V. ad II, 1, 19.

§. 12. *τῶν πόλεων*] non societatum civilium, sed civitatum *liberarum* interpretatur Weiskius, ut v. c. Aristidis Themistoclisve tempore civitas Athenarum fuerit e sententia Socratis *βασιλεία*, quia hi viri summo quidem imperio praediti erant, sed secundum leges et volentibus civibus imperabant; contra Periclis Alcibiadisve tempore *τυραννὶς* fuerit.

ὅπως ὁ ἄρχων βούλοιτο] Optativus positus est ob antecedens praeteritum *ἡγεῖτο*: cuius in locum si substitueris praesens *ἡγεῖται*, necessarium

σθαι, οὗτοι καὶ δύνανται; — Μόνοι γ', ἔφη. — Τί δέ; οἱ μὴ διημαρτηκότες ἆρα κακῶς χρῶνται τοῖς τοιούτοις; — Οὐκ οἶομαι, ἔφη. — Οἱ ἄρα κακῶς χρώμενοι διημαρτήκασιν; — Εἰκός γ', ἔφη. — Οἱ μὲν ἄρα ἐπιστάμενοι τοῖς δεινοῖς τε καὶ ἐπικινδύνοις καλῶς χρῆσθαι ἀνδρεῖοί εἰσιν, οἱ δὲ διαμαρτάνοντες τούτου δειλοί; — Ἔμοιγε δοκοῦσιν, ἔφη.

Βασιλείαν δὲ καὶ τυραννίδα ἀρχὰς μὲν ἀμφοτέρας 12
ἡγεῖτο εἶναι, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων ἐνόμιζε· τὴν μὲν γὰρ ἑκόντων τε τῶν ἀνθρώπων καὶ κατὰ νόμους τῶν πόλεων ἀρχὴν βασιλείαν ἡγεῖτο, τὴν δὲ ἀκόντων τε καὶ μὴ κατὰ νόμους, ἀλλ' ὅπως ὁ ἄρχων βούλοιτο, τυραννίδα· καὶ ὅπου μὲν ἐκ τῶν τὰ νόμιμα ἐπιτελούντων αἱ ἀρχαὶ καθίστανται, ταύτην τὴν πολιτείαν ἀριστοκρατίαν ἐνόμιζεν εἶναι, ὅπου δ' ἐκ τιμημάτων, πλουτοκρατίαν, ὅπου δ' ἐκ πάντων, δημοκρατίαν.

Εἰ δέ τις αὐτῷ περί του ἀντιλέγοι μηδὲν ἔχων 13
σαφὲς λέγειν, ἀλλ' ἄνευ ἀποδείξεως ἤτοι σοφώτερον φάσκων εἶναι ὃν αὐτὸς λέγοι ἢ πολιτικώτερον ἢ ἀνδρειότερον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἐπὶ τὴν ὑπόθε-

dedit *ταύτην μὲν τὴν π.* Quod si maiore codicum auctoritate munitum esset, recipere non dubitassem. V. Gr. nostr. T. II. §. 733, 5. p. 429.

§. 13. *ὃν αὐτὸς*] V. adn.

erit *ὅπως ἂν ὁ ἄρχων βούληται.*

ἐκ τῶν τὰ νόμιμα ἐπιτελούντων] ex iis, qui civitatis leges rite explent. Cyrop. I, 4, 25: *ὅπως τὰ ἐν Πέρσαις ἐπιχώρια ἐπιτελοίη*, ut ex optimis codd. Schneiderus recte correxit vulgatum *ἀποτελοίη*. Ceterum h. l. unam prae ceteris Spartam significari recte docet Haasius ad R. L. p. 182.

§. 13. *Εἰ — ἀντιλέγοι*] V. ad I, 3, 4. — *περί τοῦ* esse masculinum ex seqq. apparet.

ἤτοι — ἢ] V. ad III, 12, 2.

σοφώτερον — εἶναι ὃν αὐτὸς λέγοι] H. e. *σοφώτερόν τινα εἶναι, ὃν αὐτὸς λέγοι, ἢ ὃν ὁ Σωκράτης λέγοι.* Unde apparet non opus esse coniectura Weiskii: *οὗ αὐτὸς λέγοι*, i. e. quam eum, quem ipse (Socrates) diceret. Eodem spectat lectio codicis Par. H. et marg. Steph. *ὧν αὐτὸς λέγοι* et K. *ὧν ἂν αὐτ. λ.* Recte observat Herbstius initium sectionis docere Socratem iam aliquem nominasse vel sapientem vel politicum vel fortem, cui alium quendam opponat ipse *ὁ ἀντιλέγων*, dicens hunc esse sapientiorem etc. Cf. §. 14: *ὃν σὺ ἐπαινεῖς ἢ ὃν ἐγώ.*

τὴν ὑπόθεσιν] ad fundamentum quaestionis, ut, si quae-

14 σιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα τὸν λόγον ὧδέ πως· Φῂς σὺ ἀμείνω πολίτην εἶναι ὃν σὺ ἐπαινεῖς ἢ ὃν ἐγώ; — Φημὶ γὰρ οὖν. — Τί οἶν οὐκ ἐκεῖνο πρῶτον ἐπεσκεψάμεθα, τί ἐστιν ἔργον ἀγαθοῦ πολίτου; — Ποιῶμεν τοῦτο. — Οὔκουν ἐν μὲν χρημάτων διοικήσει κρατοίη ἂν ὁ χρήμασιν εὐπορωτέραν ποιῶν τὴν πόλιν; — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Ἐν δέ γε πολέμῳ ὁ καθυπερτέραν τῶν ἀντιπάλων; — Πῶς γὰρ οὔ; — Ἐν δὲ πρεσβείᾳ ἆρα ὃς ἂν φίλους ἀντὶ πολεμίων παρασκευάζῃ; — Εἰκότως γε. — Οὔκουν καὶ ἐν δημηγορίᾳ ὁ στάσεις τε παύων καὶ ὁμόνοιαν ἐμποιῶν; — Ἔμοιγε δοκεῖ. Οὕτω δὲ τῶν λόγων ἐπαναγομένων καὶ τοῖς ἀντιλέγουσιν αὐτοῖς φανερὸν
15 ἐγίγνετο τἀληθές. Ὁπότε δὲ αὐτός τι τῷ λόγῳ διεξίοι, διὰ τῶν μάλιστα ὁμολογουμένων ἐπορεύετο, νομίζων ταύτην τὴν ἀσφάλειαν εἶναι λόγου· τοιγαροῦν πολὺ μάλιστα ὧν ἐγὼ οἶδα, ὅτε λέγοι, τοὺς ἀκούοντας ὁμολογοῦντας παρεῖχεν· ἔφη δὲ καὶ Ὅμηρον τῷ Ὀδυσσεῖ ἀναθεῖναι τὸ ἀσφαλῆ ῥήτορα εἶναι, ὡς ἱκανὸν αὐτὸν ὄντα διὰ τῶν δοκούντων τοῖς ἀνθρώποις ἄγειν τοὺς λόγους.

§. 14. ἐπεσκεψάμεθα] Vind. Par. A. et Flor. C. M. ἐπισκεψόμεθα. — Flor. A. B. et marg. Steph. ἐπισκεψώμεθα. — τἀληθές] Sic Ald. Steph. — L M A H G. τὸ ἀληθές. Edd. pr. ἀληθές.

§. 15. τὸ ἀσφαλῆ] V. adn.

ratur, uter sit melior civis, ante omnia inquiratur, quid bonum civem facere oporteat.

§. 14. Φημὶ γὰρ οὖν] Aio utique. De γάρ explicativo in responsione usurpato v. ad I, 4, 9. Additum οὖν inservit confirmationi. V. nos in Gr. T. II. §. 706, 2. (Gr. schol. §. 597. II.)

Τί οὖν οὐκ — ἐπεσκεψάμεθα;] V. ad III, 1, 10.

καθυπερτέραν τῶν ἀντιπάλων] per comparationem quam dicunt compendiariam dictum pro τῆς τῶν ἀντιπάλων. V. ad III, 5, 4. πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.

ἐπαναγομένων] Scil. ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν.

τοῖς ἀντιλέγουσιν αὐτοῖς] V. ad II, 5, 1.

§. 15. Ὁπότε — διεξίοι] V. ad I, 2, 57.

διὰ τῶν μάλιστα ὁμολογουμένων ἐπορεύετο] Extr. hac §. διὰ τῶν δοκούντων τοῖς ἀνθρώποις ἄγειν τοὺς λόγους, ut Oecon. XIX, 15. (sb Herbstio allat.): ἄγων γάρ με δι' ὧν ἐγὼ ἐπίσταμαι. Frequentissimus praepositionis διά usus. V. Gr. nostr. T. II. §. 605. p. 281. (Gr. schol. §. 525.)

ταύτην τὴν ἀσφάλειαν]

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Denique μηχανικούς, i. e. solertiores in rebus gerendis, quomodo Socrates discipulos suos facere studuerit, narratur. Scilicet ei curae erat, ut illi etiam sine aliorum ope ad officia sibi commissa rite explenda idonei fierent. Itaque docebat, quid et quantum in arte quaque homini recte instituto discendum esset. Ex geometria, astronomia, arithmetica ea tantum discenda esse dicebat, quae ad vitam domesticam civilemque rite tuendam utilia essent: ulterius progredi inutile iudicabat et nos abstrahere a multis aliis rebus utilibus discendis. Imprimis a rerum coelestium pervestigatione dehortabatur, quia eae, a diis humanae menti absconditae, inveniri neque possent, neque deberent: talia qui perscrutaretur, desipere sibi videri (§. 1—8). Sanitatis curam studiosissime commendabat, quippe quae medicinae opem supervacaneam redderet (§. 9). Qui res humano intellectu superiores appeteret, ei divinationis curam commendabat (§. 10).

Bornemannus aliique, praeeunte Schaefero Appar. Demosth. III. p. 517. V. p. 289., articulum τήν ut suppositicium uncinis sepserunt. Demonstrativum enim ταύτην h. l. non attributive, sed praedicative dictum est. V. ad I, 2, 49. At articulus omnium librorum auctoritate nisus cur tentetur, equidem non exputo. Nam non quaelibet intelligenda est firma disputandi ratio, sed certa quaedam, quam Socrates inire solebat, antecedentibus exemplis satis superque descripta ac declarata. Nec Sauppius, quanquam articulum cancellis cinxit, dubitavit illius patrocinium suscipere, τὴν ἀσφάλειαν interpretatus hanc quam scimus evidentem demonstrandi rationem.

Ὅμηρον] Laudant Dionysium Hal. de arte rhet. XI, 8: Καὶ Ὅμηρος δ' εἶπε· ὁ δὲ ἀσφαλέως ἄγορεύει (Od. VIII, 171)· τῇ ἀποδείξει τῶν ὁμολογουμένων ἀμφισβητούμενον λύειν δυνάμενος· τοῦτο καὶ Ξενοφῶν καὶ Πλάτων λέγουσι περὶ Σωκράτους, ὅτι διὰ τῶν ὁμολογουμένων ἐποιεῖτο, ἐπεὶ διδάσκειν ἐβούλετο.

ἀναθεῖναι τὸ ἀσφαλῆ ῥήτορα εἶναι] Edd. pr. et Par. G. exhibent τόν pro τό: quod durum est, neque excusatur Apolog. §. 30: ἀνέθηκε μὲν καὶ Ὅμηρος ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα: ubi v. Bornemannum p. 74.

ἱκανὸν αὐτὸν ὄντα] Exspectes ὡς ἱκανῷ ὄντι, quum antecedat τῷ Ὀδυσσεῖ; sed saepe casus absoluti, imprimis genitivi, ponuntur, ubi simplex participium antecedentis nominis formae accommodatum sequi debebat. V. Rost. Gr. §. 131. p. 679. Kühner. T. II. §. 681.

διὰ τῶν δοκούντων τοῖς ἀνθρώποις] est idem, quod paulo ante διὰ τῶν ὁμολογουμένων, per ea, de quorum veritate hominibus persuasum est.

Mira sane videri debet Socratis de altiorum artium doctrinarumque limitibus constituendis sententia, quum ipse geometriam et astronomiam ultra prima initia percepisse disertis verbis §§. 2 et 5. dicatur. At minus mira videbitur, si nobiscum reputamus omne Socratis studium in eo fuisse positum, ut mores hominum emendaret atque excoleret, adolescentesque bonos et utiles cives faceret. Quare liberalium artium modum utilitate, quae ex iis ad vitam privatam publicamque bene instituendam capi posset, terminandum putabat, ne homines vitae negotia satis se scire opinati temere ad altiorum rerum studium progrederentur vel, rebus humanis neglectis, divinis considerandis officio suo satisfacere viderentur. Cf. I, 1, 12., ubi Xenophon Socratis de his studiis sententiam clare exposuit. Huc accedit, quod Socrates, quum elegantiorum doctrinarum tractationem arctioribus finibus circumscribendam diceret, sine dubio plurimorum adolescentium, qui ab eo vitae recte tuendae praecepta discere studebant, rationibus consulere voluit. Denique, quod gravissimum est, philosophi ante Socratem in perscrutandis et exquirendis rebus obscuris et a natura involutis omne fere studium operamque collocaverant, neglectis iis rebus, quae ad humanam felicitatem et morum emendationem spectant. V. Argument. ad I, 1. Cum aliis erectioris indolis discipulis, qui altiora petebant, colloquens, vix dubitari potest, quin longe aliter de illis artibus disseruerit. Nam, si quis alius, Socrates variis hominum ingeniis orationem suam docendique rationem accommodare poterat. Aliter cum Xenophonte, aliter cum Platone disputasse putandus est.

---

1 *Ὅτι μὲν οὖν ἁπλῶς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀπεφαίνετο Σωκράτης πρὸς τοὺς ὁμιλοῦντας αὐτῷ, δοκεῖ μοι δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων εἶναι, ὅτι δὲ καὶ αὐτάρκεις ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσιν αὐτοὺς εἶναι ἐπεμελεῖ-*

Cap. VII. §. 1. *τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀπεφαίνετο*] De pronomine reflexivo verbi formae mediali addito v. ad I, 6, 13. *αὐτάρκεις ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσιν*] qui ipsi, sine aliorum ope, ad officia sibi commissa rite explenda idonei sunt. Revertitur iam Xenophon ad id, quod supra IV, 3, 1. promisit. Postquam enim exposuit, quomodo Socrates discipulos suos reddiderit primum *πρακτικούς*, deinde *διαλεκτικούς*, iam docere instituit, quomodo eos fecerit *μηχανικούς*. Ceterum de structura verbi *ἐπιμελεῖσθαι* observandum est rarius id construi cum infinitivo vel cum accusativo et infinitivo. Haasius ad Rp. Lac. II, 5. (7.) excitavit Oecon. XI, 17: *ἐπιμέλομαι μὴ ἀποχωλεῦσαι τὸν ἵππον*. Infinitivo praemitti solet aut genitivus articuli, ut I, 2, 55. 6, 15. III, 3, 11. 7, 7. IV, 8, 6., aut, sed rarius, accusativus *τό*, ut in loco

τσ, νῦν τοῦτο λέξω· πάντων μὲν γὰρ ὧν ἐγὼ οἶδα μάλιστα ἔμελεν αὐτῷ εἰδέναι, ὅτου τις ἐπιστήμων εἴη τῶν συνόντων αὐτῷ, ὧν δὲ προσήκει ἀνδρὶ καλῷ κἀγαθῷ εἰδέναι, ὅ τι μὲν αὐτὸς εἰδείη, πάντων προθυμότατα ἐδίδασκεν, ὅτου δὲ αὐτὸς ἀπειρότερος εἴη, πρὸς τοὺς ἐπισταμένους ἦγεν αὐτούς. Ἐδίδασκε δὲ καὶ 2
μέχρι ὅτου δέοι ἔμπειρον εἶναι ἑκάστου πράγματος τὸν

Cap. VII. §. 2. *μέχρι ὅτου*] V. adn.

a Sauppio allato, de Rep. Lac. V, 7: *ἀναγκάζονται τὸ ὑπὸ οἴνου μὴ σφάλλεσθαι ἐπιμελεῖσθαι*; quanquam hic non satis liquet, illud *τό* utrum ab *ἐπιμελεῖσθαι*, an ab *ἀναγκάζονται* aptum sit. V. nos in Gr. T. II. §. 643. Omnino observandum est saepe fieri, ut, ubi verbis, quae simplex substantivi obiectum vel in genitivo (ut *ἐπιμελοῦμαι τοῦ ἀνδρός*), vel in dativo adsciscunt, infinitivus praeterea accedat, genitivus vel dativus obiecti transeat in accusativum; quod eo consilio factum videtur, ut diversa verbi obiecta in unum quasi consociarentur. V. nos in Gr. T. II. §. 647. (Gr. schol. §. 557.)

νῦν τοῦτο] V. ad III, 1, 1.

πάντων — ὧν] masculino genere accipiendum est.

ὅτι μὲν αὐτὸς εἰδείη] Optativus significat incertam actionis frequentiam: quaecunque ipse sciret. Si ea relata esset ad tempus praesens (*διδάσκει*), dicendum erat: *ὅ τι μὲν ἂν αὐτὸς εἰδῇ*. V. ad III, 1, 1.

§. 2. *μέχρι ὅτου*] quousque. Ceterum pro *μέχρι ὅτου* in cod. Par. A. et apud Eusebium, qui in Praep. Ev. XIV, 11. hunc locum usque ad §. 9. excerpsit, legitur *μέχρις ὅτου*. Thomas Mag. p. 13. (Ritsch.) haec docet: *Ἄχρι καὶ μέχρι Θουκυδίδης ἀεὶ λέγει, οὐ μόνον ἐπαγομένου συμφώνου, ἀλλὰ καὶ φωνήεντος· οἱ δ' ἄλλοι, ἐπαγομένου μόνον φωνήεντος, καὶ μετὰ τοῦ σ καὶ χωρὶς τοῦ σ γράφουσιν· οἷον ἄχρις οὗ καὶ ἄχρι οὗ*: ubi Ritschelius de Thucydide profert Popponem de elocut. Thuc. p. 215 sq. Quod autem vir doctissimus addit, idem cum fere valeat de Platone, Demosthene, Herodoto atque adeo Xenophonte, immerito fluctuasse sibi videri iudicium Lobeckii ad Phryn. p. 14., id ex omni parte neutiquam probare possum. Certe apud Xenophontem nostrum plerisque in locis, ubi sequitur vocalis, legitur *μέχρις*: quanquam non est dissimulandum saepe codices inter se non conspirare. Sic Hellen. VII, 5, 13. cod. E. exhibet *μέχρι ὅσου*, ceteri *μέχρις ὅσου*. Cyrop. VIII, 6, 20. *μέχρι ἐρυθρᾶς θαλ.* sine var. l. V. Bornemannum ad Anab. I, 4, 13. p. 41. Cyrop. I, 4, 23. p. 73. ed. Lips. Quare tutissimum erit totam rem ex codicum auctoritate aptam facere. Neque enim adstipulari possum eorum Atticistarum iudicio, qui simpliciter tradunt *μέχρι* et *ἄχρι* dici *Ἀττικῶς*, *μέχρις* et *ἄχρις Ἑλληνικῶς*. Cf. Moerid. p. 34. Ad hiatum, qui ex *μέχρι οὗ* vel *ὅτου* exsistit, quod attinet, recte monet Sauppius eum propter sequentem spiritum asperum ferri posse. V. ad III, 12, 5. in Var. Lectt.

πράγματος] „negotii ex

ὀρθῶς πεπαιδευμένον· αὐτίκα γεωμετρίαν μέχρι μὲν τούτου ἔφη δεῖν μανθάνειν, ἕως ἱκανός τις γένοιτο, εἴ ποτε δεήσειε, γῆν μέτρῳ ὀρθῶς ἢ παραλαβεῖν ἢ παραδοῦναι ἢ διανεῖμαι, ἢ ἔργον ἀποδείξασθαι· οὕτω δὲ τοῦτο ῥᾴδιον εἶναι μαθεῖν, ὥστε τὸν προσέχοντα τὸν νοῦν τῇ μετρήσει ἅμα τήν τε γῆν ὁπόση ἐστὶν εἰδέναι. 3 καὶ ὡς μετρεῖται ἐπιστάμενον ἀπιέναι. Τὸ δὲ μέχρι τῶν δυσξυνέτων διαγραμμάτων γεωμετρίαν μανθάνειν ἀπεδοκίμαζεν· ὅ τι μὲν γὰρ ὠφελοίη ταῦτα, οὐκ ἔφη ὁρᾶν· καίτοι οὐκ ἄπειρός γε αὐτῶν ἦν· ἔφη δὲ ταῦτα

ἔφη δεῖν] A. ἔ. δεῖ; Iunt. Ald. EGH. ἔ. δεήσειεν: quod originem debere videtur sequenti δεησειε.

doctrina et scientia pendentis." SCHNEIDERUS. αὐτίκα] „Statim, continuo, exempli gratia, zum Beispiel, um gleich ein Beispiel anzuführen. Hier. II, 7. Multi VV. DD. de hac significatione egerunt, Ernestius ad M. S. IV, 7, 2. Koen. ad Gregor. Cor. p. 416. Beck. ad Arist. Avv. 166. 785. Zeun. ad Viger. p. 393. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 56., Latinos continuo, Gallos d'abord dicere monens. Afferunt in hanc rem Virg. Georg. I, 356. Quid, quod ipsum statim similiter legitur apud Quintil. Inst. Or. XI, 1, 57." FROTSCHERUS ad Hieron. p. 84. Cf. Cyrop. I, 6, 9. III, 1, 29. et adnotata nostra ad II, 6, 32. Weiskius docet elliptice αὐτίκα usurpari, ut λέξω aut tale quid intelligendum sit, et pluribus verbis sic h. l. circumscribi posse: non multum proposita optione cunctabor, sed exemplum (vel argumentum), quod primum iam occurrit, adhibebo.

ἔργον ἀποδείξασθαι] Cum Coraio sic interpretor: γῆν ἔργον ἀποδείξασθαι ἀγρὸν ἑαυτῷ ποιῆσαι σπείραντα, vel brevius: ἀγρὸν ἑαυτῷ ἐργάσασθαι. Significatur id, quod post terram recta mensura acceptam vel traditam vel distributam consequitur. Recte idem Coraius addit: ἔργον γὰρ κατ' ἐξοχὴν λέγεται ἡ γεωργία καὶ αὐτὴ προσέτι ἡ γεγεωργημένη γῆ, comp. Il. β, 751. μ, 283. Ernestius locum sic accepit: ad opus faciendum agri portionem assignare; Schneiderus: opus factum ad mensuram iustam demonstrare et approbare exigenti, ut III, 10, 10: τὸν ῥυθμὸν δὲ πότερα μέτρῳ ἢ σταθμῷ ἀποδεικνύων πλείονος τιμᾷ. Quam quidem interpretationem Weiskius sequutus fingit sibi agrum privatum colendum aut conserendum suscipi potuisse ex pacto vel publicum magistratus iussu. Hoc ergo opus factum, inquit, hunc agrum consitum esse praestat ille et approbat certa mensura rationem repetenti. Langius explicat sic: opus delineare, einen geometrischen Riſs von einem Gebäude machen; similiter I. W. Süvernius de Arist. Nub. p. 18. intelligit das Entwerfen und Ausführen von Bauanlagen und ähnlichen Werken, comp. Herod. II, 101. 148., qui loci nihil per se compro-

ἱκανὰ εἶναι ἀνθρώπου βίον κατατρίβειν, καὶ ἄλλων πολλῶν τε καὶ ὠφελίμων μαθημάτων ἀποκωλύειν. Ἐκέ- 4
λευε δὲ καὶ ἀστρολογίας ἐμπείρους γίγνεσθαι, καὶ ταύτης μέντοι μέχρι τοῦ νυκτός τε ὥραν καὶ μηνὸς καὶ ἐνιαυτοῦ δύνασθαι γιγνώσκειν ἕνεκα πορείας τε καὶ πλοῦ καὶ φυλακῆς, καὶ ὅσα ἄλλα ἢ νυκτός, ἢ μηνός, ἢ ἐνιαυτοῦ πράττεται, πρὸς ταῦτ' ἔχειν τεκμηρίοις χρῆσθαι, τὰς ὥρας τῶν εἰρημένων διαγιγνώσκοντας· καὶ ταῦτα δὲ ῥᾴδια εἶναι μαθεῖν παρά τε [τῶν] νυκτοθηρῶν καὶ κυβερνητῶν καὶ ἄλλων πολλῶν, οἷς ἐπιμελὲς

§. 4. διαγιγνώσκοντας] V. adn. — ῥᾴδια] V. adn. — [τῶν] νυκτοθηρῶν] τῶν abest ab Iunt. Ald. Cast. Euseb. et AEGH. Ceterum cf. adn.

bant. Finckhius, a Sauppio laudatus, in Diar. Darmst. 1830, 48. componit Maximum Tyrium XXXVII, 7: οὕτως ἀμέλει καὶ γεωμετρίαν — οἱ μὲν πολλοὶ — μέχρι τοῦ περὶ τὴν χρείαν ἀναγκαίου δοκοῦντος προσίενται, διαμετρῆσαι γῆν καὶ ἀναστῆσαι τεῖχίον καὶ πᾶν, ὅσον εἰς χειρουργίαν αὐτῆς συντελεῖ, δοκιμάζοντες, πρόσω δὲ οὐχ ὁρῶντες: sed ex hac imitatione nihil aliud concludi potest, nisi imitatorem hunc locum sic accepisse, non Xenophontem sic intellexisse.

τὴν — γῆν] Paulo ante sine articulo, sed cur h. l. accesserit, sponte patet. De attractione v. ad I, 2, 13. — καὶ ὡς μετρεῖται ἐπιστάμενον ἀπιέναι Weiskius eleganter interpretatur: die ganze Verfahrungsart dem Feldmesser ablernen könne. Verbum ἀπιέναι additum est, ut in Latino: victorem discedere, similibusque.

§. 3. οὐκ ἄπειρος] In geometriae studio Socrates doctore usus fuerat Theodoro Cyrenaeo. V. ad IV, 2, 10.

§. 4. ἀστρολογίας] V. ad IV, 2, 10.

καὶ ταύτης μέντοι] et huius quidem. V. nos in Gr. T. II. §. 698. (Gr. schol. §. 594. not.) Adde Bornemannum ad Apol. §. 30. p. 351. ed. 1829. ad Anab. p. 286. ad Cyrop. II, 2, 8. p. 134 sq. ed. Goth. De seq. ὥραν v. ad IV, 3, 4.

διαγιγνώσκοντας] Edd. pr. et Par. AEG. exhibent lectionem διαγιγνώσκοντα (H. διαγινώσκοντα), quam Bornemannus minime indignam iudicat, quae in ordinem verborum recipiatur, comparans Thucyd. I, 120., ubi similiter a numero plurativo ad singularem transitur. Sic §. 4. Eusebius legit ζητοῦντα pro ζητοῦντας.

ῥᾴδια εἶναι μαθεῖν] Eusebius l. d. pro ῥᾴδια εἶναι habet ῥᾴδιον adverbialiter dictum, et cod. H. ῥᾴδιον εἶναι, quod glossatoris manum aperte prodit. Est enim Graeci sermonis proprium in eiusmodi locutionibus personalem structuram impersonali praeferre. Bornemannus comparat de Rep. Ath. I, 13: οὐ δυνατὰ ταῦτά ἐστιν ἐπιτηδεύειν, et supra IV, 2, 40: ἃ ἐνόμιζεν ἐπιτηδεύειν κράτιστα εἶναι. Plura exempla dedimus in Gr. T. II. §. 640. not. 3.

νυκτοθηρῶν] E margine Steph. Schneiderus dedit νυ-

ταῦτα εἰδέναι. Τὸ δὲ μέχρι τούτου ἀστρονομίαν μανθάνειν, μέχρι τοῦ καὶ τὰ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ περιφορᾷ ὄντα καὶ τοὺς πλάνητάς τε καὶ ἀσταθμήτους ἀστέρας γνῶναι, καὶ τὰς ἀποστάσεις αὐτῶν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τὰς περιόδους καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν ζητοῦντας κατατρίβεσθαι, ἰσχυρῶς ἀπέτρεπεν· ὠφέλειαν μὲν γὰρ οὐδεμίαν οὐδ' ἐν τούτοις ἔφη ὁρᾶν· καίτοι οὐδὲ τού-

κτοτηρῶν. „Dicit enim se nescire, quid sit piscatoribus cum sideribus, nisi quod pisces quidam sub astris quibusdam latere, migrare et capi dicantur; venatores autem praeter lunam siderum cognitionem negligere. Contra φρυκτωροὺς, quales pingat Aeschylus in Agamemnonis initio, siderum ortus facile discere posse et observare. Weiskius censet haec non probabilitatis specie carere, tale nomen quasi minus notum illi cessisse, se tamen praeferre vulgatam lectionem et accipere de venatoribus noctu in venationem egredientibus. Equidem hanc V. D. sententiam libenter amplector lectionemque νυκτοθηρῶν, quam insuper Eusebius Praep. ev. XIV, 11. tuetur, reponendam esse puto, duplici ductus ratione. Primum constat genus fuisse venationis nocturnae, sive hoc sumimus de captura piscium, sive de venatione aliorum animalium. Cf. Oppian. Halieut. IV, 640 sq.: τοὺς μὲν ὑπηματίους, τοὺς δ' ἕσπερος εἶλε δαμέντας, Εὖτ' ἂν ὑπὸ πρῶτον νυκτὸς κνέφας ἀσπαλιῆες Πυρσὸν ἀναψάμενοι, γλαφυρὸν σκάφος ἰθύνοντες, Ἰχθύσιν ἀτρομέουσιν ἀείδελον αἶσαν ἄγουσιν κτλ. Plat. Sophist. p. 220. D. Xen. de Venat. IX, 2. Cyrop. I, 6, 40. M. S. III, 11, 8. Horat. Od. I, 1, 25. Cic. Tusc. II, 17. Deinde Schneideri sententia de φρυκτωροῖς sub verbo νυκτοτηρῶν intellectis non omnino vera esse videtur, quia hoc nomen, quantum equidem scio, de his non usurpatur. Habuerunt veteres suos speculatores, qui adventum vel si qua alia hostes moliti erant, certis signis suis nuntiarunt fueruntque vel diurni, ἡμεροσκόποι, vel nocturni, φρυκτωροί et πυρσευταί dicti, qui facibus sublatis ex arboribus vel turribus ad id exstructis res hostium significarent. Sic Aeneas Tact. c. 6. V. Herodot. V, 182. Frontin. II, 5. Add. Schol. ad Thucyd. III, 22. et Bredov. ad Heilmann. vers. Thuc. p. 114. Tum lexicographi non asservarunt vocem νυκτοτήρας, quod in vocabulo rarioris usus certo fecissent." C. G. IACOBUS in Observatt. in aliquot Xenoph. loc. Hal. Sax. p. 28 sqq.

§. 5. Τὸ δὲ — μανθάνειν, — ἰσχυρῶς ἀπέτρεπεν] Sic supra I, 3, 7: ἀποσχόμενον τὸ — ἅπτεσθαι. Sed h. l. etiam idcirco τό praemissum est, ut vim haberet hanc: quod attinet ad. V. adnotata in I, 3, 7. Contra IV, 7, 6: τῶν οὐρανίων — φροντιστὴν γίγνεσθαι ἀπέτρεπεν.

μέχρι τούτου] Haec verba vim habent praeparativam. Quare non est adstipulandum Valckenario haec inutilem interpolationem censenti. Geminum fere locum comparavit Weiskius: Plat. Legg. p. 670. D: μέχρι γε τοσούτου πεπαιδεῦσθαι σχεδὸν ἀναγκαῖον, μέχρι τοῦ δυνατὸν εἶναι. Heindorfius addit Plat. de Rep. I. p. 341. D: ἐπὶ τούτῳ πέφυκεν, ἐπὶ τῷ τὸ ξυμφέρον ἑκάστῳ ζητεῖν. Lach. p. 183. C. 191. B. Protag. p. 356. D: εἰ οὖν ἐν τούτῳ ἡμῖν ἦν τὸ

των γε ἀνήκοος ἦν· ἔφη δὲ καὶ ταῦτα ἱκανὰ εἶναι κατατρίβειν ἀνθρώπου βίον, καὶ πολλῶν καὶ ὠφελίμων ἀποκωλύειν. Ὅλως δὲ τῶν οὐρανίων, ἢ ἕκαστα 6
ὁ θεὸς μηχανᾶται, φροντιστὴν γίγνεσθαι ἀπέτρεπεν· οὔτε γὰρ εὑρετὰ ἀνθρώποις αὐτὰ ἐνόμιζεν εἶναι, οὔτε χαρίζεσθαι θεοῖς ἂν ἡγεῖτο τὸν ζητοῦντα ἃ ἐκεῖνοι σαφηνίσαι οὐκ ἐβουλήθησαν· κινδυνεῦσαι δ' ἂν ἔφη

εὖ πράττειν, ἐν τῷ πράττειν. Similiter Cyrop. III, 1, 28. Adde nos in Gr. T. II. §. 631, 2.

τὰ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ περιφορᾷ ὄντα] Haec verba Edwardsius ex Diogene Laert. VII, 144: *τῶν δὲ ἄστρων τὰ μὲν ἁπλανῆ συμπεριφέρεσθαι τῷ ὅλῳ οὐρανῷ, τὰ δὲ πλανώμενα κατ' ἰδίας κινεῖσθαι κινήσεις*, recte explicat sic: quae non communi eodemque coeli motu circumacta proprio sibi motu feruntur.

ἀστραθμήτους ἀστέρας] Alii de planetis accipiunt, alii rectius cometas intelligunt. „Diogenes Apolloniates *ἀστέρας εἶναι τοὺς κομήτας* statuerat, teste Plutarcho de Plac. Phil. III, 2., et Pythagoreorum aliqui adeo cometas docuerant *διά τινος ὡρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀνατέλλειν.* Cf. Olympiodor. ad Meteorol. Aristotel. p. 11. a." SCHNEIDERUS. Quibus Bornemannus addit Ukertum Geogr. Gr. et Rom. Vol. I. P. II. p. 94.

τὰς περιόδους] „tempus, quo confecto ad idem punctum redeunt, non orbitam s. viam," Weiskius explicat, comparans Plat. Tim. p. 321. et Chrysippum ap. Lactant. VII, 23., nulla cogente necessitate. Neque cum eodem V. D. verba *τὰς αἰτίας αὐτῶν* referenda puto ad *ἀστραθμήτους ἀστέρας*, sed ad *τὰς περιόδους*. Exquirebant enim, quid esset, cur et planetae et cometae *περιοδικῶς* (v. proxime antecedentem adnotationem) redirent. Bornemannus calculum suum adiicere videtur sententiae Weiskii; nam ad verba *τὰς αἰτίας αὐτῶν* affert Senec. Quaest. Nat. VII, 11: Quibusdam antiquorum haec placet ratio, quum ex stellis errantibus altera se alteri applicuit, confuso in unum duarum lumine, faciem longioris sideris (cometae) reddi. Nec hoc tunc tantum evenit, quum stella stellam attigit, sed etiam quum appropinquavit; intervallum enim, quod inter duas est, illustratur ab utraque, inflammaturque et longum ignem efficit. Addit Schaubach. Anaxag. Fragm. p. 66 sq.

τούτων γε ἀνήκοος] harum rerum imperitus. Dicitur enim Socrates Archelao, Anaxagorae discipulo, usus fuisse magistro. Cic. Tusc. V, 4, 10.

§. 6. *τῶν οὐρανίων κτλ.*] Cf. supra I, 1, 11. ibique adnotata et Cicer. Academ. I, 4, 15: Socrates mihi videtur, id quod constat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus et vitiis omninoque de bonis rebus et malis quaereret; coelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censeret, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum. V. Prolegom. p. 2 sqq.

κινδυνεῦσαι δ' ἂν — καὶ παραφρονῆσαι] periculum fore, ne vel insaniret.

καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐδὲν ἧττον ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν, ὃ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι. Ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ εἶναι πῦρ τε καὶ ἥλιον ἠγνόει, ὡς τὸ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥᾳδίως καθορῶσιν, εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν· καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσιν, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ· ἠγνόει δὲ, ὅτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων ἄνευ μὲν ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται· φάσκων δὲ τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι καὶ τοῦτο ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν

7

§. 7. *ἠγνόει δὲ, ὅτι καὶ*] V. adn. — *λαμπρότατος*] Sic tres Vatic. Euseb. et Par. G H L. pro vulg. *λαμπρότερος*.

De seqq. *ταῦτα μεριμνῶντα* v. ad I, 1, 14.

Ἀναξαγόρας] Clazomenius, philosophus sectae Ionicae. Rerum naturalium studio in primis operam dedit: inde Physicus est appellatus. Vixit tempore Periclis. In exsilium missus Lampsaci obiit. Cf. Diog. Laert. II, 6 sqq. Cicer. Tusc. V, 4, 10. Cobetum in Prosopogr. Xen. p. 19.

§. 7. *τὸ αὐτὸ εἶναι πῦρ τε καὶ ἥλιον*] Diog. Laert. II, 8: *Οὗτος* (*Ἀναξαγόρας*) *ἔλεγε τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον καὶ μείζω Πελοποννήσου*. Socrates accipit *μύδρον διάπυρον* de lapide igneo. Cf. Stallbaumium ad Plat. Apol. p. 26. D. et quos ad sequentia attulit Zeunius, Suidam in v. *Ἀναξαγόρας*, Schol. ad Eur. Or. 970. 976., Lucian. Icarom. c. 20. extr. Quibus adde Cobetum l. d. et quos laudat Bornemannus, Schaubach. Anaxag. Fragm. p. 139 sqq. et Porson. ad Eur. Or. 971.

τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσιν] V. ad I, 4, 13. *τὴν ψυχὴν κρατίστην*.

οὔ· ἠγνόει] V. ad II, 6, 11.

Ceterum Schneiderus, quem sequuti sunt alii, cum Flor. E. Euseb. et Par. H. edidit *ἠγνόει δὲ καὶ, ὅτι* pro vulg. *ἠγνόει δὲ, ὅτι καί*: quod iure revocavit Sauppius, monens *καί* particulae traiectionem esse frequentissimam, comparato F. A. Merzio in Lectt. Xen. Spec. I. p. 15 — 20. Similes locos reperi Hellen. IV, 4, 3: *ἔπαιον τὸν μὲν —, τὸν δέ τινα ἐν Θεάτρῳ, ἔστι δὲ ὃν καὶ κριτὴν καθήμενον* pro *ἔστι δὲ καὶ ὃν κρ. καθ.* Ibid. 8, 19: *ἦσαν δὲ οἳ καὶ ἐσώθησαν αὐτῶν εἰς τὰς φιλίας πόλεις*. Quanquam huic traiectioni excusatio quaedam parata est in arcta verborum coniunctione formulae *ἔστιν ὅς*. Vera traiectio est Cyrop. III, 2, 26., ubi v. quae Bornemannus in ed. Goth. adnotavit, et Hipparch. I, 19: *ἐπιτήδειον δὲ ὑπομιμνήσκειν, ὅτι καὶ ἡ πόλις ἀνέχεται δαπανῶσα κτλ.*: ubi v. Sauppium. Ego vero credo illud *καί* non pertinere ad *ἠγνόει*, sed ad *τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων*, ut traiectionem particulae statuere nequaquam opus sit. Nam longe alia ratio est III, 12, 7.

§. 8. *λογισμοὺς*] Intelligunt

ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει, ὁ δὲ ἥλιος τὸν πάντα χρόνον πάντων λαμπρότατος ὢν διαμένει. Ἐκέλευε δὲ καὶ λογισμοὺς μανθάνειν, καὶ 8
τούτων δὲ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐκέλευε φυλάττεσθαι τὴν μάταιον πραγματείαν, μέχρι δὲ τοῦ ὠφελίμου πάντα καὶ αὐτὸς συνεπεσκόπει καὶ συνδιεξῄει τοῖς συνοῦσι. Προέτρεπε δὲ σφόδρα καὶ ὑγιείας ἐπιμελεῖσθαι τοὺς 9
συνόντας, παρά τε τῶν εἰδότων μανθάνοντας ὅσα ἐνδέχοιτο, καὶ ἑαυτῷ ἕκαστον προσέχοντα διὰ παντὸς τοῦ βίου, τί βρῶμα ἢ τί πόμα ἢ ποῖος πόνος συμφέροι αὐτῷ, καὶ πῶς τούτοις χρώμενος ὑγιεινότατ' ἂν διάγοι· τοῦ γὰρ οὕτω προσέχοντος ἑαυτῷ ἔργον ἔφη εἶ-

§. 9. *ὑγιεινότατ' ἄν*] Iunt. et Par. H. *ὑγιεινότατα* sine *ἄν*. — *τοῦ γὰρ — προσέχοντος*] V. adn.

Ernestius et Weiskius *τὴν ἀριθμητικήν*, Schneiderus rectius *τὴν λογιστικήν*, artem calculatoriam, supputationem s. computationem, rationem numeris redditam expensarum vel redituum acceptorum. „Arithmetica vero est numerorum scientia et artem multo ampliorem et diviniorem amplectitur. *Λογισμοὶ* igitur plurali numero varii modi esse debent, quibus rationes plus minusve breviter et accurate exponi et reddi possunt." Plurativi numeri exempla dedit C. E. Chr. Schneiderus ad Platon. Civit. T. II. p. 294. Quid *λογιστικὴ* ab *ἀριθμητικῇ* differat, exponit Plat. Gorg. p. 451. C.

καὶ — δὲ] V. ad I, 1, 3.

§. 9. *Προέτρεπε*] V. ad I, 2, 64.

ἐνδέχοιτο] V. ad I, 2, 23.

πόμα] Sic in omnibus libris legitur. Etiam Anab. IV, 5, 27. omnium fere librorum lectio est *πόμα*, duo tantum codd. exhibent *πῶμα*. V. ad h. l. Bornemannum p. 278., qui recte lectionem *πόμα* tuitus est contra Porsonum (ad Eurip. Hec. 392), qui formam *πόμα* Atticis scriptoribus alienam censuerat. Cf. A. Lobeckium ad Herodian. in edit. Phrynichi p. 456. Paralip. T. II. p. 425 sq. et C. E. Chr. Schneiderum ad Platon. Civit. T. I. p. 285.

τοῦ γὰρ οὕτω προσέχοντος] Haec est omnium fere librorum lectio: unus sublestae fidei codex Voss. 1. dat *τὸν — προσέχοντα*, quod ab Ernestio et omnibus fere sequentibus editoribus receptum est. Weiskius vulgatae lectionis patrocinio suscepto genitivos *τοῦ προσέχοντος* pendere a seq. *μᾶλλον* dicit: in quam sententiam discessit etiam Bornemannus, nisi quod post *διαγιγνώσκοντα* vocabulum *ἑαυτοῦ* mutandum censet in *αὐτοῦ*, ut est in marg. Villois.: quae quidem ratio multo tutior mihi videtur, quam Vossiani lectionem sufficere in locum ceterorum librorum. Cum vi quadam praemittuntur verba *τοῦ οὕτω προσέχοντος ἑαυτῷ*, quippe in quibus maximum sententiae pondus positum sit; *αὐτοῦ* autem facile corrumpi potuit in *αὐτοῦ* et deinde in *ἑαυτοῦ*; denique notissimum est post praemissum nomen saepissime sive propter sententiae vim, sive propter orationis perspicuitatem

ναι εὑρεῖν ἰατρὸν τὰ πρὸς ὑγίειαν συμφέροντα αὐτῷ μᾶλλον διαγιγνώσκοντα ἑαυτοῦ. Εἰ δέ τις μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν ὠφελεῖσθαι βούλοιτο, συνεβούλευε μαντικῆς ἐπιμελεῖσθαι· τὸν γὰρ εἰδότα, δι' ὧν οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν πραγμάτων σημαίνουσιν, οὐδέποτ' ἔρημον ἔφη γίγνεσθαι συμβουλῆς θεῶν.

inferri pronomen *αὐτός*, quo praegressum nomen quasi denuo in mentem revocetur (v. adnotata nostra in I, 4, 18); si vero ipse Xenophon *ἑαυτοῦ* scripsit, ab instituta structura in aliam aberrasse censendus est. Quod autem Bornemannus censet, *αὐτοῦ* iungendum esse cum *τοῦ — προεχοντος* pro *μᾶλλον ἢ αὐτὸς ὁ οὕτω προεχων ἑαυτῷ*, mihi quidem durius videtur. De sententia loci comparat Schneiderus Tacit. Ann. VI, 46. et Plutarch. de tuenda sanit. p. 407. ed. Hutten. Adde Cicero n. de Offic. II, 24, 86. ibique Beierum p. 165.

§. 10. *μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν ὠφελεῖσθαι*] si quis meliorem cognitionem assequi vellet, quam quae ab humana sapientia proficiscitur. De *μᾶλλον ἢ κατά* v. ad I, 7, 4.

μαντικῆς — συμβουλῆς θεῶν] Supra I, 1, 9: *ἃ δὲ μὴ δῆλα τοῖς ἀνθρώποις ἐστί, πειρᾶσθαι διὰ μαντικῆς παρὰ τῶν θεῶν πυνθάνεσθαι· τοὺς θεοὺς γὰρ οἷς ἂν ὦσιν ἵλεῳ σημαίνειν.*

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Hoc extremo capite Xenophon demonstrare studet Socratem morte sua nequaquam mendacii de daemonio suo convinci. Argumentatione usus est hac:

Si quis dicat ex eo, quod Socrates capitali iudicio condemnatus mortem occubuerit, intelligi eum, quum, deum in rebus obscuris, quid faciendum, quidque omittendum esset, sibi praesignificare dicere solitus, de morte sibi instante non praemonitus supplicium non effugisset, de daemonio suo mentitum esse: is vero vehementer errat. Nam tantum abest, ut mors Socratis eum in hac re mendacii coarguat, ut clarissime ostendat ipsa morte ei a diis optime provisum et consultum esse. Unde intelligitur, cur a daemonio suo impeditus sit, quo minus mortem effugere studeret. Etenim primum Socrates, iam in senili aetate constitutus, paulo post diem supremum obisset: deinde senectutis mala effu-

git; denique in causa sua dicenda maximam virtutem exhibens, tempus inter iudicium et mortem interiectum summa animi hilaritate et constantia transigens et ipsum supplicium aequissime et fortissime ferens immortalem sibi peperit gloriam (§. 1—2). Illius igitur mors pulcherrima, beatissima et diis carissima censenda est (§. 3).

Haec de Socratis morte dicta Xenophon confirmare studet sermone ab eo iam damnato habito, cuius primariae sententiae hae fere sunt: Defensionem sui non sibi esse meditandam dicit; nam totam suam vitam e virtute actam optimam esse defensionem (§. 4): a daemonio suo non esse impulsum ad se coram iudicibus defendendum, quia dii mortem meliorem sibi decreverint quam longiorem vitam, quae se facile sensuum mentisque integritate privare et in deteriore conditione collocare possit (§. 5—8): iniustam damnationem iudicibus, non sibi, ignominiosam esse: se nulla unquam homines iniuria affecisse, sed semper meliores efficere studuisse (§. 9—10).

Concluditur totum opus brevi repetitione argumentorum his libris tractatorum (§. 11).

Εἰ δέ τις, ὅτι φάσκοντος αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον 1
ἑαυτῷ προσημαίνειν, ἃ τε δέοι καὶ ἃ μὴ δέοι ποιεῖν, ὑπὸ τῶν δικαστῶν κατεγνώσθη θάνατος, οἴεται αὐτὸν ἐλέγχεσθαι περὶ τοῦ δαιμονίου ψευδόμενον, ἐννοησάτω πρῶτον μὲν, ὅτι οὕτως ἤδη τότε πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἦν, ὥστ', εἰ καὶ μὴ τότε, οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον, εἶτα ὅτι τὸ μὲν ἀχθεινότατον τοῦ βίου καὶ ἐν ᾧ πάντες τὴν διάνοιαν μειοῦνται ἀπέλειπεν, ἀντὶ δὲ τούτου τῆς ψυχῆς τὴν ῥώ-

Cap. VIII. §. 1. *ἀπέλειπεν*] V. adn.

Cap. VIII. §. 1. *φάσκοντος αὐτοῦ — κατεγνώσθη θάνατος*] Hellen. III, 5, 25: *θάνατος αὐτοῦ κατεγνώσθη*. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 378. p. 859 sq. Rost. §. 109. not. 4. Kühner. T. II. §. 605. not.

πόῤῥω τῆς ἡλικίας] Septuaginta annos natus, secundum Diog. L. II, 44. et Maxim. Tyr. dissert. IX, 8.

ὥστ' — οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι] Negatio *οὐκ* non ad totam enuntiationem pertinet, sed ad *πολλῷ ὕστερον*, ut Demosth. de Coron. p. 320, 283: *ὥστ' οὐ μεμνῆσθαι τοὺς λόγους* (*οὐ μεμνῆσθαι* = *ἐπιλανθάνεσθαι*).

εἶτα] V. ad I, 2, 1.

ἀπέλειπεν] Hanc omnium fere librorum lectionem a me impetrare non potui ut cum Schneidero recentioribusque editori-

μην ἐπιδειξάμενος εὔκλειαν προσεκτήσατο, τήν τε δίκην πάντων ἀνθρώπων ἀληθέστατα καὶ ἐλευθεριώτατα καὶ δικαιότατα εἰπών, καὶ τὴν κατάγνωσιν τοῦ θανά-
2 του πραότατα καὶ ἀνδρωδέστατα ἐνεγκών. Ὁμολογεῖται γὰρ οὐδένα πω τῶν μνημονευομένων ἀνθρώπων κάλλιον θάνατον ἐνεγκεῖν· ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι διὰ τὸ Δήλια μὲν ἐκείνου τοῦ μηνὸς εἶναι, τὸν δὲ νόμον μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν ἡ θεωρία

ἐνεγκών] Iunt. Cast. et Par. G. ἐνέγκας. V. ad I, 2, 53.

§. 2. οὐδένα πω] V. adn. — καίτοι τὸν] Sic pro vulg. καὶ τῶν scribendum cum Brodaeo Weisk. censet: quam quidem optimam emendationem recte recepit Schn., qui haec addit: Sententia ipsa flagitat (hanc) correctionem. Cur enim Socrates omnium hominum, qui antea vixerint, nec potius omnium suae aetatis hominum suavissime et hilarissime vixisse dicatur?

§. 3. ἢ ὃν ἂν — ἀποθάνοι] ἄν ab uno libro Victoriano omissum delevit L. Dindorf. Iniuria; sententia enim est haec: quam

bus postponerem lectioni ἀπέλιπεν, duorum tantum codd. Par. A. et D. auctoritate confirmatae, quae mihi a glossatore profecta videtur, cui offensioni erat imperfectum, subsequente aoristo προσεκτήσατο. Quod autem in Apolog. 32: τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν δὲ θανάτων τοῦ ῥᾴστου ἔτυχεν, legitur, id tantum abesse puto, ut lectionem a nobis repositam infirmet, confirmat etiam suspicionem nostram de corruptela. Miror etiam Bornemannum retinuisse Schneideri lectionem, quum ipse imperfecti vim verissime explanaverit: quo tempore moriebatur, relinquebat. Conf. infra §. 10: ὅτι ἐγὼ ἡδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε —, βελτίους δὲ ποιεῖν ἐπειρώμην ἀεὶ τοὺς ἐμοὶ συνόντας, meliores facere studebam, quamdiu vivebam.

§. 2. οὐδένα πω] E Par. A. Schneiderus edidit οὐδένα πώποτε: quod optimo iure repudiaverunt Herbstius et Sauppius, provocantes ad Heindorfium, qui ad Plat. Gorg. p. 448. A. docet utrumque recte dici: οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε et οὐδείς με πώποτε ἠρώτηκε, ut apud Latinos nondum quisquam et nondum quisquam unquam me interrogavit (nec aliter apud nos: noch keiner et noch nie hat mich einer gefragt). Per se patet posterius dicendi genus gravius esse. Comparat Heindorfius Thuc. I, 32. 37. 76. Plat. de Rep. II. p. 358. D., quibus Sauppius addit Xenoph. Anab. I, 2, 26. VI, 5, 14. VII, 5, 16. Cyrop. II, 1, 5.

Δήλια] V. Plat. Phaedon. p. 58. Cf. ad III, 3, 12.

τὸν δὲ νόμον] Repete διὰ τό: διά τε τὸ τὸν νόμον ἐᾶν.

καίτοι — γε] V. ad I, 2, 3. Hoc loco καίτοι significat atqui.

§. 3. Negari non potest in hoc ultimo capite inesse quae obscuritate quadam ac difficultate laborent. In primis haec vitia cadunt in §. tertiam. Quare Schneiderus totum hoc caput manus corruptrices passum

ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ· καὶ τὸν χρόνον τοῦτον ἅπασι τοῖς συνήθεσι φανερὸς ἐγένετο οὐδὲν ἀλλοιότερον διαβιοὺς ἢ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον· καίτοι τὸν ἔμπροσθέν γε πάντων ἀνθρώπων μάλιστα ἐθαυμάζετο ἐπὶ τῷ εὐθύμως τε καὶ εὐκόλως ζῆν. Καὶ πῶς ἄν τις κάλλιον 3
ἢ οὕτως ἀποθάνοι; ἢ ποῖος ἂν εἴη θάνατος καλλίων ἢ ὃν ἂν κάλλιστά τις ἀποθάνοι; ποῖος δ' ἂν γένοιτο θάνατος εὐδαιμονέστερος τοῦ καλλίστου; ἢ ποῖος θεοφιλέστερος τοῦ εὐδαιμονεστάτου; Λέξω δὲ καὶ ἃ Ἑρ- 4

(mortem) quis honestissime oppetere possit. — *εὐδαιμονέστερος*] Sic ex Brodaei lectione Castalio primus correxit lectionem *εὐδαιμονέστατος*, quam habent edd. pr. et Par. A E G H. „Superlativum, cui tam multi libri favent, h. l. libentius equidem, quam quovis alio, feram. Cf. Hermann. ad Eur. Med. Elmsl. 67." B O R N. Nec mihi displicet superlativus, sed, quominus reciperem, prohibuit me seq. *θεοφιλέστερος*. Ceterum cf. nos in Gr. T. II. §. 589. not. 3.

esse sibi persuasit. Etiam Bornemanno quae a §. 3. usque ad §. 11. verba *ἐμοὶ μὲν δή* leguntur videntur alium ac Xenophontem auctorem habuisse, „quippe," ut ait, „facili negotio ex Apologia concinnata, immo detorta. Nihil alicuius momenti in his legitur, quod non melius, accuratius simpliciusque in Apologia tradatur, nihil, quod consilio scriptoris §. 1. patefacto copiosius explicando inserviat, praesertim si Apologiam statueris prius a Xenophonte conscriptam esse, quam Memorabilia, ita ut commode quidem illam hic respicere posset, minime vero Hermogenis narrationem repetere necesse haberet. Sed segmenti secundi ea ratio est, ut vel censor aliquis antiquus et grammaticus, vel etiam librarius facile in animum induceret exemplaris sui orae adscribere, quorsum, quae paucis verbis Xenophon indicasset, spectarent, quaeque lectoribus cognitu neutiquam iniucunda futura essent." Cf. Bornemannum ad Apol. p. 23 sq. Weiskius contra acerrimus totius loci patronus exstitit. Per soritem hac paragrapho putat doceri mortem Socratis esse *θεοφιλῆ*. Huius syllogismi primum esse membrum, mortem Socratis fuisse gloriosam: alterum, eandem fuisse beatam: tertium, fuisse eandem *θεοφιλῆ*, quoniam dii hominibus sibi amatis tantum mortem beatam contingere patiantur. Equidem infitias ire nolo hunc locum habere quae enucleatius et diligentius dici potuerint, orationemque commotiorem haud sane respondere aequabili et quieto quod in reliquis horum librorum partibus Xenophon tenuit dicendi generi; sed hae causae non mihi satis idoneae videntur, cur hunc locum in suspicionem vocemus, praesertim quum argumenti quod hic tractatur gravitas rhetoricam quandam amplificationem atque exaggerationem facile provocare potuerit. Sententiarum a §. 1. usque ad §. 4. consignatarum ratio haec fere est: Falluntur qui ex eo, quod Socrates capitis da-

μογένους τοῦ Ἱππονίκου ἤκουσα περὶ αὐτοῦ· ἔφη γάρ, ἤδη Μελήτου γεγραμμένου αὐτὸν τὴν γραφήν, αὐτὸς ἀκούων αὐτοῦ πάντα μᾶλλον ἢ περὶ τῆς δίκης διαλεγομένου λέγειν αὐτῷ, ὡς χρὴ σκοπεῖν ὅ τι ἀπολογήσεται, τὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον εἰπεῖν· Οὐ γὰρ δοκῶ σοι τοῦτο μελετῶν διαβεβιωκέναι; ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἤρετο, ὅπως; εἰπεῖν αὐτὸν, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ποιῶν διαγεγένηται ἢ διασκοπῶν μὲν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, πράττων δὲ τὰ δίκαια καὶ τῶν ἀδίκων ἀπεχόμενος, ἥπερ νομίζοι καλλίστην μελέτην ἀπολογίας εἶναι. Αὐτὸς δὲ πάλιν εἰπεῖν· Οὐχ ὁρᾷς, ὦ Σώκρατες, ὅτι οἱ Ἀθήνησι δικασταὶ πολλοὺς μὲν ἤδη μηδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ παραχθέντες ἀπέκτειναν, πολ-

§. 5. παραχθέντες] V. adn.

mnatus sit, neque mortem vitare potuerit, concludi posse putant Socratem mentitum esse de daemonio, quum diceret illud sibi praesignificare, quid sibi faciendum esset, quid non faciendum. Etenim daemonium illud Socratem, ut capitis poenam averteret, idcirco non instigavit, quod ille tum iam aetate longe provectus parvo vitae spatio, idque molestissimo, profundendo condemnationeque et morte fortissime et honestissime perferenda summam consequutus est gloriam. Huic argumentationi tanquam cumulus accedit argumentatio paragraphi tertiae, quae est haec: mors autem honestissime oppetita beatissima et ob id ipsum diis carissima est. Ergo recte daemonium illud Socratem mortem oppetere passum est, qua non malum ei parabatur, sed summum bonum. Verbum οὕτως (in ἢ οὕτως ἀποθάνοι) referendum est ad antecedentia πρᾳότατα καὶ ἀνδρωδέστατα; verba autem ἢ ποῖος ἂν εἴη θ. — ἀποθάνοι repetunt eandem sententiam, sed ita, ut haec sententia pluribus declarata verbis in clariore quasi luce collocetur; hoc fere modo: vel, ut his potius utar verbis, qualis mors potest esse honestior, quam quae honestissime (πρᾳότατα καὶ ἀνδρωδέστατα) oppetitur?

§. 4. Ἑρμογένους] V. ad II, 10, 3.

ἤκουσα] „Aberat enim ipse cum Cyro in Asia militans. Ceterum eadem exstant totidem verbis in Apolog. 2 sqq." SCHNEIDERUS.

Μελήτου] V. ad I, 1, 1.

γεγραμμένου αὐτὸν τὴν γραφήν] Demosth. de Coron. p. 311, 251: οὐδεμίαν γὰρ πώποτ' ἐγράψατό με οὐδ' ἐδίωξε γραφήν. V. Matthiae. Gr. T. II. §. 421. not. 2. Rost. §. 104. not. 5. p. 486. Kühner. T. II. §. 558.

ἔφη γὰρ κτλ.] V. Apolog. 2. et 3.

Οὐ γὰρ δοκῶ —;] Nonne igitur videor? V. ad I, 3, 10.

τοῦτο μελετῶν διαβεβιωκέναι] in hac re (sc. ἐν τῷ ἀπολογεῖσθαι, defensione mei) meditanda totam vitam transegisse.

ὅτι — διαγεγένηται] Oratio recta deflexit in orationem obliquam. V. nos in Gr. T. II. §. 850. (Gr. schol. §. 709.)

λοὺς δὲ ἀδικοῦντας ἀπέλυσαν; Ἀλλὰ νὴ τὸν Δία, φάναι αὐτόν, ὦ Ἑρμόγενες, ἤδη μου ἐπιχειροῦντος φροντίσαι τῆς πρὸς τοὺς δικαστὰς ἀπολογίας, ἠναντιώθη τὸ δαιμόνιον. Καὶ αὐτὸς εἰπεῖν· Θαυμαστὰ 6
λέγεις· τὸν δέ· Θαυμάζεις, φάναι, εἰ τῷ θεῷ δοκεῖ βέλτιον εἶναι ἐμὲ τελευτᾶν τὸν βίον ἤδη; οὐκ οἶσθ', ὅτι μέχρι μὲν τοῦδε τοῦ χρόνου ἐγὼ οὐδενὶ ἀνθρώπων ὑφείμην ἂν οὔτε βέλτιον οὔθ' ἥδιον ἐμοῦ βεβιωκέναι; ἄριστα μὲν γὰρ οἶμαι ζῆν τοὺς ἄριστα ἐπιμελομένους τοῦ ὡς βελτίστους γίγνεσθαι, ἥδιστα δὲ τοὺς μάλιστα αἰσθανομένους, ὅτι βελτίους γίγνονται. Ἃ ἐγὼ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου ἠσθανόμην ἐμαυτῷ 7
συμβαίνοντα, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐντυγχάνων

§. 7. ἠσθανόμην] V. adn.

πράττων δὲ τὰ δίκαια καὶ τῶν ἀδίκων ἀπεχόμενος] De eleganti membrorum oppositorum collocatione, qui chiasmus vocitari solet, v. nos in Gr. T. II. §. 865. 3. Adde Symp. VIII, 27: οὐδέ γε (οἱόντε) ἀναισχυντίαν καὶ ἀκρασίαν παρεχόμενον ἐγκρατῆ καὶ αἰδούμενον τὸν ἐρώμενον ποιῆσαι. Demosth. de Coron. p. 281, 163., ubi v. Dissenium p. 336.

ἦνπερ — μελέτην — εἶναι] De attractione relativi v. ad II, 4, 2.

§. 5. Αὐτὸς — εἰπεῖν] Scil. ἔφη, quod ex §. 4. supplendum est.

Οὐχ ὁρᾷς] Eadem iisdem fere verbis consignata leguntur in Apolog. 4.

πολλοὺς μὲν — πολλοὺς δὲ] V. ad I, 1, 1.

λόγῳ παραχθέντες] Sic unus cod. Y; ἀχθέντες exhibet cod. H; vulgo legitur ἀχθεσθέντες. In Apol. §. 4. legitur ταραχθέντες, et in duobus codd. παραχθέντες. De verbo παράγεσθαι Bornemannus, qui ceterum verba λόγῳ παραχθέντες uncinis circumdedit, comparat Thuc. I, 91. Soph. Antig. 293 sq. Eur. Suppl. 231. (ed. Matth.). Adde eundem ad Apol. l. d. p. 36. Haud scio, an legendum sit cum cod. H. ἀχθέντες: quod quomodo et in παραχθέντες, ut quod usitatius sit dicendi genus, et in ἀχθεσθέντες, ut quod accommodatum sit sequenti ἀπέκτειναν, corrumpi potuerit, facile est ad intelligendum. Neque insolitum quicquam mihi videtur inesse in loquutione ἀχθῆναι λόγῳ, quanquam fateor cummaxime similia exempla non suppetere. In Apologia inter ἀδικοῦντας et ἀπέλυσαν interiecta sunt haec: ἢ ἐκ τοῦ λόγου οἰκτίσαντες ἢ ἐπιχαρίτως εἰπόντας: quae si hoc quoque loco addita essent, lectio vulgata ἀχθεσθέντες a nullo tentata esset.

ἤδη μου ἐπιχειροῦντος — ἠναντιώθη] Apolog. l. d.: καὶ δὴ ἤδη ἐπιχειρήσαντός μου σκοπεῖν περὶ τῆς ἀπολογίας, ἐναντιοῦταί μοι τὸ δαιμόνιον. Sed cf. adnotata in III, 8, 1.

§. 6. Θαυμαστὰ λέγεις] V. Apolog. 5.

οὐδενὶ — ὑφείμην ἄν — βεβιωκέναι] non concesserim quemquam vel melius vel iucundius quam me vixisse.

§. 7. Ἃ ἐγὼ κτλ.] Verte:

καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους παραθεωρῶν ἐμαυτὸν οὕτω διατετέλεκα περὶ ἐμαυτοῦ γιγνώσκων· καὶ οὐ μόνον ἐγώ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐμοὶ φίλοι οὕτως ἔχοντες περὶ ἐμοῦ διατελοῦσιν, οὐ διὰ τὸ φιλεῖν ἐμέ, καὶ γὰρ οἱ τοὺς ἄλλους φιλοῦντες οὕτως ἂν εἶχον πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους, ἀλλὰ διόπερ καὶ αὐτοὶ ἂν οἴονται ἐμοὶ συνόν-
8 τες βέλτιστοι γίγνεσθαι. Εἰ δὲ βιώσομαι πλείω χρόνον, ἴσως ἀναγκαῖον ἔσται τὰ τοῦ γήρως ἐπιτελεῖσθαι, καὶ ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν ἧττον, καὶ διανοεῖσθαι χεῖρον, καὶ δυσμαθέστερον καὶ ἐπιλησμονέστερον ἀποβαίνειν, καὶ ὧν πρότερον βελτίων ἦν, τούτων χείρω γίγνεσθαι· ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε μὴ αἰσθανομένῳ μὲν ἀβίωτος ἂν εἴη ὁ βίος, αἰσθανόμενον δὲ πῶς οὐκ
9 ἀνάγκη χεῖρόν τε καὶ ἀηδέστερον ζῆν; Ἀλλὰ μὴν εἴ

§. 8. *χείρω γίγνεσθαι*] Sic recte Vat. 1. Flor. B. C. et unus Par. pro vulg. *χείρων γ*.

§. 9. *εἰ γὰρ τὸ ἀδικεῖν*] Born. coni.: *τοῦτο, εἶγε τὸ ἀδ.*, verbis *πῶς οὐκ αἰσχρὸν καὶ τὸ ἀδίκως ὁτιοῦν ποιεῖν;* seclusis. Schn. et G. Dind. totum locum: *εἰ γὰρ — ποιεῖν* extermi-

Haec ego usque ad hoc tempus mihi obtigisse sentiebam, et cum aliis hominibus congrediens et cum aliis me comparans sic semper de me statui (scil. melius et iucundius me vivere ceteris). Pro *ἡσθανόμην* Weiskius legendum suspicatur *αἰσθανόμενος*, quod Schneiderus probat, in primis in coniunctione imperfecti et perfecti (*διατετέλεκα*) haerens. Sed haec causa nulla plane est. In imperfecto haec vis inest: dum vivebam, sentiebam. Bornemannus verba *οὕτω διατετέλεκα περὶ ἐμαυτοῦ γιγνώσκων* uncinis sepsit; etiam in verbo *παραθεωρεῖν* offendit, quod a Xenophontis aetate abhorreat, qui alibi *παραβάλλειν* usurpare consueverit. Primum usum esse illo putat Lucianum in Herod. extr. At, credo, V. D. ipse non multum ponderis ponet in hoc argumento. Mihi quidem Xenophon hoc videtur significare voluisse: Socratem non solum per sese vel per ea, quae ad se ipsum spectarent, hanc duxisse sententiam (se optime et iucundissime vivere), sed etiam consuetudine cum aliis habita et comparatione cum aliis instituta hanc sententiam confirmatam esse. De *ἀσυνδέτως* adiunctis verbis *ἃ ἐγὼ κτλ.* cf. adnotata ad III, 4, 12.; de praepositione *πρός* in comparatione usurpata ad I, 2, 52.

οὕτως ἔχοντες περὶ ἐμοῦ] sic sentientes de me. Sequentium verborum: *καὶ γὰρ οἱ τοὺς ἄλλους φιλοῦντες οὕτως ἂν εἶχον πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους* sententiam Weiskius sic interpretatur: Significat Socrates non universe omnes amorem suum erga amicos ita ostendere, ut eos putent in dies fieri sapientiores et meliores, neque naturalem esse hunc amicitiae sensum; ergo neque de se ob amicitiam ita iudicari.

§. 8. *Εἰ δὲ βιώσομαι κτλ.*] V. Apolog. 6. Pro *τὰ τοῦ γήρως*

γε ἀδίκως ἀποθανοῦμαι, τοῖς μὲν ἀδίκως ἐμὲ ἀποκτείνασιν αἰσχρὸν ἂν εἴη τοῦτο· εἰ γὰρ τὸ ἀδικεῖν αἰσχρόν ἐστι, πῶς οὐκ αἰσχρὸν καὶ τὸ ἀδίκως ὁτιοῦν ποιεῖν; ἐμοὶ δὲ τί αἰσχρὸν τὸ ἑτέρους μὴ δύνασθαι περὶ ἐμοῦ τὰ δίκαια μήτε γνῶναι μήτε ποιῆσαι; Ὁρῶ δ' ἔγωγε καὶ τὴν δόξαν τῶν προγεγονότων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἐπιγιγνομένοις οὐχ ὁμοίαν καταλειπομένην τῶν τε ἀδικησάντων καὶ τῶν ἀδικηθέντων· οἶδα δὲ, ὅτι καὶ ἐγὼ ἐπιμελείας τεύξομαι ὑπ' ἀνθρώπων, καὶ ἐὰν νῦν ἀποθάνω, οὐχ ὁμοίως τοῖς ἐμὲ ἀποκτείνασιν· οἶδα γὰρ ἀεὶ μαρτυρήσεσθαί μοι, ὅτι ἐγὼ ἠδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε ἀνθρώπων, οὐδὲ χείρω ἐποίησα, βελτίους δὲ ποιεῖν ἐπειρώμην ἀεὶ τοὺς ἐμοὶ συνόντας. Τοιαῦτα μὲν πρὸς Ἑρμογένην τε διελέχθη καὶ πρὸς τοὺς ἄλ-

nandum censent. Sauppius recte defendit locum, dicens solere scriptorem nostrum, ubi rem per ratiocinationem velit efficere, membra interserere non admodum necessaria, sed quae nolit tamen ad rem exhauriendam praetermittere.

ἐπιτελεῖσθαι legitur ibi τὰ τοῦ γήρως ἀποτελεῖσθαι. De vocabulo ἐπιτελεῖσθαι disputavit Bornemannus ad Apolog. 33. p. 78.

ἀλλὰ μὴν — γὲ] V. ad I, 1, 6.

ἄβίωτος — βίος] vita non vitalis, h. e. vita vitae nomine non digna, vita tristissima. Est locutio Graecis scriptoribus saepe frequentata. Quare non probo sententiam eorum, qui eam Euripidi (Hippol. 823) tanquam propriam adsignant. Omnino similium locutionum plenus erat sermo Graecus, ut ζωὴ ἄβιος, θάνατος ἀθάνατος, γάμος ἄγαμος, γένος ἄγονον, σοφία ἄσοφος. V. Aug. Lobeckium in Paralip. gr. Gr. T. I. p. 230. Apud Latinos locutione vita vitalis primus usus esse videtur Ennius. Cf. Cicer. de Amic. VI, 22: Qui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, quae non in amici mutua benevolentia conquiescat?

χεῖρόν τε καὶ ἀηδέστερον] „Ut antea βέλτιον βεβιωκέναι se dicit, quoniam in dies meliorem se fieri sentiebat ipse comparans sese cum ceteris hominibus, ita nunc χεῖρον ζῆν dicitur ille, qui deteriorem ceteris hominibus se fieri in dies sentit; ideoque ut ille ex incremento virtutis suae summam voluptatem, ita hic ex detrimento virium, sensuum ingeniique et animi facultatum summam tristitiam percipit." SCHNEIDERUS.

§. 9. εἴ γε ἀδίκως ἀποθανοῦμαι κτλ.] V. Apolog. 26.

§. 10. τῶν τε ἀδικησάντων καὶ τῶν ἀδικηθέντων] V. ad III, 4, 3.

ἐπιμελείας τεύξομαι ὑπ' ἀνθρώπων] Ἐπιμελείας τυγχάνειν habet vim passivam (curari); hinc addita est praepositio ὑπό. V. adnotata in III, 4, 1.

μαρτυρήσεσθαί μοι] Apolog. §. 26: ἐμοὶ μαρτυρήσεται ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, ὅτι ἠδί-

11 λοιις. *Τῶν δὲ Σωκράτην γιγνωσκόντων, οἷος ἦν, οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι πάντες ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι πάντων μάλιστα ποθοῦντες ἐκεῖνον, ὡς ὠφελιμώτατον ὄντα πρὸς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. Ἐμοὶ μὲν δὴ τοιοῦτος ὤν, οἷον ἐγὼ διήγημαι, εὐσεβὴς μὲν οὕτως, ὥστε μηδὲν ἄνευ τῆς τῶν θεῶν γνώμης ποιεῖν, δίκαιος δὲ, ὥστε βλάπτειν μὲν μηδὲ μικρὸν μηδένα, ὠφελεῖν δὲ τὰ μέγιστα τοὺς χρωμένους αὐτῷ, ἐγκρατὴς δὲ, ὥστε μηδέποτε προαιρεῖσθαι τὸ ἥδιον ἀντὶ τοῦ βελτίονος, φρόνιμος δὲ, ὥστε μὴ διαμαρτάνειν κρίνων τὰ βελτίω καὶ τὰ χείρω, μηδὲ ἄλλου προσδέεσθαι, ἀλλ' αὐτάρκης εἶναι πρὸς τὴν τούτων γνῶσιν, ἱκανὸς δὲ καὶ λόγῳ εἰπεῖν τε καὶ διορίσασθαι τὰ τοιαῦτα, ἱκανὸς δὲ καὶ ἄλλους δοκιμάσαι τε καὶ ἁμαρτάνοντας ἐξελέγξαι καὶ προτρέψασθαι ἐπ' ἀρετὴν καὶ καλοκἀγαθίαν, ἐδόκει τοιοῦτος εἶναι, οἷος ἂν εἴη ἄριστός τε ἀνὴρ καὶ εὐδαιμονέστατος· εἰ δέ τῳ μὴ ἀρέσκει ταῦτα, παραβάλλων τὸ ἄλλων ἦθος πρὸς ταῦτα οὕτω κρινέτω.*

§. 11. *χρωμένους αὐτῷ*] Sic Par. AHKM. pro *χρ. ἑαυτῷ*. V. adn. in I, 2, 49. — *προσδέεσθαι*] Sic edd. pr. et Par. EGHY. pro *προσδεῖσθαι*. V. ad I, 6, 10. — *ἄλλους — ἁμαρτάνοντας*] Sic Castal. edit., Bessarionis interpr. et Par. H. pro *ἄλλως — ἁμαρτάνοντα*. — *ἐδόκει τοιοῦτος*] V. adn. — *ἀρέσκει*] Edd. pr. et G.H. *ἀρέσκῃ*: unde Schn. efficiendum putavit *ἀρέσκοι*, quod etiam Born. defendit comp. II, 6, 14. Cyrop. extr., sed recte reiecit Sauppius, comp. III, 5. extr. — *τὸ ἄλλων ἦθος*] Sic AHKM. pro *τὸ ἄλλου ἦθος*.

κησα μὲν οὐδένα κτλ. De futuro medii futuri passivi vim habente v. ad I, 1, 8.

§. 11. *Σωκράτην γιγνωσκόντων, οἷος ἦν*] Per attractionem dictum pro *γιγν., οἷος ἦν Σωκράτης*. V. ad I, 2, 13.

πάντων μάλιστα] V. ad IV, 5, 1.

ὠφελιμώτατον] Apolog. extr.: *εἰ δέ τις τῶν ἀρετῆς ἐφιεμένων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκεῖνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἀξιομακαριστότατον νομίζω.*

τὸ ἥδιον ἀντὶ τοῦ βελτίονος] V. ad IV, 5, 6. *τὸ χεῖρον ἀντὶ τοῦ βελτίονος.*

προτρέψασθαι] V. ad I, 2, 64.

ἐδόκει τοιοῦτος] Cohaerent cum: *Ἐμοὶ μὲν δὴ τοιοῦτος ὤν*. Iunt. et codd. AGHL. post *ἐδόκει* addunt *δέ*, quod quum saepe inserviat interruptae orationi resumendae, non absurdum est; sed hoc loco mihi profectum videtur a glossatore quodam, qui priorum verborum: *ἐμοὶ μὲν δὴ τοιοῦτος ὤν* oblitus interserta hac particula orationem antecedentibus adnectere volebat.

EXCURSUS.

I.

De formis γίγνομαι et γίνομαι, γιγνώσκω et γινώσκω.

Eustathius in Comment. ad Il. π, 362. p. 1064, 2 sqq. de his formis haec docet: Τὸ δὲ γίνωσκε καὶ ἁπλῶς τὸ γινώσκειν οἱ μὲν ὕστερον Ἀττικοὶ μετὰ καὶ δευτέρου γάμμα γιγνώσκειν φασίν, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ, καθὰ καὶ τὸ γίνεσθαι γίγνεσθαι. Ὅμηρος μέντοι ἀρχαϊκώτερον ἀγνοεῖ καὶ ἐν ἀμφοῖν τὸ δεύτερον γάμμα· ἔστι δὲ ὅμως ἀκριβέστερον τὸ τῶν ὕστερον, εἰ καὶ εὐφωνότερον τὸ τοῦ Ὁμήρου. — Nam ἐκ τοῦ νοῶ γίνεται νοΐσκω καὶ κατὰ συναίρεσιν νώσκω καὶ προσθέσει τοῦ γ Αἰολικῶς γνώσκω — ἐκ δὲ τοῦ γνώσκω πάντως κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τὸ γιγνώσκω. Ex hoc loco apparet formam sine γ antiquiorem esse et ab Homero usurpatam, alteram autem cum γ apud Atticos in usu fuisse. Hoc Eustathii praeceptum quum disertissimis verbis pronuntiatum sit, tamen a Fr. Spitznero (v. ad Il. II, 468) repudiatum est: quod eo magis mirum videri debet, quum alias veterum grammaticorum decretis haud exiguam auctoritatem tribuat. Etiam Dammius in Lex. Homerico formam sine γ abiudicandam censet Homero. Recentiores Iones, ut Herodotus, utuntur forma sine γ. In Pindari carminibus Boeckhius omnibus locis formam cum γ recepit.

Iam videamus de Atticis, ac primum quidem de vetere atticismo, quo usi sunt Thucydides, tragici et veteris comoediae poetae, ut Aristophanes. Móeris Atticista p. 108. ed. Piers. haec tradit: γίγνεται Ἀττικῶς· γίνεται Ἑλληνικῶς. Etiam Eustathius l. d. formam γίγνεσθαι et γιγνώσκειν Atti-

corum propriam esse dicit. In Thucydide haud paucis quidem locis optimi libri praeferunt γίνεσθαι (I, 8. 13 ter. 16. 105. 132. 142. II, 13. 47. 49. 50. 84. III, 107. IV, 16. 83 etc.), et saepe in uno alterove minoris auctoritatis codice. Sed plurimis locis scriptura γίγνομαι codicum auctoritate munita est. Itaque Poppo, quem v. in edit. T. I. p. 208. et p. 395 sqq., formam cum γ omnibus locis reponendam arbitratur. Multo maior librorum consensio est in scriptura γιγνώσκειν, quanquam formam γινώσκειν nonnullis locis (IV, 61. V, 85. VI, 17.) praestantissimi codices tuentur. Quare equidem formas γίνεσθαι et γινώσκειν non prorsus Thucydidi abiudicandas, sed in recipiendis iis aut reiiciendis soli optimorum codicum auctoritati obtemperandum arbitror. In tragicis res ad liquidum quidem adhuc perducta non est; nam multis locis lectiones inter utramque formam vehementer fluctuant; sed id negari non potest, formam cum γ multo frequentiorem esse altera. V. Th. C. Gu. Schneideri de dial. Sophoclis ceterorumque trag. Gr. quaestiones critt. (Ien. 1822.) p. 17. Etiam Valckenarius ad Eurip. Phoen. 1396. (p. 470. ed. 1755.) praeferendam censet formam cum γ. In Aristophanis comici codicibus reperitur quidem pluribus locis forma sine γ, sed vix dubium est, quin altera forma cum γ potior iudicanda sit. V. Fritzschium ad Thesmophor. 189. Etiam recentiori atticismo, qualis est in Platonis et Xenophontis scriptis, forma cum γ multo magis placuit quam altera, quanquam eorum sententiam probare non possum, qui, nulla codicum habita ratione, usquequaque formam sine γ exterminandam existimant. Platonem secundum codicum auctoritatem nunquam γίνομαι, γινώσκω interdum, sed raro scripsisse censendum esse enucleatissime demonstravit C. E. Chr. Schneiderus ad Platon. Civit. T. II. p. 99 sq. De Xenophonte editores mire dissentiunt. C. Gu. Krügerus in Anabasi, quum tribus quatuorve locis γίνεσθαι nulla varietate scriptum sit, constanter scripsit γίγνεσθαι, idemque de γινώσκειν et γιγνώσκειν statuendum censet (p. 470.). Bornemannus non semper eandem rationem sequutus est, sed in Anabasi optimorum codicum iussu γινώσκω et γίνομαι admisit, in Commentariis autem et in Cyropaedia constanter restituit pleniorem formam. Etiam G. Sauppius in opusc. polit., equ. et venat. omnibus locis formam cum γ revocavit, vel de Rep. Lac. XI, 10., ubi γίνεται codd. ABCDEGH. Lips. et edd. ante Zeunium omnes satis superque tuentur. Poppo in praef. ad Cyrop. p. XXXV. de his formis haec docet: „γίνεσθαι et γινώσκειν, quae quanquam plerumque in Xenophonte, ut postulat recentior atticismus, sine γ scribuntur, hic illic tamen etiam

γ additum habent. V. VII, 1, 36. 2, 11." Itaque utrique formae locum concessit, et quidem saepe ita, ut difficillimum sit ad diiudicandum, quamnam in eligenda alterutra forma sequutus sit rationem. Omnino non possum non mirari doctissimi viri de his formis iudicium, cui codices mirum quantum refragantur. Nam forma cum γ omnibus fere locis multo firmiore nititur codicum auctoritate quam altera. Quo clarius res appareat, primum Cyropaediae librum percenseamus. Forma γίνεσθαι legitur cap. 1, 2. in A.B. Vat. Med. (Poppo c. γν.); 2, 10. in A.B. Vat. (Poppo c. γν.); 15. in omnibus libris ante Zeunium (qui dedit γιγν. et sic habet cod. Stob. A.); 4, 6. in A.B. Vat.; 5, 5. in Brem. Guelf. Med.; 6, 36. in A.B. Vat.; 40. in A.B. Vat.; 45. in A.B. Vat. At forma γίγνεσθαι 6, 8. et 36 extr. in omnibus libris reperitur. Forma γινώσκειν 1, 3. edd. ante Zeunium cum A.B.; 3, 6. in Guelf. B. Vat. Med.; 4, 24. in A.B. Vat. Med.; 27. in omnibus libris ante Hutch., in iisque Pariss. et Vat.; 5, 13. in edd. ante Steph. Guelf. A.B. Vat. (Poppo c. γν.); 6, 36. in Arg. Bryll. Hal. Cast. Phil. Formam γιγνώσκειν 4, 27. omnes libri tuentur. Ex hoc recensu apparet quatuor potissimum libros: Par. A.B. Vat. et Med. formae sine γ patrocinari; nullum autem allatorum locum esse, in quo forma sine γ omnium librorum auctoritate suffulta sit; contra plures esse, in quibus omnes libri in pleniore forma consentiant. In commentariis forma γίνεσθαι reperitur I, 2, 21. in ADFH.; 61. in ACDF.; 6, 7. in FCD.; II, 1, 21. in ABDF.; 3, 4. in ABCFH.; 6, 34. in AFH.; 8, 5. in omnibus codd., praeter H. (F. male διαγενέσθαι, v. Var. Lectt.); IV, 2, 28. in D.H.; γινώσκειν I, 2, 19. in uno H.; II, 6, 39. in ABCH.; III, 3, 1. in ACDH.; 7, 3. in Ald. et DEGH.; 9, 6. in ACDH., deinde in ADH.; IV, 2, 24. in ACDH.; 25. in ACH.; deinde in CEH. In quinque igitur potissimum codicibus: ACDFH. forma sine γ locum obtinet. Sed omnibus fere locis, praeter II, 8, 5., codicum auctoritas propendet ad formam cum γ. Etiam in reliquis Xenophontis scriptis pauci tantum reperiuntur loci, in quibus forma sine γ librorum auctoritate ita communita sit, ut recipienda videatur. Huc refer Conviv. IV, 41., ubi γίνεται in omnibus libris legitur, et de Rep. Lac. XI, 10., quem locum iam supra commemoravimus. Quae quum ita sint, de Xenophonte ita statuimus, ut utraque forma eum usum esse, saepius tamen forma cum γ, alteram tamen sine γ contra codicum fidem nequaquam reiiciendam sentiam. In oratoribus magis magisque increbescit usus formae sine γ, donec tandem altera cum γ in communi Graecorum sermone (ἐν τῇ κοινῇ s. Ἑλληνικῇ) plane obsolevit.

II.

De forma secundae personae praesentis et futuri medii et passivi: ει et η.

Apud Eustathium ad Homeri Il. p. 641, 8 sqq. de his formis haec leguntur: *Τοῦ τύπτομαι, γράφομαι καὶ τῶν ὁμοίων πάντων τὰ δεύτερα ἐν αὐτοῖς πρόσωπα εἰς ει δίφθογγον λήγοντα Ἀττικῶς, εἰ καὶ ἀναλογώτερον διὰ τοῦ η καὶ προσγεγραμμένου ι γράφεται ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, ὅμως ἐνεπέμειναν τὸ ὄψομαι, βούλομαι καὶ τὰ λοιπὰ δύο πρὸς ἀνάμνησιν τῆς παλαιᾶς γραφῆς, ἔχοντα ἐν τοῖς δευτέροις αὐτῶν προσώποις τὴν ει δίφθογγον ὄψει, βούλει, οἴει καὶ εἶ.* et ad Odyss. p. 1723, 21 sqq.: *τὰ δεύτερα παθητικὰ πρόσωπα τῶν εἰς μαι λήγόντων ῥημάτων, ὁποῖον τὸ τύπτομαι τύπτῃ καὶ τὰ λοιπὰ ὅλα, κατὰ τὴν παλαιὰν Ἀτθίδα διὰ τῆς ει διφθόγγου γραφόμενα, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ κωμικοῦ πέφηνεν, οἱ ὕστερον Ἀττικοὶ γράψαντες διὰ τοῦ η σὺν τῷ ἰῶτα προσγεγραμμένῳ ἀφῆκαν σώζεσθαι ἐν γραφῇ τῇ διὰ τῆς ει διφθόγγου χάριν παλαιᾶς ἐνθυμήσεως τὸ βούλομαι βούλει, οἶομαι οἴει, ὄψομαι ὄψει καὶ ἕομαι ἕει καὶ κατὰ κρᾶσιν εἶ.* His adde Etymol. Magn. p. 272. Lips.: *καὶ τὰ παῤ ἡμῖν γραφόμενα δεύτερα πρόσωπα διὰ τοῦ η παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται*; Gregorium Cor. p. 118 sq. ed. Schaef.: *Ἀττικῶς ἐκφέρεται διὰ τῆς ει διφθόγγου τῶν παθητικῶν ὁριστικῶν τὰ δεύτερα πρόσωπα, ὡς τὸ „ζηλωτὸς ἕσει" ἀντὶ τοῦ ἔσῃ.* Causam huius terminationis Atticae *ει* miram sane excogitavit Valckenarius ad Eurip. Phoen. 576. (p. 216 sq.). Ait enim veterem hunc fuisse temporis Euripidei scribendi morem, quo nondum Ionicae literae *η* esset Athenis usus receptus; hanc autem veterem orthographiam (*ει* pro *η*) a grammaticis, qui multis modis eam mutavissent, saepius intactam relictam esse in secundis personis pass. et med. — At vero pronuntiatio vocum non apta est e scriptura literarum, quibus voces signantur. Licet veteres Attici literam *η* ignoraverint, tamen dubitari non potest, quin diphthongum *ει* alio modo pronuntiaverint, ubi suam atque propriam vim habebat, ut in *εἶσω*, alio modo, ubi *η* diphthongi vices sustinebat, ut in *ΕΙΡΕΙ* (pro *ἧρει* a v. *αἴρω*). Neque magis credibile est posteriores Atticos in hac una forma sequutos esse veterem scribendi consuetudinem, quum in ceteris omnibus rebus novam orthographiam adscivissent. Rectius Buttmannus (Gr. I. §. 87. adn. 9. p. 347.) formam *ει* ex hebetatione formae *η* (*εαι*) in pronuntiatione ortam esse suspicatur. Mihi quidem illud *ει* ex eo videtur originem suam traxisse, quod, quum coniunctivus ex indicativo vocalis quae dicitur modalis productione ortus esset nec ulla re,

nisi brevibus et longis vocalibus, omnes utriusque modi formae mediales et passivae, praeter secundam personam numeri singularis, inter se differrent, ceterarum indicativi personarum natura etiam in secundam singularis personam transiit et mutato graviore η in clarius ει utriusque modi per omnes formas discrimen effecit [1]).

Sed quod veteres grammatici docent, in Attico sermone secundam illam medii vel passivi personam diphthongo ει pro η terminari: id praeceptum nequaquam ductum est e communi omnium Atticorum consuetudine, sed ad nonnullos modo scriptores pertinet, et ne in his quidem formae ει usus constans ac perpetuus est. Ut igitur haec quaestio ad liquidum perducatur, non solum diversa literarum genera discernenda sunt, sed etiam singulorum scriptorum consuetudo diligenter est observanda. Sed in his tribus formis: οἴει, βούλει, ὄψει, omnes omnium generum scriptores Attici consentiunt, et, quanquam nonnullis locis in codicibus formae οἴῃ, βούλῃ, ὄψῃ reperiuntur [2]), tamen hae lectiones tam tenui et infirma nituntur auctoritate, ut nulla prorsus iis habenda sit fides.

De tragicis quaestio ad certum exitum perducta videtur. Iam Choeroboscus [3]) grammaticus (in Bekkeri Anecd. T. III. p. 1290.) tradit tragicos secundam personam forma η terminavisse. Valckenarius ad Eurip. Phoen. 576. (p. 216 sq.) non disertis verbis quod sentit profert, videtur tamen patrocinium suscipere formae ει, quae licet plerumque obliterata sit, tamen hic illic in codicibus conservetur, uti Eur. Or. 530. MS. Leid. A. μισεῖ praefert, 1212. MS. B. ἁμαρτήσει, Med. 622. MS. Flor. ἀλγυνεῖ. Brunckius (ad Soph. O. R. 336.) secundam personam futuri semper in ει terminavit [4]); Porsonus vero (Praefat. ad

[1]) Porson. Praef. ad Eur. Hec. p. VI. ed. Lips. 1824: „Analogia nempe postulat, ut vocalis corripiatur in indicativo, producatur in coniunctivo."

[2]) ut Plat. Civ. II. p. 376. A. κατόψῃ (sine ι subscr.) in Vind. D. IV. p. 432. A. βούλῃ (etiam sine ι) in Vind. B. V. C. E. Chr. Schneiderum ad Pl. Civ. T. I. p. LII.

[3]) τύπτομαι τύπτει Ἀττικῶς διὰ τῆς ει διφθόγγου· — καὶ πάλιν — ποιοῦμαι ποιεῖ Ἀττικῶς διὰ τῆς ει διφθόγγου· πάντως δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοῦτο ποιοῦσιν· ἀλλὰ ἀκολουθοῦσι καὶ οἱ πεζολόγοι, ἐπεὶ οἱ τραγικοὶ τοῦτο οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἀκολουθοῦσι τοῖς κοινοῖς.

[4]) Quod Brunckius soli futuro hanc formam adiudicat, praesenti vero abiudicat, id maxime fecisse videtur exemplo Gregorii l. d. ζηλωτὸς ἔσει deceptus. Nam quod ad O. T. 336. argumentum affert, ει futuri haud pauca in exemplaribus inesse vestigia, id, ὄψει verbo exemto, praecipuam amittere ponderis sui in futuro gravitatem recte monet Reisigius in Praef. ad O. C. p. XXIII.

Hecub. p. VI. ed. Lips. 1824.) secundam etiam praesentis ad eandem formam reduxit, nulla habita ratione codicum, quibus in his rebus nulla esset auctoritas. Porsoni sententiam amplexatus est Reisigius (in Praefat. ad Sophocl. O. C. p. XXII—XXVII.). Post hos viros hanc quaestionem retractavit et maxima diligentia ac circumspectione sub examen vocavit Th. C. Gu. Schneiderus (De dialecto Sophoclis ceterorumque trag. Gr. quaestiones critt. Ien. 1822. p. 2—5.). Is, exceptis tribus illis *οἶει*, *βούλει*, *ὄψει*, quae libri manu scripti constanter tenent, formam *ει* ex Aeschyli, Sophoclis et Euripidis fabulis removendam arbitratur. Primum enim non solum Aldinae editionis auctoritate, sed omnium ferme et optimorum librorum, tam scriptorum quam editorum, consensu haec sententia confirmatur. Veluti Soph. Trach. 450. 452. 470. 471. *ψεύδῃ*, *ὀφθήσῃ*, *μέμψῃ*, *κτήσῃ* in omnibus codd. leguntur. Deinde tragicorum dicendi genus uti a communi sermonis Attici consuetudine recedens multas formas epicas et Ionicas recepit, ita antiquam formam secundae personae *ῃ*, Homero iam usitatam, servasse veri est simillimum.

